angelus sentiat de illo: cui necdū cōcepto tale indidit no
men. ¶ Ait nāq;: Hic erit magnus: et filius altissimi voca
bit. Bene magnus: qui filius altissimi merebit appellari.
An non magnus: cuius magnitudinis nō est finis? Et q̄s
magnus ait sicut de⁹ noster? Plane magnus q̄ tā magnus
q̄ altissimus: q: et ipse altissimus. Nec em̄ altissimi filius
rapinam arbitrabitur esse se equalem altissimo. Ille me
rito arbitrādus est cogitasse rapinam: qui cū de nihilo in
angelicā formā facť fuisset: factor ei⁹ suo se cōparās: vsurpa
uit sibi q̄d filij altissimi pp̄rie est: q̄ vnic⁹ in forma dei a deo
nō facť: sed genitus est. Altissimus em̄ de⁹ pater q̄ius oī
potēs sit: nō potuit tm̄ vel equalē sibi cōdere creaturā: vel
inequalē gignere filiū. Fecit ita q̄ angelū magnū: sed non
quātus ipe: ⁊ ideo nec altissimū. Solū aūt vnigenitū: quē
nō fecit: sed genuit omps oipotentem: altissim⁹ altissimū:
eternus coeternū: ipm sibi p̄pria cōparari: nec rapinā esti
mat nec iniuriā. Recte ergo hic erit magnus: q̄ filius altissi
mi vocabit. ¶ Sed quare hic erit ⁊ nō potius est magn⁹:
q̄ semp equaliter magnus: nō habet quo crescat: nec ma
io: post conceptū futurus fit: q̄ ante vel fit vel fuerit: An
forte p:aeterea dixerit: erit: q: qui magn⁹ deus erat: magn⁹
hō futur⁹ sit? Bene ergo hic erit magnus. Magnus hō:
magnus docto:: magn⁹ p:aepheta. Sic em̄ dicit de eo in eua
gelio. Quia p:aepheta magnus surrexit in nobis. Et a mino
ri quodā

ri quodā p:aepheta magnus itidem p:aepheta venturus p:o
mittit. Ecce inq̄t veniet p:aepheta magn⁹: ⁊ ipse renouabit
hierusalē. Et tu quidē o virgo paruulū paries: paruulū
nutries: paruulū lactabis: sed vides paruū: cogita ma
gnū. Erit em̄ magn⁹: q: magnificabit eū deus in ꝑspecu
regū: adeo vt adorent eū oēs reges: oēs gēes seruiāt ei.
Luce.j. Magnificet ergo ⁊ aīa tua dñm: q: hic erit magn⁹: ⁊ fi
lius altissimi vocabit. Magnus erit: ⁊ magna facier tibi
q̄ p:aepheta. q̄ filius altissimi vocabit. ¶ Magnificet ⁊ a nobis
Esa.ix. paruulis magn⁹ dñs: quos vt faceret magnos facť est
paruulus. Parvulus ait natus est nobis: ⁊ filius datus
est nobis. Nobis inquā nō sibi: q̄ vtiq; ante rēpo:a mul
to nobilius nat⁹ ex p̄fe: nasci tempo:aliter nō indigebat
ex matre. Nō angelis quoq; qui cum magnū haberent:
paruulū nō requirebāt. Nobis g̃ natus: nobis ⁊ dat⁹: q:
nobis necessarius. Ja de nobis nato ⁊ dato faciamus ad
B qō natus est ⁊ datus. Utamur nostro in nostrā vtilitatē
de saluato:e salutē op:emur. ¶ Ecce paruulus in medio
staruit. O paruulus paruulis desideratⁿ. O vere paru
lus: ſ malicia: nō sapia. Studeam⁹ effici sicut paruulus
iste: discam⁹ ab ipso: q: mitis est ⁊ humilis cor: de: ne ma
gnus videl⁹ de⁹ sine cā fact⁹ sit hō: paru⁹ ne gratis mo:
tuus: ne in vacuū crucifixus. Discamus ei⁹ humilitatem
imitemur mānsuetudinē: amplectamur dilectionē: cōice
mus passionib⁹: laueamur in sanguine eius: ipm offera
mus p̄pitiationē p pctis nostris. q̄m ad hoc ipse natus
Ro.viij. ⁊ dat⁹ est nobis. Ipm oculis patris: ipsum offeramus ⁊
suis: q: ⁊ pater p:aeio filio suo nō pepercit: sed p nobis
tradidit illū: ⁊ ipse filiꝰ semetipm exinaniuit formā serui
Esa.liij. accipiēs. Ipse tradidit in mortē animā suā: ⁊ cū sceleratis
reputat⁹ est: ⁊ ipse pctā multo:um tulit: ⁊ p trāsgressoib⁹
rogauit vt nō perirent. Non possunt perire p quibus fi
lius rogat ne pereāt: p quos pr̄ tradidit filiū in mo:tem
vt viuāt. Equaliter g̃ ab vtroq; speranda est venia: qui
bus equalis est in pietate miserico:dia: par in voluntate
potentia: vna in deitate substātia: in qua vnus cum eis
spiritus sanctus viuit ⁊ regnat deus per omnia secula se
culo:um. Amen. ¶ Homelia. iiij. vnde supra.

C

On est dubiū quic:

quid in laudib⁹ matris p̄ferimus: ad filiū
p:inere: ⁊ rursum cū filiū hono:am⁹: a glo
puerb.x ria matris nō recedimus. Nam si iuxta salo
monē filius sapiens gloria est p̄is: quāto magis gloria
sum est matrē ipsius effici sapientie? Sed q̄d ego tento
in eius laudibus: quā laudabilē p:aedicant p:aephete: per
hibet ꝯgelus: narrat euangelista? Non g̃ laudo: q: non
audeo: sed rm̄ replico deuotus: qō ita explicauit per os
Textus. euāgeliste spūs sanctus. Sequit nāq; ⁊ ait. Et dabit illi
dñs deus sedem danid patris sui. Verba sunt angeli ad
virginem de p̄missio filio p̄mittentis q̄ debeat possidere
D regnū danid. ¶ Qō de stirpe danid duxerit originē dñs
iesus: nemo dubitat. Quero aūt quō dederit ei de⁹ sedē
danid patris sui: cum ipse in hierusalem nō regnauerit:
q̄mo turbis cū volentibus cōstituere regē nō acquie
Jo. xviij uerit: sed ⁊ ante faciem pilati p:aestans fit. Regnū meū
nō est de hoc mūdo. Deniq; q̄d magnū p̄mittitur ei q̄ se
Esa.vj. det sup cherubī: que ppha vidit sedēte sup soliū excelsus
⁊ eleuatū: sedere in throno danid patris sui? Sed nouī
mus quādā aliā hierlm ab ea que nūc est: in qua regnauit
danid: significatā: multo ista nobilio:ē: multo dignio:em.
Hāc igit puto hic fuisse significatā: illo videl⁹ vsu loquē
di: quo sepe reperis in scripturis significās ponī p signi
ficaro. Tūc sane dedit illi de⁹ sedē danid p̄tris sui: q̄n cōsti
ps.ij. tutus est rex ab eo sup syon mont̄ sanctū eius. Sed hic
p:aepheta de quo regno dixerat exp̄ssius aperuisse videť:
in eo q̄ nō in syon posuit: sed sup syon. Tā ideo fortassis
dictū est sup: q: in syon quidē regnauit danid: sup syō ve
ps. cxxxj ro regnū est illius de quo dictum est ad danid. De fructu
ventris tui ponam sup sedem tuā. de quo ⁊ dicū est per
alīū p:aephetā. Sup solīū danid: ⁊ sup regnū eius sedebit Esa.ix.
Uides q: vbiq; reperis sup: super syon: sup sedē: sup so
lium: sup regnū. Habit g̃ ei dñs deus sedem danid p̄is
sui: nō typicam sed veram: nō tempo:alē sed eternā: non
terrenā sed celestē. Que idcirco (vt iam dictū est) memo
ratur fuisse danid: q: hec in qua tēpo:aliter sedit: eterne Textus.
illius gerebat imaginem. Et regnabit in domo iacob in
eternū: ⁊ regni eius nō erit finis. Hic quoq; si domū ia
cob tēpo:alem accipim⁹: quō in illa que eterna nō est: in
eternū regnaturus est? Quereda est g̃ domus eterna ia
cob: in qua regnet in eternū: cui⁹ regni nō erit finis. An
nō deniq; domus illa iacob exalperās impie abnegauit
eum: ⁊ infipienter respuit ante faciem pilati: q̄n illo per
hibente: regem vestrū crucifigā: vno o:e respondendo Joh.xix
clamauit. Non habemus regē nisi cesarem? Reḡe itaq; Rom. ij
apostolū: ⁊ discernet tibi eū qui in occulto iudens est: ab
illo qui in manifesto: ⁊ que in spiritu est circūcisionē: ab Collo.ij
ea q̄ fit in carne: ⁊ spūalem israel a carnali: ⁊ filios fidei
abrae a filijs carnis. Non em̄ inquit oēs qui ex israel: hi Rom.ix
sunt israelite: neq; qui semen sunt abrae: hi filij. Seque
re ergo ⁊ dic. Similr̄ non oēs qui ex iacob: hi reputandi
sunt in domo iacob. Jacob quippe ipse est q̄ isrl. ¶ So
los igitur q̄ in fide iacob p̄fecti inueniendi sunt: reputa E
in domo iacob: vel potius ipsos noueris fo:e spūalem ⁊
eternā domū iacob: in qua regnabit dñs iesus in eternū.
Quis ex nobis est qui iuxta interp̄tationē nomis iacob:
supplanter diabolū de cor:de suo: lucretur cū vitijs ⁊ cō
cupiscentijs suis: vt nō regnet p̄ccā in suo mo:tali co:po
re: sed regnet in eo iesus: ⁊ nūc quidē p gratiā: ⁊ in eter
nū per gloriā? Beati in q̄bus iesus regnabit in eternū:
quia ⁊ ipsi cū eo regnabunt: ⁊ regni eius non erit finis.
O q̄ gloriosum est regnū illud: in quo reges congrega
ti sunt: cōuenerūt in vnū: ad laudandū sc̄z ⁊ glorificādū
eum: qui sup oēs est rex regū ⁊ dñs dominantiū. De cui⁹ mat.xiij.
splendidissima contēplatione: fulgebūt iusti sicut sol in
regno patris eor:. O si ⁊ mei p:aeōis meminerit iesus in
beneplacito populi sui: cū venerit in regnū suū. O si me
in illa die: quādo traditurus est regnū deo ⁊ patri: visita
re dignabit in salutari suo: ad videndū. f. in bonitate ele
ctio:is suo:: ad letandū in letitia gētis sue: vt laudeť etiā
a me cū hereditate sua. Veni interim dñe iesu: aufer scan
dala de regno tuo: q̄ est aīa mea: vt regnes tu (qui de⁹
bes) in ea. Venit em̄ auaricia ⁊ vendicat in me sibi sedē:
iactantia cupit dñari mihi: superbia vult mihi esse rex. luxu
ria dicit ego regnabo: ambitio: detractio: inuidia: ⁊ fracū
dia certant in meipso de meipso: cui? ego potissimū esse
videar. Ego aūt quātū valeo resisto: reniti: quārum iu
nor: dñm meū iesum reclamo: ipsi me defendo: q: ipsius
me iuris agnosco. Ipm mihi deū: ipm mihi dñm teneo ⁊
dico: nō habeo regē nisi dñm iesum. Veni ergo dñe: dissi
pa (cala disperde) illos in virtute tua ⁊ regnabis in me:
quia tu es ipse rex meus ⁊ deus meus: q̄ mādas salutes
iacob. Dixit aūt maria ad angelū. Quo modo fiet istud: Textus.
q̄m virū nō cognosco? Primo quidē prudenter tacuit: cū
adhuc dubia cogitabat: qualis esset ista salutatio: malēs
nimirū humiliter nō respondere: q̄ temere loqui q̄d ne
sciret. Ja vero ꝑfortata: ⁊ bene p̄meditata: angelo q̄dē
fortis loquēte: sed deo intus psuadente: erat em̄ dñs cum
illa dicente angelo: dñs tecū: ita q̄ ꝑfirmata fide ses de
pellente timo:ē: leticia verecundiam: dixit ad angelum. F
¶ Quo mō fiet istud: q̄m virū nō cognosco? Nō dubitat
de facto sed modū requirit ⁊ o:dinem. Nec em̄ querit an
fiet istud: sed quo mō. Quasi dicat. Cum sciat dñs meus
(testis ꝑscie mee) votū esse ancille sue nō cognoscere vi
rum: qua lege: q̄ o:dine placebit ei vt fiat istud? Si opo:
tuerit me frangere votū vt pariā talem filium: ⁊ gaudeo
de filio: ⁊ doleo de ꝑposito. Fiat rm̄ voluntas eius. Sin
vero virgo cōcipiam: virgo ⁊ pariam: qō vtiq; si placue
rit ei impossibile nō erit: tunc scio vere: q: respexit humili

tatem sancte sue. Quo modo ergo fiet istud: quoniã virum nõ cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Superius dicta est fuisse gratia plena: ⁊ nũc quõd: Spiritus sctũs superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obũbrabit tibi? Nũquid potuit repleri gratia: ⁊ necdum hẽ spiritũ sanctũ: cum ipse sit datoꝛ gratiarũ? ¶ Si aũt iam spũs sanctus in ea erat: quõ adhuc tanꝑ nouiter supueniturus ꝛcipitur? An forte ideo non dicit simpliciter: veniet in se: sed addidit super: quia ⁊ pius quidem in ea fuit ꝑ multam gratiã: sed nũc superuenire nũciatur: propter abundantioꝛem gratie plenitudinem: quã effusurus est super illam? At vero cum plena iam sit: illud amplius quõ capere poterit? Si aũt plus aliq̃d capere põt: quõ ⁊ ante plena fuisse intelligenda est? An pꝛio: quidem gratia eius tm̃ repleuerat mentẽ: sequẽs vero etiã ventrem perfundere debeat: quare? scz plenitudo diuinitatis q̃ ante in illa: sicut ⁊ in multis sanctoꝝ spiritualiter habitabat: etiam sicut in nullo sanctoꝝ: corporaliter in ipsa habitare incipiat? ¶ Ait itaq̃. Spiritus sanctus superueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Quid est/ et virtus altissimi obumbrabit tibi? Qui potest capere capiat. Quis eñ excepta forte illa: que hoc sola in se felicissime meruit experiri: intellectu capere: ratione discernere possit: qualiter splẽdoꝛ ille inaccessibilis virginei fetus visceribus infuderit: ⁊ vt illa inaccessibilem accederet ad se ferre potuisset: de portiuncula eiusdẽ coꝛporis cui se animate contẽperauit: relique masse vmbraculum fecerit? Et fortasse ꝓpter hoc maxime dictũ est: obumbrabit tibi: quia res nimiruꝫ in sacramento erat: ⁊ qõd sola p se trinitas in sola ⁊ cũ sola virgine voluit operari: soli datum est nosse: cui soli datum est experiri. Dicatur ergo. Spũs sanctus superueniet in te: qui vtiq̃ sua potentia fecundabit te. Et virtus altissimi obumbrabit tibi: hoc est illum modũ quo de spiritu sancto cõcipies: dei virtus: et dei sapientia xps: sic in suo secretissimo consilio obũbrãdo conteget ⁊ occultabit: quatenꝰ sibi tm̃ notus habeatur ⁊ tibi. Ac si angelus respondeat ad virginẽ. Quid a me requiris: qõ in te moꝛ experieris? Scienꝫ scies ⁊ feliciter scies: sed illo doctoꝛe quo ⁊ actoꝛe. Ego aũt missus sum nunciare virginalem ꝛceptum: non creare. Nec põt doceri: niſi a donante: nec potest addisci niſi a suscipiente. Idcoq̃ ⁊ qõ nascetur ex te sanctũ: vocabitur filꝰ dei. Quod est dicere. Quoniã non est de hoꝛe: sed de spiritu sancto quod concipies: concipies autem altissimi virtus/ vocabitur filius dei: idest nõ solum qui de sinu patris in/ uterum tuũ veniens obumbrabit tibi: sed etiam id qõ de tua substantia sociabit sibi: ex hoc iam vocabitur filius dei: quẽadmodum ⁊ is q̃ a patre est ante secula genitus/ tuus quoq̃ amodo reputabitur filius. Sic aũt ⁊ qõ natum est ex ipso patre/ erit tuus: ⁊ qõ nascetur ex te/ erit eius: vt tũ non sint duo filij: sed vnus. Et licet aliud quidem ex te: aliud ex illo sit: iam non tũ cuiusq̃ suus: sꝫ vnꝰ vtriusq̃ erit filius. ¶ Idcoq̃ ⁊ qõ nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei. Attende quesꝰ q̃ reuerenter dixerit qõ nascetur ex te sanctũ. Ut quid eñ ita simpliciter sanctum: ⁊ absq̃ additamento? Credo quia non habuit q̃d pꝛopꝛie/digne ve nominaret illud eximiũ: illud magnificũ: illud reuerendũ: qõ de purissima videlicet vir ginis carne cũ sua aĩa vnico patris erat vniẽdũ. Si diceret sancta caro: vel sanctus hõ: vel sanctus infans: quicq̃d tale poneret: parũ sibi dixisse videretur. Posuit g̃ indefinite sanctũ: q: quicq̃d illud fit qõ virgo genuit: sanctũ ꝓcul dubio ac singulariter sanctũ fuit: ⁊ p spũs sanctificatiõnẽ/ ⁊ p verbi assumptionẽ. Et adiecit angelus. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipsa ꝛcepit filiũ in senectute sua. Quid fuit necesse etiã huius sterilis virgini nũciare conceptum? Nũquid forte dubiam adhuc ⁊ incredulã ꝛacutioꝛ: recentioꝛi voluit cõfirmare miraculo? Absit. Legim? ⁊ zacharie incredulitatem ab hoc ipso angelo fuisse castigatam: mariã aũt in aliquo repꝛehensam nõ legimus: q̃n potius fidem ipsius elizabeth ꝓpetante laudatã agnouimus. Beata es inquit que credidisti: qm̃ pficientur in te que dicta sunt tibi a dño. ¶ Sed ideo sterilis cognate cõceptus virgini nũciatur: vt dũ miraculũ miraculo addatur: gaudiũ gaudio cumuletur. Porro necesse erat nõ modico leticie ⁊ amoꝛis p̃ueniente inflãmari incendio: que filiũ paterne dilectionis cuꝫ gaudio spũs̃ancti moꝛ fuerat ꝛceptura. Neq̃ eñ nisi i deuotissimo coꝛde atq̃ hilarissimo: tanta se capere poterat dulcedinis ⁊ alacritatis affluentia. Vel ideo ꝛceptus elizabeth nũciatur marie: q: ꝓfecto decebat vt verbũ moꝛ diuulgandũ vbiq̃: priusꝫ sciret virgo p angelũ/ q̃ audiret ab hoꝛe: ne mater videlicet dei a ꝓlijs filijꝫ videreꝫ amota: si eoꝝ que in terris tam ꝓpe gererentur: remãsisset ignara. Vel ideo potius ꝛceptus elizabeth marie nũciatus est: vt dũ nũc salutatoris: nũc pꝛecursoꝛis edoceturꝫ aduentũ: rerum tps ⁊ oꝛdinẽ tenẽs ipsa melius posthnodũ scriptoꝛibus ac pꝛedicatoꝛibus euãgelij referet veritatẽ: que ⁊ plene de oĩbus a pncipio celiꝰ fuerit instructa mysterijs. Vel ideo adhuc yũciatur marie ꝛceptus elizabeth: vt audiens cognatã vetulã ⁊ granidã: cogitet iuuencula de obsequio: ficq̃ illa ꝓperante ad visitandũ paruulo ꝓphete locus ⁊ occasio detur: quo minoꝛi adhuc dño sui officij valeat exhibere p̃mirias. ⁊ dum ad seinuicẽ occurrit matrum infantũq̃ ab alterutro excitata deuotio: mirabilius fiat miraculum de miraculo. Vide aũt ne hec tam magnifica: q̃ ab angelo audis pꝛenũciata: ab ipso speres pficienda. A quo ergo si queris: ipsum audi angelum. Quia non erit (inquit) impossibile apud deũ omne verbũ: tanꝑ diceret. Hec que ego tam fideliter ꝓmitto: nõ de mea: sed de illius qui me misit virtute p̃sumo: q: non erit impossibile apud eum oẽ verbũ. Quale eñ illi verbũ impossibile potuerit esse: qui oĩa fecit in verbo? ¶ Mouet me ⁊ hoc in verbis angelicis: q̃ signãter nõ ait: q: non erit impossibile apud deum oẽ factũ: sed omne verbum. An idcirco posuit verbũ: q: q̃ facile possunt hoies loqui qõd volũt: etiã q̃ nullatenus facere possunt: tam facile/ imo incõparabiliter facilius valet deus opere ꝛplere q̃quid illi verbo valent exꝑimere? Dicam apertius. Si hoibus tam facile esset facere q̃ dicere qõd volunt: ⁊ ipsis quoq̃ nõ eẽt impossibile omne verbũ. Nunc aũt qm̃ vulgaris ⁊ verus seruo est multuꝫ interesse inter loqui ⁊ facere: sed apud hoies/ nõ apud deum: soli deo q: idem est facere qõd loq̃ idem loq̃ qõ velle: merito nõ erit impossibile apud deuꝫ omne verbũ. Verbi gratia. Potuerũt pꝛeuidere ⁊ pdicere ꝓphete virginẽ vel sterilem ꝛcepturam ac parituram sed nũquid facere vt ꝛciperent ⁊ parerent: Deus autem qui dedit eis posse pꝛeuidere: q̃ facile potuit tunc qõd voluit per illos pdicere: tam facile potuit nũc qm̃ voluit p seipsum qõd ꝓmisit implere. Siquidẽ apud deũ nec verbum dissidet ab intentione: q: veritas est. nec factum a verbo: q: virtus est. nec modus a facto: quia sapiẽtia est: ac p hoc nõ erit impossibile apud deũ oẽ verbũ. Audisti virgo factum: audisti ⁊ modũ: vtrũq̃ mirum: vtrũq̃ iocũdũ. Jocũdare filia syon: ⁊ exulta saris filia hierusalẽ Et qm̃ auditui tuo datũ est gaudiũ ⁊ leticia: audiamus ⁊ nos a te responsum leticie qõ desideramus: vt iã exultent ossa humiliata. Audisti inquã factũ ⁊ credidisti: credẽ ⁊ demodo qõ audisti. Audisti q: ꝛcipies ⁊ paries filiũ: audisti q̃ nõ p hoiem sed p spm̃sanctum: expectat angelus respõsum: tps est eñ vt reuertatur ad deum q̃ misit illũ. Expectam? ⁊ nos o dña verbum miserationis quos miserabiliter pmit suis dãnatioĩs. Et ecce offert tibi pꝛeciũ salutis nostre: statim liberabimur si ꝓsentis. In sempiterno dei verbo facti sum? oẽs: ⁊ ecce moꝛimur: in tuo bꝛeui respõso sum? reficiendi: vt ad vitã reuocemur. Hoc supplicat a te o pia virgo flebilis adam cũ misera sobole sua exul de paradiso: hoc abꝛaam: hoc dauid. Hoc ceteri

flagitant sancti patres. patres scz tui: qui ⁊ ipsi habitant in regione vmbre moꝛtis. Hoc totus mundus tuis gemibus ꝓuolutus expectat. Nec timeꝫ sto: q̃n ex oꝛe tuo pendet ꝓsolatio miseroꝝ: redemptio captiuoꝝ: liberatio dãnatoꝝ: salus denicq̃ vniuersoꝝ filioꝝ adam totius generis tui. Da virgo responsum festinãter: o dña responde verbum/ qõ terra: qõ inferi: qõ expectant ⁊ superi. Ipse quoq̃ oĩm reꝝ ⁊ dñs quãtum ꝛcupiuit decoꝛem tuũ: tanꝰ tui desiderat ⁊ responsionis assensum: in qua nimirũ ꝓposuit saluare mundũ. Et cui placuiſti in silentio: iã magis placebis ex verboꝛ: cũ ipse tibi clamet e celo. O pulchra inter mulieres: fac me audire vocẽ tuã. Si ergo tu eũ facias audire vocẽ tuã: ipse te facit videre saluteꝫ nostrã. Nũquid non hoc est qõ querebas: qõ gemebas: qõ diebus ⁊ noctibus oꝛãdo suspirabas? Quid igit? Tu es cui hoc ꝓmissum est: an aliam expectam? Immo tuipsa nõ alia. Tu inquã illa ꝓmissa: illa expectata: illa desiderata: ex qua sanctꝰ pater tuus iacob iam moꝛtui appꝛopinquãs/ vitã sperabat eternã: cũ dicebat. Expectabo salutare tuũ dñe. In qua denicq̃ ⁊ p quã deus ipse rex noster ante secula disposuit operari salutẽ i medio terre. Quid ab alia speras qõ tibi offertur? Quid p aliã expectas qõ per te moꝛ exhibebitur/ dũmodo pꝛebeas assensum: respondeas verbũ. ¶ Responde itaq̃ citius angelo: imo per angelũ dño. Respõde verbũ: ⁊ suscipe verbũ. Pꝛoffer tuũ: ⁊ cõcipe diuinũ. Emitte transitoꝛiũ: ⁊ amplectere sempiternũ. Quid tardas? Quid trepidas? Crede: cõfitere ⁊ suscipe. Sumat humilitas audaciã: verecundia fiduciã. Nullatenus cõuenit nũc vt virginalis simplicitas obliuiscatur ꝓudentiã. In hac sola re ne timeat ꝓudens virgo pꝛesumptionẽ: q: etsi grata in silentio vere cũdia: magis tamẽ nũc in verbo pietas necessaria. Aperi virgo beata coꝛ fidei: labia confessioni: viscera creatoꝛi. Ecce desideratus cunctis gentib? foꝛis pulsat ad ostiũ. O si te moꝛ ante gtransieriꝫ ⁊ rursus inquias dolẽs quere que diligit aĩa tua. Surge: curre: aperi. Surge per fidem: curre p deuotionẽ: aperi p ꝛfessionẽ. ¶ Ecce inquit ancilla dñi: fiat mihi fm verbũ tuũ. Semp solet esse gꝛe diuine familiaris virtus humilitas. Deus cñ supbis restitit: humilibus aũt dat gꝛam. Humiliter g̃ respondet: vt sedes gꝛe pꝛeparetur. Ecce inquit ancilla dñi. Que est hec tam sublimis humilitas q̃ cedere nõ nouit honoꝛib? insolescere gloꝛia nescit? Mater dei eligit: ⁊ ancillam se nosse. Non mediocris renera humilitatis insigne. nec (oblata tanta gloꝛia) obliuisci humilitatem. Nõ magnũ est esse humilem in abiectione: magna pꝛoꝛsus ⁊ rara virtus humilitas honoꝛata. ¶ Si me miserũ hominũ cõmeis decepta simulationibus/ ad aliquẽ vel mediocrem hono⁹m ꝓuexerit ecclesia: deo nimirum hoc vel ꝓpter mea/ vel ꝓpter subditoꝝ pctã permittente: nõne statim oblitus qui fuerim: talem me puto qualis ab hoibus (q̃ coꝛ nõ vident) putatus sum? Credo fame: pscientiã non attendo: ⁊ reputãs non honoꝛẽ virtutibus: sed virtutes honoꝛi: eo sanctioꝛẽ quo superioꝛẽ me estimo. ¶ Videas plerosq̃ in ecclia de ignobilibus nobiles. de pauperibus diuites factos/ subito intumescere: pristine obliuisci abiectionis. genus quoq̃ suuꝫ erubescere: ⁊ in simos dedignari parentes. Videas et hoes pecuniosos ad honoꝛes quosq̃ ecclesiasticos puolare: moꝛq̃ sibi applaudere sanctitatẽ vestiũ dũmoꝛat mutatione nõ mentiũ: ⁊ dignos se estimare dignitate/ ad quã ambiendo peruenerunt: quod q̃ (si audeo dicere) adepti sunt nũmis/ attribuere meritis. ¶ Omitto aũt de his quos excecat ambitio/ ⁊ honoꝛ: ipse supbiendi eis materia est. Sꝫ video qõ magis doleo: post ꝛpectam seculi pompam: nõnullos in schola humilitatis superbiã magis addiscere. ac sub alis mitis humilisq̃ magistri/ grauiꝰ insolescere: ⁊ impatientes amplꝰ fieri in claustro/ q̃ fuissent in seculo. Quodq̃ magis pu ersum est: plerisq̃ in domo dei: nõ patiũtur hri ꝛemptui: q̃ in sua nõ nisi ꝛemptibiles esse potuerũt: vt quia videlicet vbi a pluribus honoꝛes appetuntur: ipsi locũ habere nõ meruerũt: saltem ibi honoꝛabiles videãtur: vbi ab oĩbus honoꝛes contẽnuntur. ¶ Video ⁊ alios: qõ non sine doloꝛe videri debeꝝ: post aggressam xpi militiã/ rursus secularibus implicari negocijs: rursus cupiditatibus terrenis inergi: cũ magna cura erigere mꝰoꝛos/ ⁊ negligere moꝛes sub pretextu quoq̃ cõis utilitatis/ verba vendere diuitibus/ ⁊ matronis saluatiões. sꝫ ⁊ cõtra imperatoꝛis sui edictum/ ꝛcupiscere aliena ⁊ suis cũ lite repetere: nõ audientes apli̇̃ ex imperio regis tui bicinantẽ: Hoc ipsum inquit delictũ est in vobis/ q̃ cause habetis. Quare non magis fraudẽ patimini? Ira ne mundũ sibi: ⁊ se mũdo crucifixerũt: vt q̃ antea vsꝫ in suo vico vel oppido cogniti fuerãt: mõ circueuntes pueicias ⁊ curias frequẽtantes/ regũ noticias pncipũq̃ familiaritates assecuti sint? ¶ Quid de ipso habitu dicã: in quo iam nõ calor: sed color: requiritꝫ: magisq̃ cultui vestiũ/ q̃ virtutũ insistitur. ¶ Pudet dicere: vincũtur in suo studio mulierculeꝫ: q̃n a monachis pꝛeciũ affectatur in vestibus: nõ necessitas: nec saltẽ forma religionis retenta in habitu/ oꝛnari: nõ armari appetũt milites xpi: qui dũ se pꝛeparare ad pꝛeliũ: ⁊ ꝛra aerias pties ꝓtendere parꝑtis infigne debuerant: q̃ vtiq̃ aduersarij valde foꝛmidant: in mollicie vestimentoꝝ/ pacis potius ꝓferẽtes indiciũ: vltro se hostibus sine sanguine tradũt inermes Nec aliũde hec oĩa mala cõtingũt: niſi q̃ illam (q̃ secundum deseruiũ?) deserẽtes humilitatem: dum p hoc cogimur inepta denuo sectari studia secularium: canes effici mur reuertentes ad vomitũ. ¶ Audiamus itaq̃ quoꝛ q̃t tales sumus: q̃d illa respõderit: q̃ dei mater eligebatur: sed humilitatẽ nõ obliuiscebat. Ecce ait ancilla dñi. fiat mihi fm verbũ tuũ. ſfiat: desiderij est signũ: non dubitationis indiciũ. Et p hoc q̃ dicit fiat mihi fm verbũ tuũ: magis intelligenda est affectũ exꝑimere desideantis: q̃ affectũ requirere moꝛe dubitantis: q̃ nil obsterꝛe intelligi: fiat/ esse verbum oꝛonis. Nemo quippe oꝛat nisi qõ credit ⁊ sperat. Unde aũt a se requiri deus etiã qõ pollicetur. Et ideo foꝛte multa que dare disposuit: ꝓmus pollicetur: vt ex ꝓmissione deuotio excitetur: sicq̃ qõ gratis datuꝝ erat: deuota oꝛatio ꝓmereatur. Sic pius dñs q̃ oĩs hoies vult saluos fieri: merita nobis extoꝛquet a nobis ⁊ dum nos ꝓuenit tribuendo: quod retribuat gratis agitme gratis tribuat. Hoc vtiq̃ pꝛudẽs virgo intellexit q̃n pꝛeueniẽti se muneri gratuite ꝓmissionis iunxit meritum sue oꝛationis: fiat (inquiens) mihi fm verbũ tuuꝫ. ſfiat mihi de verbo fm verbum tuũ. Verbum qõ erat in pncipio apud deum: fiat caro de carne mea fm verbum tuũ. ſfiat obsecro mihi verbũ nõ ꝓlatum qõ trãseat: sed conceptum vt maneat. carne videlicet indutũ: non aere. ſfiat mihi nõ tm̃ audibile auribus: sed ⁊ visibile oculis: palpabile manibꝰ: gestabile humeris. Nec fiat mihi verbum scriptum ⁊ mutũ: sed incarnatũ ⁊ viuũ. hoc est non mutis figuris moꝛtuis in pellibus exaratum: sed in forma humana meis castis visceribꝰ viuaciter impꝛessum: ⁊ hoc non moꝛtui calami depictioẽ: sed sancti spiritus operatione. Eo videlicet modo fiat mihi: quo hemini ante me factũ est: nemini post me faciendũ. Porro multifariã multisq̃ modis olim deus locutus est patribus in pꝛophetis. ⁊ alijs quidem in aure: alijs in oꝛe: alijs etiam in manu factum esse verbũ dñi memoꝛatur: mihi autem ꝛo vt in vteꝛo fiat iuxta verbũ tuũ. Nolo autem vt fiat mihi aut declamatoꝛie ꝓdicatum: aut figuraliter significatus: aut imaginatoꝛie somniatum: sed filenter inspiratũ: personaliter incarnatum: coꝛporaliter inuiseratum. Verbum igitur qõ in se nec poterat fieri: nec idigebat: dignetur in me: dignetur ⁊ mihi fieri fm vꝛ bum tuũ. ſfiat quidem generaliter omni mundo: sed specialiter fiat mihi fm verbum tuum.

¶ Excusatio eiusdem/ q̃p locũ hũc euãgelicum/ post expositoꝛes alios explanare voluerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A Ectionem euangelicam exposui sicut po-
tui: nec ignoro q̄ nōnullis placebit: sed
scio me ob hāc rē multoꝝ forte indignatio-
ni obnoxium: & aut iudicabo: superfluus:
aut p̄sumptor: q̄ videlicet post patres/
qui hunc ipm locū plenissime exposuerūt: rursus in eo-
dem nouus expositor: ausus fuerim mittere manū. Sed
si quid dictum est post patres: q̄ nō sit ꝓra patres: nec
p̄tribus arbitror: nec cuiq̄ displicere debere. Vbi autē
dixi q̄ a patribus accepi: dū sic absit typus p̄sumptiōis:
vt nō desit fructus deuotionis: patienter audiā de super
fluitate causantes. Nouerint mē q̄ me tanq̄ de ociosa/et
nō necessaria explanatione sugillāt: nō tam intendisse ex
ponere euāgelium: q̄ ex euāgelio sumere occasionē lo-
quendi q̄ loqui delectabar. Si vero peccaui q̄ ꝓpriam
magis ex hoc excitari deuotionem/q̄ cōem quesierim vti
litatem: potens erit pia virgo apud suū misericordē filiū
hoc meū excusare peccatum: cui hoc meū qualecūq; opu
sculum deuotissime destinaui.

¶ In vigilia natalis domini.

¶ De pronūciatione/Jesus christus filius dei nascitur
in bethleem iude. Sermo primus.

Z Onuit vox leticie
in terra nostra: vox exultationis & salu
tis in tabernaculis peccō. Auditum est
verbū bonū: verbū cōsolationis: sermo
iocūditate plenus: dignus oī acceptio-
ne. Jubilate montes laudem: & oīa li
gna siluarū/plaudite manibus ante faciē dñi: q̄ venit.
Audite celi: & auribus percipe terra: obstupesce & lauda
uniuersitas creature: sed tu magis o hō. Jesus xp̄s filiꝰ
dei nascitur in bethleem iude. Quis tam lapidei cordis:
cuiꝰ aia nō liquefacta fit in hoc verbo? Quid annūciari
dulcius poterat: q̄d delectabilius cōmendari? Quid ta-
le vnq̄ auditū est: aut quid simile aliq̄n mūdus accepit:
Jesus xp̄s filius dei nascitur in bethleem iude. O breue
verbū de verbo abbreuiato: sed celesti suauitate refertū
Labora: affectio milleflue dulcedinis: copiam latius ef-
fundere gestiens nec inuenies verba. Tanta siquidē est
gr̄a sermonis huius: vt cōtinuo incipiat minus sapere si
vel vnū iota mutauero. Jesus xp̄s filius dei nascitur in
bethleem iude. O natiuitas illibata sanctitate: honora-
bilis mūdo: amabilis hoībus: collati magnitudine bene
ficij: inuestigabilis etiā angelis sacri ꝓfunditate myste-
rij: & in his oībus admirabilis: singulari excellentia no
uitatis: vtpote que nec primā similē visa est/nec habere
sequentē. O partus solus sine dolore: solus nescius pu
doris: corruptionis ignarus: nō referans: sed cōsecrans
virginalis vteri templū. O natiuitas sup̄a naturā & p
natura: miraculi excellētia superans: sed reparans virtu
te mysterij. O fratres generationē istā quis enarrabit? An
gelus nūciat: virtus obūbrat: altissimus supuenit spiritus
virgo credit: fide cōcipit: virgo parturit: virgo pmanet.
Quis nō mirer? Nascitur altissimi filius de? de deo geni
tus ante secula: nascitur verbū infans: q̄s vel satis mire
tur? Nec sane ociosa natiuitas: aut infructuosa dignatio
maiestatis: Jesus xp̄s filius dei nascit in bethleem iude.

V ¶ Vos q̄ in puluere estis exp̄giscimini et laudate: ecce
dñs veniet cū salute. Venit cū salute: venit cū vnguētis:
venit cum gloria. Neq̄ em̄ sine salute Jesus: neq̄ sine vn
ctione xp̄s: nec sine gl̄ia venit dei filius. Siquidē ipse sa
lus: ipse vnctio: ipse gl̄ia ficut scriptū est. Gl̄ia p̄fis filius
sapiēs. O felix aia que gustato salutis fructu/trahit & cur
rit in odore vnguentoꝝ vt videat gl̄iam eius: gl̄iam quasi
vnigeniti a p̄re. Respirate pditi: venit Jesus q̄rere & saluū
facere q̄d perierat. Mox bidi cōualescite: venit xp̄s q̄ cō
tritos corde sanare vnctōe mie sue. Exultate quicūq; estis
grādia ꝓcupiscentes: desēdit ad vos filius dei: vt regni
sui faciat coheredes. Jta obsecro sana me dñe & sanabor:
saluū me fac & saluus ero: glorifica & ero gloriosus. Sic
nempe benedicet aīa mea dñm: & oīa que intra me sunt/
nomini sctō eius: cū ꝓpitiatus fueris oībus iniq̄tatibus
meis: sanaueris oēs infirmitates meas: repleueris in bo
nis desiderium meū. Hec tria dilectissimi sapit mihi q̄d au
dio nasci Jesum xp̄m filiū dei. ¶ Quare em̄ vocamus no
men eiꝰ Jesum: nisi q̄ ipse saluū faciet pp̄lm suum a pecca
eorum? Aut quare xp̄s nōiari voluit: nisi q̄ cōputrescere fa
cies iugū a facie olei? Quare filius dei factꝰ est hō: nisi vt
hoīes faciat filios dei? Volūtari aūt eius q̄s resistit? Je
sus q̄ iustificat: quis est q̄ cōdemnet? Christus q̄ sanat: quis
est qui vulneret? Filius dei q̄ exaltat: quis est qui humi
liet? Nascitur ḡ Jesus: gaudeat quisq̄s ille est: quē perpe
tue dānationis reū adiudicabat ꝓscientia peccō. Excedit
quippe pietas Jesu oēm criminū quātitatem/seu nume
rositatem. Nascit xp̄s: lectetur quicūq; vitijs expugnaba
tur antiq̄s. Siquidē ante faciē vnctionis xp̄i/nullus oīno
stare poterit mo: bus aīe quālibet inueteratus. Nascitur
filius dei: exultet q̄ magna solet desiderare: q̄ magnus
numerator aduenit. Fratres hic est heres: deuote suscī
piamus eū: sic em̄ & hereditas nostra erit. Qui em̄ p̄
priū filiū dedit: quō nō oīa nobis simul cū illo donauit?
Nemo discredat: nemo hesitet: habemꝰ testimoniū cre
dibile nimis. Verbū caro factū est & habitauit in nobis.
Fratres hr̄e voluit vnigenitus dei: vt esset in multis fra
tribus p̄mogenitus ipse. Vtiq̄ nihil hesitet ipsa pusilla
nimitas fragilitatis humane: p̄ius ipse factus est hoīm
frater: factꝰ est hoīs filiꝰ: factus est hō. Si & hoc hō iudi
cat incredibile: fidem astruūt oculi. Jesus xp̄s natus est
in bethleem iude. Et vide dignationē. Nō in hierusalem
ciuitate regia: sed in bethleē que minima est in milibꝰ iu
da. O bethleem parua: & iam magnificata a dño: magni
ficauit te q̄ factꝰ est in te paruꝰ ex magno. Letare bethleē
& p oēs vicos tuos festiuū hodie alleluia cantet. Que ti
bi ciuitas si audiat/nō inuideat p̄ciosissimū illud stabu
lum: & illius p̄sepiū gloriā? In vniuersa siquidē terra iam
celebre est nomē tuū: & beatā te dicūt oēs gēnationes. Ubi
q̄ gloriosa dicūtur de te ciuitas dei: vbiq̄ psallitur: quia
hō natus est in ea: & ipse fundauit eā altissimꝰ. Ubiq̄ in
qua p̄dicatur: vbiq̄ clamat: q̄ Jesus xp̄s filius dei nasci
tur in bethleem iude. Nec ociosus q̄d additur iude: siqui
dem admoneat nos eius q̄ ad p̄fes facta est repromissio.
Nō auferet inquit sceptrū de iuda: & dux de femore eius
donec veniat q̄ mittēdus est: & ipse erit expectatio gēnīū.
Salus quippe ex iudeis: sed salus vsq̄ ad fines terre. Ju
da (ait) te laudabūt fratres tui. Manꝰ tue in ceruicibus
inimicorum tuorum: & ceteraq̄ de iuda illo nusq̄ legimꝰ? Sz in
xp̄o videmꝰ impleta. Ipse est em̄ leo de tribu iuda: de q̄
& additur. ¶ Catulus leonis iuda. Ad p̄dam inquit fili mi
ascendisti. Magnus p̄dator xp̄s: q̄ p̄uiq̄ sciar puer vo
care patrē aut matrē: spolia samarie diripit. Magnꝰ pre
dator xp̄s: q̄ ascendens in altū/captiuā ducit captiuitatē
nec tū abstulit quicq̄: sed magis ipse dedit dona hominī
bus. Das itaq̄ & ceteras similes ꝓphetias implemas in
xp̄o. De eo siquidē & p̄dictas ad mentē reuoca: q̄ dicitur
bethleem iude: nec oīno q̄rere est vtrū a bethleem possit
aliq̄d boni esse. Sane q̄d ad nos spectat: discim̄ etiaz ex
hoc quēadmodū suscipi velit: q̄ in bethleem voluit nasci.
Erat em̄ qui forte ei sublimia querēda arbitrarer esse pa
latia: vbi cū gloria rex gloriē susciperet: sed non ꝑpter hō
a regalibus illis sedibꝰ venit. In sinistra eiꝰ diuitie & glo
ria: in dextera longiturnitas vite. Nox oīm eterna in ce
lis affluentia supperebat: sed pauptas nō inueniebatur
in eis. Porro in terris abūdabat & superabundabat hec
species: & nesciebat hō p̄cium eius. Danc itaq̄ dei filius
cupiscens/descendit vt eam eligat sibi: & nobis quoq̄
sua estimatione faciat p̄ciosam. ¶ Adorna thalamū tuū
syon: sed humilitate: sed pauptate. In his em̄ pānis com
placet sibi: & maria testimoniū ꝓhibente/his sericis dele
ctatur inuolui. Abominationes egyptioꝝ imola deo tuo

Ps.xlix. Gen.xlix. Ubi.s. Esa.viij. puer.iij. puerb.x

A Cōsidera deniq̄ q̄ in bethleem iude nascitur: & solicitus
esto quō bethleē iude inueniaris: & iam nō in te quidem
suscipi dedignat. Bethleem quippe domū panis. Juda
sonat confessionē. ¶ Tu ḡ si diuini vbi pabulo repleas
aīam tuā: fideliter q̄: etsi nō digna: certe quāta potes de
uotione/suscipias panē illū qui de celo descēdit & dat vi
tam mūdo: dominicū videlz corpus iesu: vt veterē vtrem
corporis mi/noua illa resurrectionis caro reficiat et su
stineat: quarenꝰ nouū qō inzus est vinuz: hoc solidatus
glutino/valeat continere. Si deniq̄ ex fide viuas: & ne
quaq̄ gemere oporteat: q̄ oblīnus sis comedere panem
tuū: bethleem factꝰ es: dignꝰ plane suscēptione dñica: si
tñ ꝓfessio non defuerit. ¶ Sit ꝓinde iudea sanctifica
tio tua: cōfessionē & decorē induere: quā maxime stolam
in ministrio suis xp̄s acceptat. Deniq̄ breuiter tibi vtriq̄
Rom.x. cōmendat apls. Corde inquiens creditur ad iustitiā: ore
aūt ꝓfessio fit ad salutē. Justicia siquidē in corde: panis
Mat.v. in domo. Est em̄ iustitia panis. Et beati qui esuriūt & si
tiūt iustitiā: qm̄ ipsi saturabūtur. Sit ḡ in corde iustitia:
& iustitia q̄ ex fide est. Hec em̄ sola hz gloriā apud deum.
Sit etiā in ore ꝓfessio ad salutē: & securus iā suscipe eum
q̄ in bethleem iude nascit iesum xp̄m filiū dei.

¶ In vigilia natalis domini/de eo qō scriptū est: O iu
da et hierusalē nolite timere: cras egredientini & domi
nus erit vobiscum. Sermo.iij.

E Juda & hierusalem
ij. Para lipo.xx. nolite timere. Veros alloq̄mur iudeos: nō
littera/sed spū: semē abrahā: cuiꝰ multiplica
tio sicut p̄missa legit: sic viderur impleta.
Neq̄ em̄ filij carnis: sed filij p̄missionis de
putant in semine. Sed nec illi hier̄lin dicimus/q̄ occidit
ꝓphetas. Unde em̄ illā ꝓclamur: sug quā dño fleuit: q̄
data est in subuersionē? Illi dicimus q̄ de celo nouā de
scendit. Nolite timere o iuda & hier̄lin. Nolite timere ve
ri ꝓfessores: eis q̄ nō solū ore: sed tori pariter & oī parte dño
ꝓfitemini induti ꝓfessionē sicut vestimentū: imo quoꝝ
ps.lxxxv oīa interiora dño ꝓfitenē: & oīa ossa dicūt. Dñe q̄s simi
lis tibi: nō sicut hi qui ꝓfitentur se nosse deū: factis aūt
D negant. ¶ Vera cōfessio est: si oīa opera nostra fratres/
opera eius sint: & cōfiteantur ei. Cōfiteantur aūt gemi
na quadā ꝓfessione vt duplicibus vestiamini. i. ꝓfessione
petrōꝝ vestroꝝ: & ꝓfessione laudis diuine. Tunc em̄ veri
iudei eritis: si oīs vita vestra cōfiteatur vos petō: es & di
gnos multo maioribus penis: deū vero summe bonū: q̄
p his leuibus & trāsitoribus penis/eterna ꝓdonat suppli
cia q̄ meruistis. Quisquis em̄ ardenter nō desiderat pe
niten. ū: videt operibꝰ dicere/nō indigere se pnia: & ita
suā nō ꝓfitetur culpā: aut nō posse ꝓdesse ei pniam: sic &
E diuinā nō ꝓfitetur bonitatē. ¶ Vos aūt estote viri iudei
sed & hier̄lin vera: vt nihil iam timeatis. Est em̄ hierusalē
visio pacis. Visio nō possessio. cuius fines dñs posuit pa
cem: nō initiū sane: nec medium. Si ḡ pacem nō habetis:
imo q̄ perfectā in hoc seculo habere nō poteritis: saltem
videre eā: intueamini/cōsiderate/& desiderate eā. Illuc
sunt oculi cordis vestri: ad pacē sese dirigat intentio vīa:
vt oīa quecūq; facitis: huiꝰ pacis que exp̄erat oēm sen
sum: desiderio faciatis: in oībus hoc intendatis: vt recō
ciliati pacem habeatis ad deum. Dis dicimus: Nolite ti
mere. hos consolamur: nō eos qui viā pacis non cogno
uerūt. Naz si illis dr̄: cras egredimini: cōminatio nō cō
solatio erit ista. Soli nimirū dissolui desiderant & egre
di ꝓcupiscunt: q̄ pacē vident: & sciūt si terrestres domus
eoꝝ huiꝰ habitatiōis dissoluātur: qm̄ edificationē hr̄e ex
deo: & nō illi qui in infamiā versi/suis cōpedib? delectan
tur. Deniq̄ bi tales moriendo nō tam egressi dicēdi sunt
q̄ ingressi: q̄ nō in lucē: nō in libertatē vadūt: sed in car
cerem: sed in tenebras: sed in infernū. Vobis aūt dr̄: No
ñ. Para lipo.xx. lite timere: cras egredimini: & iam non erit timor: in fi
F nibus vestris. ¶ Multos quidē habetis hostes. Carnē
qua nullus pōt esse vicinior hostis: p̄sens seculū nequā
q̄d vndiq̄ circūfusum est vobis: p̄ncipes tenebrarū: qui
via vestrā obsidēt in aere collocati. Attamē nolite time
re: cras egredimini. Lin p̄mo. Cras em̄ in p̄mo est.
Un̄ & scriptꝰ iacob ait. Cras respōdebit mihi iustitia mea. Ge.xxx.
¶ Tres em̄ dies sunt de q̄bus etiā legimus. Unificabit B
nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. Unꝰ sub Osee.vj
adam: alter in xp̄o: tertius cū xp̄o. Unde & ibi subditur.
Sciemus sequemurq̄ vt cognoscamus dñm: & hic dicit
cras egredimini: & dñs erit vobiscū. Dis em̄ dr̄: q̄ dimi
diauerūt dies suos: in q̄bus pertit dies in qua nati sunt
que est dies ade/dies pcti: cui Hieremias quoq̄ maledi Hie.xx.
cebat dicēs. Maledicta dies in qua natus sum. Oēs em̄
in illa nascimur. Utinā pereat in nobis oībus dies illa:
dies nebule & caliginis: dies tenebrarū & turbinis: quaz
nobis fecit adā: quā fecit inimicus q̄ dixit: Aperient ocu Gen.iij.
li vestri. Ecce vero illuxit nobis dies redēptionis nouē:
reparationis antique: felicitatis eterne. Hec est dies quā Ps.cxvij
fecit dñs: exultem⁹ & letemur in ea: q̄ cras egrediemur.
Unde/nisi de ꝓlauti huiꝰ seculi: de ergastulo huiꝰ corpo
ris: de cōpedibus necessitatis/curiositatis/vanitatis/et
voluptatis: q̄ etiā inuitis nobis/pedes tenēt affectiōis.
Quid em̄ spiritui nostro cū terrenis? Cur nō spūalia de
siderat: spūalia querit: spūalia sapit? O spūs q̄ desursum
estis: q̄d vobis cū infimis? Que sursuz sunt q̄rite: vbi xp̄s
est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: nō que Colo.iij.
sup terrā. ¶ Sed corpus q̄d corrūpit aggrauat animā: B
& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Sap.ix.
Necessitates multe miseri huiꝰ corporis detinēt nos. Ui
seus quidā prauī desiderij & delectationis terrene vola
re nō patitur: & citius retrahit mentē: si forte aliq̄n sub
leuetur. Sed nolite timere: cras egredimini de lacu mi
seric/& de luto fecis. Nā vt indevos educeret: infixus est
ipse quoq̄ in limo ꝓfundi. Nolite ḡ timere: cras egredie
mini de corpore mortis: & de oī corruptione pcti. Agite
diem festum in xp̄o: vt ambuletis sicut & ipse ambulauit.
Qui em̄ dicit se in christo manere: debet sicut ipse ambu I.Joh.ij
lauit: & ille ambulare. Nolite ḡ timere: q̄ cras egredie
mini: & sic semp cū dño eritis. Vel q̄ signāter dictuz. Et
dñs erit vobiscū: sic intelligam⁹: vt duz sum⁹ in corpore
possimus nos esse cū dño. i. adherere eius voluntati: sed
nō ille nobiscū vt ꝓsentiat voluntati nostre. Uellem⁹ em̄
iam liberi esse: ꝓcupiscimus dissolui: egredi desideram⁹:
sed adhuc differt ille certa ex causa. Cras egredimur et
dñs erit nobiscū: vt quicq̄d voluerimus: velit: & in nullo
a nostra voluntate discordet. ¶ Jtaq̄ iuda & hierusalez
nolite timere: si pfectionē quā desideratis nondū pote J
stis adipisci: sed q̄ minꝰ habet impfectio cōuersationis
suppleat humilitas cōfessionis: & impfectū vestrū vide- ps.cxxx.
runt oculi dei. Propterea em̄ mādata sua mādauit custo viij.
diri nimis: vt videntes impfectionem nostrā deficere: & Ps.cxviij
nō posse implere q̄d debet: fugiam⁹ ad miam & dicam⁹.
Dm̄ melio: est mia tua sup vitas. Et qui nō possum⁹ in ps.lxij.
vestim̄ innocentie seu iusticie: apparcam⁹ vestiti cōfessio
ne. Cōfessio em̄ & pulchritudo in ꝓspectu dñi: si m̄ sit/vt ps.xcv.
dixim⁹ nō oīa tm̄: sed eriā rotius hoīs: vt oīa ossa nos
stra dicant: dñe quis similis tibi: idcp solius pacis inuis
tu: & desiderio recōciliationis ad deum. Talibus em̄ dr̄:
O iuda & hier̄lin nolite timere: cras egredimini. i. q̄
ciro a corpore exierit aīa: oēs simul affectiōes: oīa deside
ria q̄bus p vniuersum interim mūdum: dispersa & liga
ta tenebaf: dissoluent: & egredietur de visco hoc. Et dñs
erit vobiscū. Nimis id q̄dē vob videri pōt: si tñ ad vos re
spicitis: & nō ad ea que expectam⁹ vos. Nōne hoc vniuer
sus mūd⁹ expectat: Creatura em̄ subiecta est vanitati: et
cadēte hoīe/que ꝓtimerat dñs dñm domus sue/& pnci
pem oīs possessionis suc: tota simul hereditas corrupta
est. Inde diffēperatus aer: terra in operib⁹ ade maledi
cta: & oīa subdita vanitati. Nec sane reparabitur heredi
tas: donec reparent heredes. Unde & iuxta apli testimo Rō.viij

niũ/Jngemiscit quoq; ⁊ parturit vsq; adhuc. Nec soli vtiq; huic mũdo:sed ⁊ angelis ⁊ hoibus spectaculu fa sci sumus. ¶ De inq̃t expectant iusti:donec retribuas mihi. Et mar.xiij. Et mar.xiij. cs ⁊ desideratores beatitudinis quã tũc habituri sunt:acceperũt diuinũ relpõsum. Sustinete modicũ tps:donec impleatur numerus fratrũ vestroz. Acceperũt ergo iam singulas stolas:sed nõ vestient du plicibus:donec vestiamur ⁊ nos. Vadia tenemus/⁊ ob fides ipsa eoz corpora:sine q̃bus ꝑsummari nõ possunt nec ea recipiẽt sine nobis. Unde de patriarchis ⁊ ꝓphe tis ait apls. Deo melius aliq̃d puidere ꝓ nobis vt nõ si ne nobis ꝑsummarẽtur. ¶ O si cognosceremus et nos quo expectãt:⁊ quãtũ desiderãt aduentũ nostrũ:q̃ soli te querũt:q̃ libenter audiũt bona de nobis. Quid tñ de his loquor:q̃ didicerũt ex his q̃ passi sunt/cõpassionẽ:qñ ⁊ ipsi nos angeli sancti desiderant? Nõne de vermiculis istis/⁊ de puluere isto restaurandi sunt muri celestis hie rusalem? Putatis quãtũ desiderant ciues celi instaurari ciuitatis sue ruinas? Quõ soliciti sunt vt veniãt lapides viui:q̃ coedificenk eis? Quõ discurrũt medij inter nos ⁊ deũ:fidelissime portãtes ad eũ gemitus nostros: ⁊ ipsi? nobis gratiam deuotissime reportãtes? Plane nõ dedi gnabũtur vt simus eoz socij: quoz facti sunt iã ministri. Nõne eñ oẽs administratorij sunt spũs in ministerium missi ꝓter eos q̃ hereditarẽ capiũt salutis? Festinemus obsecro dilectissimi/festinem?:tota nos multitudo cele stis curie expectat. Exultare angelos fecim? qñ cõuerti simus ad pniam:ꝓficiamus ⁊ festinem? cõplere de nos bis coz leticiam. Ue tibi quicunq; es q̃ deliberas redire ad lutũ:reuerti ad vomitus. Putasne placatos habebis in iudicio: quos tanto ⁊ tam sperato ꝑuare vis gaudio? Exultauerũt cum nos ad pniam venimus:tanq̃ sup his quos ab ipsa inferi porta cernerent euocari. Quid nunc erit si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint: ⁊ abire re tro:sum eos/qui iam pedẽ alterũ in paradiso posuerũt? Nam etsi corpora inferius:sed corda sursum. ¶ Currite fratres currite:nõ soli angeli: sed ⁊ ipse angelorum vos creator expectat. Nuptie parate sunt: sed nondum plena domus:adhuc expectank de q̃bus nuptie impleank. Ex pectat vos pater ⁊ desiderat nõ solũ ꝓpter nimiã chari tatem suã qua dilexit vos:vñ ⁊ vnigenitus q̃ in sinu pa tris est:ipse exarrauit. Pater inquiẽs amat vos:is ꝓpter semetipm:sicut loquit per ꝓphetã. Propter memetipm ego faciã:nõ ꝓpter vos. Quis eñ implendũ dubitet qõ ꝓmisit filio dicẽs: Postula a me ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatem tuã. Et alibi. Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuoz. Nõ cõterenk oẽs ini mici eius:dũ nos qui sum? mẽbra eius:aliquate? impu gnabũt. Non implebit hec ꝓmissio:donec nouissima ini mica destruak mors. Nã de filio quis nesciat quãtũ desi deret fructũ natiuitatis ⁊ totius vite quã gessit in carne: deniq; fructum crucis et mortis sue ꝓtium sanguinis ꝑciosi? Nõne traditurus est regnũ deo ⁊ patri q̃ acquisi uit? Nõne ei restauraturus est creaturas suas: ꝓ quibus pater illũ misit in terris? Expectat nos ⁊ spũssanct?. Est eñ charitas ⁊ benignitas in qua ꝓdestinati sumus ab eterno:nec dubiũ q̃n ꝑdestinationẽ suã velit impleri. Er go q: parate sunt nuptie:⁊ ois nos curie celestis frequẽ tia desiderat ⁊ expectat: curram? nõ quasi in incertũ: cur ramus desiderijs ⁊ ꝓfectu virtutũ. ¶ ꝓficere ꝓficisci est. Dicam? singuli? Aspice in me ⁊ miserere mei ꝓm iudi ciũ diligentiũ nomẽ tuũ. Nõ sicut ego merui:sed sicut il li decreueris:miserere. Dicam? item: sicut fuerit volun tas in celo sic fiat. Jeciq;: fiat volũtas tua. Sciimus q̃m scriptũ est. Si deꝰ ꝓ nobis:q̃s ꝓra nos? Aut q̃s accusa bit aduersus electos deiꝰ An nõ licet inq̃t mihi facere qõ volo? Hec sit interim ꝑsolatio nostra charissimi: donec egrediamur ⁊ dñs fit nobiscum. Qui magna sua mia ad beatã illã egressionẽ/⁊ ad clarũ illud cras nos ꝓducat; ⁊ in hoc quoq; primo cras visitare nos ⁊ nobiscum esse dignek: vt si quis forte in tentatione qualibet detinetur: ipso miserãte q̃ ꝑdicare venit clausis aptionẽ cras egre diak: vt cũ gaudio salutari suscipiam? coronã paruuli re gis nostri/ipso ꝑstante:q̃ cũ ꝑre ⁊ spũsctõ viuit ⁊ regnat deus ꝑ oĩa secula seculoz. Amen.

¶ In vigilia natalis domini. Sermo.iij.

Hodie scietis quia ve niet dñs: et mane videbitis gloriam eius. Quicq; terrigene ⁊ filij hominum/audite. ¶ Clos q̃ in puluere estis: erpgiscimini et laudate:q: veniet medicus ad egrotos:redẽptor ad ven ditos:ad errantes viam:ad mortuos vita. Venit quippe q̃ ꝓsciat in ꝓfundũ maris oĩa pcã nostra: q̃ sanet oẽs in firmitates nostras:qui nos ꝓpꝛijs humeris ad ꝓpꝛie di gnitatis reporet originem. Magna est ista potẽtia: sed plus est miranda mĩa/q̃ sic venire voluit: q̃ potuit sub uenire. Hodie inq̃t scietis:q: veniet dñs. Verba hec qui dem suo loco ⁊ tpe in scriptura posita sunt:sed nõ incon grue illa vigilie ohĩce natiuitatis ecclesia mater aptauit ¶ Ecclesia inquã illa q̃ secũ habet ꝓlilijũ:⁊ spũ sponsi ⁊ dei sui:cui dilectus inter vbera cõmoratur/ipsam cor di s sui sedẽ ꝑncipaliter possidẽs ⁊ cõseruãs. Nimirũ ipsa est q̃ vulnerauit cor eiꝰ:⁊ in ipsam abyssũ secretoꝝ dei ocu lũ ꝓtemplationis inerserit:vt ⁊ illi in suo/⁊ sibi in eiꝰ cor de perẽne faciat mansionẽ. Cũ ergo ipsa in scripturis diuinis verba vel alterat vel alternat: fortioꝛ est illa cõ positio/q̃ positio ꝓma verboꝝ:⁊ fortassis tanto fortioꝛ: quãtũ distat inter figurã ⁊ veritatẽ: inter lucẽ ⁊ vmbrã: inter dñam ⁊ ancillã. Hodie scietis q: veniet dñs. ¶ Se cũdum estimationẽ meã duo inverbis istis dies nobis ex ꝓessius cõmendãtur. Primus q̃ a ꝓmi hois lapsu labif vsq; ad finẽ mundi. dies cui sancti sepius maledixisse no scimur. Ab illa eñ lucidissima die/in qua cõditus fuerat adã electus est:⁊ in has rerũ ꝛruinas angustias: diem te nebꝛosum incurrit:⁊ pene a lumine veritatis extinctum. In hac die nascimur vniuersi:si tñ dies debet ⁊ nõ poti? noꝛ vocari:nisi qõ lumen rõnis quasi quãdã scintillulaz nobis insuperabilis illa mia dereliquit. Secũa vero dies erit in splendoꝛibus sanctoꝝ/in perpetuas eternitates: cũ inclaruerit illud serenissimũ mane: cui est mia repꝛo missa:⁊ absoꝛpta erit moꝛs in victoꝛia:cum dimotis vm bris ⁊ tenebꝛis/splendoꝛ vere lucis surgam ⁊ deoꝛsuz:in tus ⁊ exterius cuncta pariter occupabit. Audita fac mihi mane mia tua:ait sanctus: ⁊ Repleti sumus mane mia tua. Sed ad nostrum diem reuertatur: q̃ tanq̃ custodia in nocte ꝓ sua brevitate ꝛ:q̃ tanq̃ nihilũ ⁊ inane ꝛ illo familiari spiritussancti oꝛgano noiamur: cum dicit. Eñ oẽs dies nostri defecerũt. ⁊ Defecerũt sicut fumus dies mei. ⁊ Dies mei sicut vmbra declinauerũt. Parui ⁊ pessi mi sunt oẽs dies vite mee: air ille sctũs patriarcha: qui vi dit dñm facie ad faciẽ:qui cũ eo tã familiariter loquebak Et quidẽ in hac ipsa die hoi deus rõnẽ ꝑstat:tribuit intel ligentiã:sed necesse est vt ereuntẽ de hoc mũdo/illumi net lumine scientie sue: ne si de domo carceris ⁊ vmbra mortis extinctus exierit:illuminari nõ valeat in eternũ. Jdeo quippe vnigenit? dei/sol iusticie/tanq̃ inẽsũ ⁊ pre clari luminis cereus/in hui? mũdi carcerẽ illuminat? est ⁊ accensus:vt oĉs q̃ illuminari voluerint:ad illum acce dant illiq; inngãtur:vt nihil mediũ inter illos sit ⁊ ipm. ¶ Pcã eñ nostra separãt inter nos ⁊ deũ:sed illis sub latis/vero lumini illuminãdi/⁊ sñs ꝓcoꝛporãdi cõnecti mur id idipm: sicut lumen extinctũ lumini lucẽti ⁊ arden ti sine aliquo medio cõiungik vt illuminek: quaten? per exemplũ visibiliũ/effect? rerũ inuisibiliũ cognoscamus Ad hoc igit tam magnũ ⁊ ꝑefulgidũ fidus iustra ꝓphe tam/illuminemus nobis lumen scientie ꝓiusq; de mũdi huius tenebꝛis exeamus:ne de tenebꝛis transeam? ad te nebꝛas ⁊ tenebꝛas sempiternas. Que est autez ista scia:

tur. Jn pſperis q̄s cōtra eū qui dixit: Nō q̄ scipm commē
dat ille pbatus est: cōmendamus nos in meipos: nō in mul
ta patiētia: sed in arrogātia: et in quinat nos altera lepra
verbū iactantie. Ut ergo mūdemur ab illa: mergamur in
iordane: ⁊ imitemur eū qui nō querebat gloriā suā. Ūn et
demonia q̄ clamabant: q: ipse esset dei filⁱ⁹: precipiebat ob
mutescere: ⁊ illuminatos cecos dicere, phibebat. C Jn cor
de duplex est lepra: ppria volūtas/⁊ ppium cōsiliū. Le
pra vtraq̄ nimis pessima: eoq̄ pnicioſa: quo magis in
terior. Volūtatē dico ppriā: q̄ nō est cōmunis cū deo ⁊ hoi
bus: sed nostra tantū: qn qō volumus: nō ad honorē dei:
nō ad vtilitatē fratrū: sed ppter nosmetipos facim⁹ nō in
tendētes placere deo/⁊ pdesse fratrib⁹: sed satisfacere p
priis moribus aiorū. Huic cōtraria est recta fronte charj
tas/que deꝰ est. Hec em aduersus deū inimicitias exercēs
est: ⁊ guerrā crudelissimā. Quid em odit aut punit deꝰ: p
ter ppriā voluntatē? Esset volūtas ppria: ⁊ infernus non
erit. Jn quē em ignis ille deseuiet nisi in ppriā voluntatē?
Etiā nūc cū frigus: aut famē: aut aliq̄d tale patimur: q̄d le
dit nisi ppria volūtas? Nō si volūtate sustinem⁹: ipa tam
volūtas cōmunis est: sed infirmitas quedā: et velut puri
tus volūtatis/adhuc de ppio est: ⁊ in illo oēs penas susti
nemus donec penitus cōsumat. C Nā volūtas illa ppie
dicit/cui assentimus: ⁊ cui se liberū inclinat arbitriū. Hec
aūt desideria et cōcupiscētie: q̄ inimicos tenēt: nō volūtas:
sed coꝛruptio volūtatis est. Porro volūtas ppria quo fu
roꝛe dñm maiestatis impugnet audiāt ⁊ timeāt serui ppie
volūtatis. Primo nāq̄ scipam subtrahit et subducit eius
dominatui: cui rāq̄ auctoꝛi seruire iure debuerat: dū efficit
sua. Sed nūquid cōtenta erit hac iniuria? Addit adducere
q̄s in se oīa q̄s q̄ dei sunt: tollit ⁊ diripit. Quē em modū si
bi ponit humana cupiditas? Nōne qui pvsurā acquirit pe
cuniā modicā: similiter mundū lucrari conatur ek vniuersi:
Nota. si nō deesset possibilitas: si supperet volūtati facultas?
Dico fiducialiter: nemini q̄ sic in ppria volūtate: posse vni
uersus mūdus sufficere. Sed vtinam vel rebus istis esset
contenta: ne in ipm (horribile dictu) deseuiret autoꝛem.
Nunc aūt ⁊ ipm (quātum in ipa est) deū perimit volūtas
ppria. Nōne em vellet deū peccata sua aut vindicare non
posse: aut nolle: aut ea nescire. Vult ergo eū nō esse deū: q̄
quātum in ipsa est: vult eū aut impotentē: aut iniustū esse:
aut insipientē. Crudelis plane et oīno execrāda malicia:
que dei potentiā/iusticiā/sapientiam perire desiderat. Hec
est crudelis bestia: fera pessima: rapacissima lupa: ⁊ leena
seuissima. Hec est immūdissima lepra animi: ppter quā in
iordane mergi oporteat: et imitari eum qui nō venit face
re voluntatem suā. Unde et in passione: nō mea inquit vo
lūtas: sed tua fiat. C Lepra vo ppriī consiliⁱ eo pernicioſi
or est: quo magis occulta: et quāto plus abūdat: tanto fibi
quisq̄ sanior esse videtur. Hec illoꝛ est qui zelū dei habēt:
sed non fm scientiā: sequentes erroꝛē suum et obstinati in
eo: ita vt nullis velint consilijs acquiescere. Hi sunt vnita
tis diuisoꝛes: inimici pacis: charitatis expres: vanitate tu
mentes: placētes sibi: et magni in oculis suis: ignoꝛantes
dei iusticiā: ⁊ suā volētes cōstituere. Et q̄ maioꝛ superbia:
q̄ vt vn⁹ homo toti cōgregationi indiciū suū pferat: tanq̄
j. Reg. xv. ipse sol⁹ habeat spiritū dei? Idolatrie scelus est nō acq̄esce
reꝛ et quasi peccatū ariolādi repugnare. Sant nunc q̄ se fa
ciūt religioſoꝛes alijs: q̄ nō sunt sicut ceteri hominuꝫ: ecce
ariolī ⁊ idolatre facti sunt: si tñ vel ei q̄ dixit hoc pl⁹/q̄ sibi
matth. xviij. iudicāt esse credendū. Neq̄ huic dissonat veritatis sermo
quē dixit. Si ecclesiā nō audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ pu
blicā⁹. Sed vbi poterit hec lepra mūdari/nisi in iordane

Jbi mergere quicūq̄ hmōi es: et attēde q̄d fecerit magni
cōsilij angel⁹: quomodo cōsiliū suū postposuerit consilio:
vel magis volūtari mulieris vni⁹: beatā virginē loquoꝛ: et
fabri pauperis: ipse est ioseph. Jnuētus em in medio doctoꝛ
rum audiēs eos et interrogās: quodāmodo increpatus a
matre est. J fili q̄d fecisti nobis sic? At ille. Quid erat iquit Luce. ij.
q̄ me querebatis? Nesciebatis q: in his q̄ patris mei sunt;
oporteꝛ me esse? At illi nō intellexerūt verbū. ⁊ q̄d fcr̄t ver
bū? Nō capiebat in se: desciscendit ira/vt esset eriaz subditus
illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio
suo: quando suum sapientia ipsa deseruit? Sic mutauit cō
silium suum: vt quod iam rūc ceperat: ettunc vsq̄ ad trice
simū eratis sue annuꝫ: protulus dimiserit. Nihil em ab hoc
duodecimo anno/de eius doctrina vel operibus inuenis/
vsq̄ ad annos triginta. Sed forte q̄rendū ab ipso est: quō
voluntatem suam/consiliū ve reliquerit. O oīe voluntas
de qua dixisti vt non fieret: si bona nō erat/quomodo tua
erat? Si bona erat: quare derelicta est? Sic et consilium si
non bonū: quomodo tuū: si bonum/quomodo relinquē
dum? Et bona erant et eius erant: neq̄ minus tamē relin
quenda ob hoc videlicet: vt fieret melioꝛa. Neq̄ em opoꝛ
tebat ppria preiudicare cōmunib⁹. Erat ergo volūtas chri
sti: ⁊ bona erat qua dicebat. Si fieri pōt trāseat a me calix mar. xiiij
iste: fz ea de qua dicebat: fiat volūtas tua: melioꝛ erat: quia
cōis nō solū patris: sed ⁊ christi ipsi⁹ (oblatus est em: quia
ipse voluit) ⁊ n̄fa. Nisi em granū frumēti cadēs in terram Joh. xij.
moꝛtuū eēt: ipsum solū maneret: moꝛtuū vo multū fructū
attulit. Atq̄ hec volūtas pfis erat: vt videlicet haberet q̄s
adoptaret in filios. Christi erat: vt sit ipe p̄nogenitus in
multis fratrib⁹. Nostra erat: q: p nobis faciebat: vt redime
remur. De cōsilio idē dicim⁹. Christi em erat/et bonū erat
consilium illud quod ait: quia in his que patris mei sunt;
oporteꝛ me esse. Sed quia illi non intellexerunt: mutauit
illud consiliū: vt nos mundaret ab ea lepra que ppriī con
silij est. Exemplū em dedit nobis: vt et nos ita faciamus. Jac. iij.
Nam ab initio nouerat quid esset facturus: sed voluit foꝛ
mā nobis huius humilitatis exhibere: et ad laudandā pel
simā hanc lepram diuinū in seipso parare iordanē. C Au
diāt igitur vtriq̄ pariter qui ppie voluntatis: et qui pro
priī consilij lepra sordent/audiant quid spūs dicat eccle
sijs b:eui vno versiculo lepra vtriq̄ condemnans. Sapi
entia ait que deforsum est: primū quidē pudica est/contra
ppie voluntatis impuritatē: deinde pacifica/contra con
silij ppriī obstinatā rebellionē. Dū ab his septē purgatus
fuerit eger: tanq̄ post septē cellas querat septē fercula que
sunt septem spūsancti dona. Porro sicut in vita dñi ante
passionē septem purgationes inuenimus: sic et in apari
tionibus sepres: que post resurrectionē facte leguntⁱ: septē
illa dona spūsancti possimus inuenire. Jn prima spiritū
nimoris accipe: quādo mulieribus sanctis venientibus de
scēdit angelus de celo: ⁊ terremotus factus est: ita vt ipsas
rimoꝛe perterritas oporteꝛet ab angelo cōfolari. Jn spū
pietatis apparuit simoni: quia magna et omnino et vere
domino iesu digna pietatis dignatio/q̄ ei quasi singula
riter/et ante ceteros dignatus est apparere: quē pre cete
ris de negatione eius rea cōscientia confundebat: vt vbi
abundauit delictum: superabundaret et gratia. Jn spū sci
entie duobus pergentibus in emaus scripturas exposu
it: incipiens a moyse et prophetis. Jn spū foꝛtitudinis ia
nuis clausis intrauit/ostendens manus et latus: sicut so
lent in signū virtutis clypeoꝛū foꝛmina demonstrari. Jn
spiritu consiliⁱ frustra in piscatione laboꝛantes mittere in
dexteram rete consuluit. Jn spiritu intellectus aperuit
illis sensum vt intelligerent scripturas. Jn spiritu sapien
tie die quadragesimo apparuit eis: quando videntibus il
lis elevatus est: et viderunt filium hominis ascendentem
vbi erat prius. Usq̄ ad illam enim diem/quasi per stulti
ciam predicationis saluos faciebat credentes: postq̄ ver
boꝛ coꝛam eis ascendit ad patrem; iam cepit sapientia
declarari.

C Jn tēpoꝛe resurrectiōis: quō q̄busdā nondū natus est
xp̄s: q̄busdā nōdū passus: q̄busdā nōdū resurrexit: q̄busdā
nōdū ascēdit i celū: q̄busdā nōdū misit spūsanctū. Ser. iiij.

A

Hiere. lj. Omnia que de salua
toꝛe legimus: medicamina sunt aiaꝝ nos
traꝝ. Videamus ergo ne q̄n forte dicak
de nobis. Curauimus babylonem: et nō
est sanata. Cogitet vnusquisq̄s quātū ope
renk in eo tā salutaria medicamēta. Sūt
em quib⁹ nondū natus est christus: sunt q̄bus nōdum est
Phil. ij. passus: sunt quib⁹ nō surrexit vsq̄ adhuc. Alijs q̄s nondū
ascendit: alijs nondū misit spūsanctū. Quō em operak eius
humilitas: q̄ cū in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est
esse se equalē deo: fz semetipm exinaniuit formā serui accis
pies. quō inquā dei humilitas i fupbo hoie operak? Quc
illius humilitaſ vestigia in his q̄ adhuc toto desiderio ter
renis diuitijs ⁊ honoꝛib⁹ inhiāt? An nō modo exhilarak
Esa. lx. coſciēria vestra fratres mei: q̄ dicere poſtis: paruulus na
tus est nobis? Sunt quibus nondum est passus christus:
qui laboꝛes fugiunt: et moꝛtem metuūt vsq̄ adhuc: quasi
vero ille et laboꝛes sustinendo: et moꝛtem moriendo non
vicerit. Sunt quibus nōdum surrexit: qui in laboꝛum an
fietate: et afflictione penitētie/morte afficiumur tota die:
nondum spirituali consolatione recepta. Sed nisi b:euia/
ri fuissent dies illi: q̄s posset sustinere? Alijs surrexit chri
stus: sed nondum ascendit: immo cum eis adhuc pia dul
cedine cōmoꝛak in terris: his scilicet q̄ in deuotiōe sunt to
ta die: flēt in oꝛationib⁹: suspirāt in meditationib⁹ suis: et
oſa festiua ⁊ iocunda sunt eis: ⁊ p oēs dies illos cōtinuū
alleluia cātatur. Sed oporteꝛet lac eis subtrahi: vt discāt ve
sci solido cibo: ⁊ expediteis vt xp̄s vadat: ⁊ hec tpalis de
uotio subtrahak. Sed q̄s hoc capere poterūt? Deseruos se
se a dño: puatos gratia pquerūnur. Sed expectēt paululū:
sedeāt in ciuitate donec indu̾atur solidioꝛi quadā virtute
ex alto: et maioꝛa percipiāt charismata spūsancti: sicut apli
pmoꝛi sunt in gradū altioꝛē ⁊ supemientioꝛē: vīa charitas
nis ingressi: nō iā soliciti quō fierent paululū: sed quō ma
gna quadā victoria/de' cōmuni aduersario triūpharēt: et
conculcarēt sathanam sub pedibus suis.

C Jn octava pasche de tribus testimonijs in celo et in
terra.

Serno. j.

B

j. Joh. v. Quisquis quod natū est
ex deo: vincit mundū. Postq̄ vnigenit⁹ dei
nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo:
hois q̄s dignatus est fieri filius: ⁊ habitu in
uentus vt hō: non immerito iā de celesti generatione exi
guitas humana pſumit. Neq̄ em indignū est deo coꝛ fieri
patrē: quoꝛ se xp̄s fecerit fratrē. Hinc est q̄ beatus iohan
Joh. j. nes q̄ sepius nobis ac studiosius hāc cōmendat adoptio
nē filioꝛ dei: in ipo q̄s euāgelij sui principio. Quotquot in
j. Joh. v. quit receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri. Huic
ergo vbo simile est q̄d audimus hodie de eⁱ⁹ epla recitari.
Joh. xv. Dē inquit q̄s natū est ex deo: vincit mundū. Quotquot
Joh. xvi em sunt christi: cū christo eos mundus odit: sed cū christo
Ro. viij fatur pariter ⁊ ab ipis. Nolite ait mirari si odit vos mū
dus: scitote quia p̄ioꝛem me vobis odio habuit. Et item.
Confidite inquit quia ego vici mundum. Sic nimirū ma
nifesta fit sermonis illius veritas: quē ait apls. Quos pre
sciuit inquit (haud dubiū quin deus pater) ⁊ p̄destinauit
C cōformes fieri imaginis filij sui. C Vide cōformationem.
Post ipm adoptamur: vt sit ipse p̄mogenitus in multis
fratribus: post ipm odit mundus eos: post ipm et ab eis
vincitur mundus. Bene ergo quod natus est ex deo: vin
cit mundū: vt sit testimoniū celestis generationis victoria
tētationis: et sicut is qui filius est per naturam: mundum
cum suo p̄cipe triūphauit: sic et nos victoꝛes inuenia/
mur quotquot sumus filij adoptionis/C Victoꝛes sane:
sed in ipo qui confoꝛtat nos: in quo et possumus oīa: quia
hec est victoria que vincit mundū: fides nostra. Jfide siqui
dem in dei filios adoptamur: fidē in nobis mūdus in ma
ligno positus/odit atq̄ persequit: fide quoq̄ et vincitur
sicut scriptū est. Sancti p fidem vicerūt regna. Quidni at Heb. xj.
tribuak fidei victoria: cuius est etiā vita? Justus inquit ex abachuc
fide viuit. Quotiens ergo tētationi resistis: quotiens vin ij.
cis malignum: noli ppriis tribuere viribus: noli in te: sed Roīn. j.
magis i dño gloriari. Qui enim fortis ille armatus nec ce
deret infirmitati? Audi denicq̄ quid dominici pastuꝛus pa j. Pe. v.
stoꝛ: ouilis admoneat. Aduersarius inquit vester diabo
lus tanq̄ leo rugiens circuit querens quē deuoꝛet: cui re
sistite foꝛtes in fide. Videꝛes quēadmodū sibi veritatis tes Heb. xj.
timonia concinnant? Paulus fide regna vicisse sanctos.
Petrus principi mundi resistendū in fide. Johannes q̄s j. Pe. v.
hec est inquit victoria que vincit mundum fides nostra. j. Joh. v.
Sequit. Quis est qui vincit mundū: nisi qui credit q̄m ie Petrus.
sus est filius dei? Certū id quidē fratres: oēm qui non cre
dit in filium dei: ex hoc ipso iā nō modo victus esse: sed etiā
iudicatū. Sine fide em impossibile est placere deo. C Ve E
rūtamē pōt foꝛte mouere/q̄ tam multos videmus credē
tes iesum filium dei esse: adhuc tñ mundi nihilominus cu
piditatibus irretitos. Quid ergo ait. Quis est qui vincit
mundū: nisi qui credit quia iesus est filius dei: cū ⁊ ipse iā
mūdus id credat. An nō ipsi quoq̄ demones ⁊ credūt et Jaco. ij.
contremiscunt? Sed dico. Puta sine filium dei reputat ie
sum/quisquis ille est hō: qui ipsius nec terrek cominationi
bus: nec attrahik p̄missionibus: nec p̄ceptis obtemperat:
nec consilijs acquiescit? Nōne is etiā si fateak se nosse deū
factis tamē negat? Porro fides sine operibus moꝛtua est
in semetipsa? Nec sane mirū videri potest si nequaq̄ vin F
cit: que nec viuit quidē. C Queris quenā sit viuida et vi
croꝛiosa fides? Illa sine dubio: p quam christus habitat in
coꝛdibus nostris. Christus em cyrcuncisus est: et vita nostra. Col. iij.
Cū christus apparuerit vita vestra (ait apostolus) tunc ⁊
vos apparebitis cū ipso in gloria. Unde gl'iam si deuicto
ria? Aut quare cū ipso apparebim⁹ nisi quia in ipo et vin
cimur: deniq̄ si his tñ data est potestas filios dei fieri q̄
suscipiunt christum: de his quoq̄ solis intelligendum est j. Joh. v.
q̄s dicitur. Omnis q̄ natus est ex deo: vincit mūdū. Unde
est q̄ hic quoq̄ cū dixisset: quis est q̄ vincit mundū nisi q̄
credit: quia iesus est filius dei: vt planius faceret eam cō
mēdari fidē: per quā vt dictū est: xp̄s in coꝛdibus nr̄is ha
bitat: addidit primo de ipius aduentu dicens. C Hic est B
q̄ venit per aquā/et sanguinē iesus xp̄s. Adhuc aūt supere
minentioꝛē viā ostendēs: ⁊ spūs est inquit q̄ testificak: q̄m Ubi. s.
iesus est filⁱ⁹ dei. Sane q̄ interponit (signāter reperēs) nō
in aqua solū: sed in aqua et sanguine: ad moysi differentiā
arbitroꝛ: accipiendū. Moyses quidē in aqua venit: a qua Exo. iij.
et nomen accepit vt moyses vocarek. Recolant quib⁹ no
ta est historia veteris testamēti: quēadmodū in egypto dū
paruuli omnes israelitici germinis necarentur: expositū
in aquis moysen tulerit filia pharaonis. Et vide si nō ma
nifeste christi et in hoc ipso videtur precessisse figura. Simi
li nempe cum pharaone etiam herodes suspitione labo
rans/ad eadem cōuersus est crudelitatis argumēta: sed
eodēmodo est et ipse delusus. Utrobiq̄ p vnius suspecta
persona/trucidak numeroſitas pueroꝛū: vtrobiq̄ qui que
rebatur euadit. Et quomodo moyses filia pharaonis: ita
christum quoq̄ egyptus: que nō immerito pharaonis in
telligitur filia: fuscepit conseruandum. Manifeste tamen
plusq̄ moyses hic: vtpote qui venerit non in aqua tm̄: sed Apocal.
in aqua et sanguine. Aque enim multe: populi multi. Ue xvij.
nit ergo in aqua tm̄: qui congregauit q̄dez populū: sed po
pulū nō redemit. Nā et ipsa q̄s de seruitute egyptia libera
tio/nō moysi: sed agni sanguine facta est: liberandos nos
prefigurans a vana nostra cōuersatione huius seculi/san
guine agni immaculati christi iesu. Hic est verus legifer no
ster: apud quē copiosa est redēptio. Moꝛtuus est em non
tm̄ p gēte: sed vt filios dei: qui dispersi erāt: cōgregaret in
vnū. C Memēto sane hūc esse iohannē q̄ vidit ⁊ testimo D

Universidad de Deusto
Biblioteca

niũ perhibent:et ſcimus quia verũ eſt teſtimoniũ ei⁹:exiſſe de latere dñi dormiẽtis in cruce/ſanguine ſimul ⁊ aquã: quo videlicet dormiẽti nouo ade noua de latere ſuo ꝓferet pariter ⁊ redimeret ecclĩa. Sic ergo hodieq; ad nos per aquã et ſanguinẽ venit:vt ſit aqua et ſanguis teſtimoniũ aduentus eius/fideiq; victricis. Non ſolũ aũt: ſed teſtimoniũ eſt ſnaius his qõ perhibet ſpũs veritatis. Hoc trium teſtimoniũ verũ certũq; eſt:et felix aĩa que merek il lud accipere. Tres em̃ ſunt qui teſtimoniũ dant in terra: ſpũs/aqua/⁊ ſanguis. In aqua qdẽ baptiſmũ intellige: in ſanguine martyriũ:in ſpũ charitatẽ. Spiritus em̃ eſt q̃ viuificat:⁊ fidei vita dilectio. Deniq; ſi queris quid ſpiritui er charitati:reſpondeat paulus. Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus nr̃is per ſpm̃ ſanctum qui datus eſt nobis. Neceſſario quoq; ſpiritus additur aque ⁊ ſanguini:cui eodẽ apoſtolo reſte:Sine charitate quicq̃d habeam nihil ꝓfit. ¶ Jam vero quia baptiſmũ aqua:martyriũ diximus ſanguine deſignari:memento et vnicũ ⁊ quotidianum eſſe baptiſmũ:ſimiliter et martyriũ. Eſt enim ⁊ martyriũ genus:et quedã effuſio ſanguinis in quotidiana cor poris afflictione. Eſt et baptiſmus aliquis in compunctione cordis/et lachrymarũ aſſiduitate. Sic quippe infirmis et puſillis cordibus neceſſe eſt vt quẽ ſemel ꝓ chriſto ponere nõ ſufficiunt:ſaltẽ mitiori quodã: ſed diurnorum martyrio ſanguinẽ fundant. Sic et baptiſmi ſacramẽtũ: qm̃ itẽrari nõ licet:his qui ſepius in multis offendũt:frequenti oportet ablutione ſuppleri. Unde et ꝓpheta. Lauabo in quit per ſingulas noctes lectũ meũ:lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. ¶ Uis ergo noſſe quis eſt q̃ vincit mũdum:Que in eo vincenda ſunt:diligentius intuere. Siq; dem et hocip̃m beatus iſte iohannes indicat dicẽs. Lhatiſſimi nolite diligere mundũ:neq; ea que in mundo ſunt Omne enim quod in mũdo eſt:concupiſcẽtia carnis eſt: et concupiſcentia oculorũ:et ambitio ſeculi. Ide ſunt tres turtur̃ne quas fecerũt chaldei:ſz memini q̃s ſcr̃ꝑ iacob feciſſe tres turmas:eũ timeret a facie eſau rediẽs de meſopotamia. ¶ Et vobis ergo aduerſus triplex genus tẽtatiõis/triplici opus eſt munimẽto:vt carnis quidẽ concupiſcẽtia ipſius mortificatiõe vincat:quã ſi meminiſtis:ſanguinis teſtimonio diximus intelligẽdã. Oculoũ vero cõcupiſcẽtiam ſuperet ſtudiũ cõpunctionis et aſſiduitas lachrymarũ. ſpiritus ambitionis vanitatẽ/virtus charitatis excludat:q̃ ſola caſtificat aĩam:ſola purgat intentionem. Lertũ quippe triũ phari mũdi teſtimoniũ eſt:ſi corpus caſtigeret ſubijcias ſeruituti:ne pniciosa libertate ſeruiat voluptati:ſi fletui p̃beas oculos magis/q̃ petulãie vel curioſitati:ſi deniq; ſpũali dilectione flagrãs nulli animũ dederis vanitati. ¶ Merito ſane vnus eſt:q̃ in terra pariter ⁊ in celo teſtimoniũ ꝓhibet:ſpũs:q; ſine corporis afflicio ceſſabit:ſine lachrymarũ fons exiccabit:ſz charitas nunq̃ excidit. Deliberatio quedã eſt in preſenti:cõſummatio ⁊ plenitudo in futuro maner. Uerũm licet maneat poſt aquam et ſanguinẽ ſpũs/aqua quippe ⁊ ſanguis regnũ dei non poſſidebũt) interim tñ aut virtute nullo modo inuenire eſt ſpm̃ ſine illis:qm̃ hi tres inquit vnũ ſunt:vt quoliber ex his tribus deficiẽte adeſſe cetera nõ ꝓſumas. ¶ Simul vo iuncta teſtimonia iſta credibilia facta ſunt nimis: nec poterit cui in terris ſupperũt hec:carere teſtimonio vel in celis. Cõfitek dei filiũ corã hominib⁹:nõ verbo:neq; lingua: ſed opere et veritate:⁊ filius quoq; confitebitur eum corã angelis dei. An vero ci deeſſe poterit in teſtimonio pater:cui filiũ videat atteſtantẽ? Sine dubio confitebitur et ipſe quod viderit in abſcondito. Sed neq; ſpiritus quidẽ a patre filioq; diſſentiet:quippe qui patris filiiq; ſit ſpiritus. Deniq; quonam modo careat teſtimonio eius in celo:qui habere illud meruit et in terra? Tres ergo ſunt qui teſtimonium dant in celo:pater et filius ⁊ ſpiritusſanctus. Et ne quã forte diſſonantiam ſuſpicer⁹is:hi tres vnũ ſunt. Magnum ꝓfecto habituri ſunt teſtimoniũ:quos in celo pater ſuſceperit tanq̃ filios et heredes:filius aſciuerit tanq̃ fratres et coheredes:ſpũs ſcũs adherẽtes deo vnũ ſpiritũ faciat eſſe cũ eo. Eſt em̃ ſpiritus ipſe indiſſolubile vinculũ trinitatis:ꝑ quẽ ſicut pater ⁊ filius vnũ ſunt:ſic et nos vnum ſum⁹ in ipſis:eo miſeriter qui ꝑ diſcipulis hoc ipſum optare dignatus eſt:iclu chriſto dño noſtro.

¶ De hiſdẽ teſtimonijs. Sermo. ij. vnde ſupra.

D

Ex epiſtola beati io:

hãnis hodie nobis eſt lectio recitata:i qua diſcimus teſtimoniũ dari triplex in celo:triplex i terra. Et qdẽ ꝑ meo ſapere/illo ſtabiliratis:ꝟ reparatiõis eſt ſignũ. Illud ãgelos:iſtõ hoies. illud dtõs a miſeris:iſtõ iuſtos diſcernit ab ipſis. Angelis ſi quidẽ q̃ in ꝑma illa ꝑuaricatione ſupbiente lucifero/in veritate ſtetẽrũt:merito teſtimoniũ ꝓhiber viſio trinitat⁊; homin⁹ quos diuina miſeratio ſaluat:ſpũs/aq̃⁊ ſanguis. Quidni perhibeat teſtimoniũ pater:a qb⁹ honoratus eſt vt ꝑ? Tibi vo maligne ſic loquik. Si ergo ego ꝑ: vbi eſt honor meus? Careas oino neceſſe eſt teſtimonio ꝑhis:cui⁹ tibi gloriã vſurpare conaris:nõ honorare eñ cupiens:ſed equare. Sedebo inquit in mõte teſtamẽti:⁊ ſimilis ero altiſſimo. Ira ne mõ creatus ꝑi ſpirituũ ꝓſedebis? Et certe neqdũ tibi dixit. Sede a dextris meis. Si in eſcis o ipudẽs: vnigenitus ille eſt:cui eterna generatione patris equalitas collata eſt et cõſeſſus? Tu rapinã cogitabis eſſe equalis deo:filio gloriã inides:gloriã q̃n vnigeniti a ꝑe:vt neab ipſo quidẽ teſtimoniũ merearis habere. An vo poterit deteſtato a patre et filio vtriuſq; ſpũs atteſtari? ¶ Abominatur ſuperbũ ꝓfecto ⁊ inquietũ:qui ſup quietũ ⁊ humilẽ requieſcit:amato: pacis et vnitatis cõſecrato:: aduerſum te ꝓ pace et vnitate zelak. Quid mirũ fratres/ſi timem⁹/ne forte puſillã hãc vineã dñi/depaſci ſingularis ferus inciꝑat? Quãtos em̃ celeſtis vince palmites ꝓ:ma illa ſingularitas cõculcauit? Sed forte ſupbiam quidem in eo facile aduertiſtis:nõ aũt ſingularitatem. Dico ergo. Ubi ſtabat vniuerſitas angelor:nũquid caruit ſingularitatis vitio q̃ ſedere velle ꝑſumpſit? An forte q̃ritis vn mihi nota ſit hec ſtatio angelorũ? Duos reneo idoneos teſtes:q̃z vterq; qõ vidit hoc teſtatur. Vidi dñm ſedẽtem ait eſaias: ſeraphun autem ſtabant. Et daniel:millia inquit milium miniſtrabant ei:et decies centena milia aſſiſtebant ei. An et tertiũ deſideratis: vt in ore trium teſtium ſtet omne verbum? Apoſtolum ꝓfero: qui vſq; ad tertiũ raptus eſt celũ: et rediens loquebatur. Nonne omnes adminiſtratorii ſunt ſpiritus? Siccine vbi ſtant omnes/vniuerſi miniſtrant: tu pacis inimice ſedebis? Plane contriſtas ſpiritum: qui habitare facit vni⁹ moris in domo. Offendis charitatẽ: qui ſcindis vnitatẽ:rũpis vinculũ pacis. Merito pinde angelor:qui ſuũ nec ordinẽ:nec domiciliũ reliqre/charitati/vnitati/⁊ pacis ſpũs atteſtat:a quo ſane tua ⁊ iuidia ⁊ ſingularitas ⁊ indecndo repꝛobak. Et hoc qdẽ de eo teſtimonio qõ dak in celis. ¶ Eſt et aliud qõ dak in terra/ad diſcernẽdos vriq; q̃ in ea ſunt erules ab idigenis:ꝟ eſt celi cives a ciuib⁹ babylonis. Qñ em̃ ſine teſtimonio electos ſuos deſerat de⁹? Aut certe quenã eis eẽ poterat conſolatio inter ſpem ⁊ metũ ſolicitudine anxia fluctuãtib⁹:ſi nullũ oino electionis ſue habere teſtimoniũ mererenr? Nouit dñs qui ſunt eius:⁊ ſolus ipſe ſcit quos elegerit a principio. Quis vero ſcit hoim ſi eſt dignus amore vel odio? Qõ ſi vt certũ eſt: certitudo nobis oino negatur:nũ quid nõ tãto delectabiliora erunt:ſi qua forte electionis huius ſigna poſſimus inuenire? Quam enim requiem habere poteſt ſpiritus noſter:dum ꝓdeſtinationis ſue nullũ adhuc teſtimoniũ tenet:ſi fidelis ꝓinde ſermo:et omni acceptione dignus:quo ſaluris teſtimonia cõmendank. Hoc ſane verbo et electis conſolatio miniſtratur:⁊ ſubtrahitur repꝛobis excuſatio. Cognitis ſiquidem ſignis vite:quiſquis hec negligit:manifeſte conuincitur in vano accipere animam ſuam:ex ꝓpo nihilo habere terram deſiderabilem compꝛobatur. Tres ſunt inquit qui teſtimonium dant in terra:

Mak. ſ.

Eſa. xliij

Pſ. cxr.

Eſa. vſ.

Dañ. vij.

Heb. ſ.

ſpiritus/aqua/et ſanguis. Scitis fratres/q: in primo hoie peccauimus/oẽs:in ipſo etiã eccidimus vniuerſi. Eccidimus ſane in carcerẽ/luto pariter et lapidibus plenũ. Exin de iacebam⁹ captiui;inquinati:cõquaſſati:donec venit deus/deus ſanctus gẽtibus/q̃ nos redimeret/abluer et/adiuuaret. Dic eſt em̃ qui ſanguinẽ ꝓpriũ dedit in redẽptionẽ:aquã ſimul ꝓdurit de latere ſuo in ablutionẽ: emiſit deinde de excelſo ſpm̃ ſuũ:q̃ adiuuaret infirmitatẽ noſtrã. Uis ergo noſſe an hec aliqnid operenk in te:ne forte reus ſis ſanguinis domini quem euacuas quãtũ in te eſt:ſed et aqua ipa: que debuerat mũdare:in ſordibus permanenti iudiciũ dãnationis accumuler:ſpũs quoq; cui reſiſtis:nõ liberet maledictũ a labijs ſuis? Lauẽdũ em̃ ne ſint tibi hec infructuoſa:q̃ neceſſario eſſent pariter et dãoſa. Quis eſt aũt qui teſtimoniũ habet effuſi nõ ſine cauſa ſanguinis chriſti niſi q̃ cõtinet a peccatis? Seruus em̃ peti eſt/qui pcm̃ facit:vt ſi deinceps cõtinere potuerit:⁊ iugũ abijcere miſere ſeruitutis: certiſſimũ ſit teſtimonii redẽptionis:quã operak ſine dubio ſanguis ꝓpi. Uerũ nõ ſufficit pcõa cõtinẽtia:ſi nõ etiã adſit penitẽtia. Habet ergo ⁊ ab aqua teſtimoniũ:qui labor at in gemitu ſuo lauãs ꝑ ſingulas noctes lectũ ſuũ. Sicut em̃ ſanguis ille redemit vt non regnet pcm̃ in nro mortali corꝑe:ſic aqua illa abluit ab his pctis/que commiſimus ante. Sed quid erit q̃ lõgo catenarũ vſu/et carceris habitatione crudeli/cõfracti ſumus:atq; colliſi defecim⁹ in via vite? Innocemus ſpm̃ vinificatorẽ ⁊ adiutorẽ: confidẽtes q: dabit pater q̃ eſt in celis:ſpm̃ bonũ petentib⁹ ſe. Sane nouũ ſupueniſſe ſpiritũ certiſſime cõuerſatio noua teſtat. Jã vt breuiter repetã:a ſanguine/⁊ aqua/⁊ ſpũ habere eſt teſtimoniũ:ſi cõtines a pctis:ſi dignos agis penitẽtie fructus:ſi facis opera vite.

¶ In rogationibus de tribus panibus. Sermo.

A Luce. xj.

Quis veſtrũ habebit amicũ ꝛc. Quid eſt q̃ amicũ vnũ ꝓhiberi venire:nec tñ contẽtus eſt q̃rere panẽ vnũ? Putaſne tã vorace eſtimabat amicũ: vt non poſſet vni ſufficere panis vnus? Nã vni quidẽ tres apponere panes inconſequẽs oino videk. Puta ergo cũ vore et inãcipio hominẽ aduenire;et ſuũ cuiq; panẽ apponere velit amicus. Ego quidẽ amicũ veniẽtem ad me nõ alium intelligo q̃ meip̃m. Nemo q̃ppe charior mihi:nemo germanior eſt. Ad me ergo de via venit amicus:cũ trãſitoria deſerens/ad cor:redeo ſicut ſcriptũ eſt. Redire ꝑuaricatores ad cor. Deinde tũc vere ſibi quiſq; amicus eſt:cum de via redit:qm̃ q̃ diligit iniquitatẽ odit aniam ſuã. A die ita q̃ cõuerſionis mee:de via ad me venit amicus. Uenit de regione lõginqua:vbi paſcere porcos:et ipſoꝝ ſiliquis ſatiabiliter eſurire ſolebat. Uenit fame laborãs:confectus inedia;artemur⁹ iciunio. Uenit neceſſe habens inuenire amicũ: ſz heu me/pauperẽ elegit hoſpitẽ:et vacuũ ingredik habitaculũ. Quid faciam huic amico miſero ⁊ miſerabili? Uino em̃ nõ habeo quod ponam ante illum. Jſareo: amicus eſt:ſed ego mendicus. Quid veniſti ad me amice in neceſſitate tanta? Nõ ſum medicus:et non eſt in domo mea panis. Jſeſtina inquit diſcurre;ſuſcita amicũ tuum illum magnum:quo maior:eſt dilectionẽ nemo habet: ſed neq; ſubſtantiam amplior:ẽ. Quere;pete;pulſa;q: omnis qui querit/inuenit:et qui petit/accipit:⁊ pulſanti aperiek

B Clama ⁊ dic:amice cõmoda mihi tres panes. ¶ Qui ſunt iſti panes fratres? Utinã mereamur accipere eos. Jforte em̃ ⁊ ipſos nemo ſcit;niſi qui accipit. Credo em̃ petendos nobis eſſe tres panes/veritatis/charitatis/fortitudinis. His tribus egere me fateo;;veniente ad me amico de via, veniẽte aũt(vt dixi)cũ vore et mãcipio. Deficit q̃ppe ratio mea(ipe eſt em̃ vir)pre ignoratia veritatis;languet et voluntas/pre inedia affectionis;infirmat caro pre inopia fortitudinis. Nã et ratio minus intelligit que agẽda ſunt: et voluntas minus diligit intellecta: et ad hec etiam corpus quod corrumpitur/aggrauat aniam;vt nõ quecũq; volumus illa faciamus. Aruit cor meum/etiam et corpus meum:quia oblitus ſum comedere panẽ meum. Neq; em̃ parerer hunc defectum:ſi iugiter exercitata eſſet ratio in inquiſitione veritatis:voluntas in deſiderio charitatis: caro in operatione virtutis. Cõmoda ergo mihi amice tres panes:vt intelligam:vt diligam:vt faciam voluntatẽ tuã. Sic enim vimur;et in talibus vita ſpiritus mei/dicente ſcriptura. Quoniam vita in voluntate eius. Pſ. xxix

¶ In aſcẽſione dñi de euangelica lectione. Sermo. ſ.

E mar. xvj

Recũbentibus vnde cim diſcipulis:apparuit illis ieſus. Apparuit vere benignitas et humanitas ſaluatoris. Multã em̃ fiduciã ꝓſtat q̃ libẽtius adſit ortiom incumbẽtibus:qñ nec recũbentib⁹ quidẽ dedignak abeſſe. Apparuit inquã benignitas ei⁹/q̃ cognouit figmẽtũ noſtrũ:nec dedignak neceſſitates noſtras;ſed miſerak:ſi tñ curã carnis nõ in deſiderio facim⁹:Iz in neceſſitate. Nõ cõſideras idẽ apls:Siue mãducamus inquit: ſiue aliq̃d aliud facim⁹: oĩa i gl̃az dñi faciam⁹. Põt tñ q̃ recũbẽtib⁹ apparuit/ad id q̃ referri:qõ alibi calũniãtibus iudeis ad uerſus diſcipulos nõ ieiunantes. Non poſſunt inquit filij ſponſi luge:re ꝑdiu cum eis eſt ſponſus. Sequitur. Et exꝓbrauit incredulitatem illor/et duriciam cordis:q: his qui viderant eũ reſurreciſſe non crediderunt. Audis ꝓm diſcipulos increpantem;immo quod durius ſonat;etiam exꝓbrantem:nec quandocunq;ſed ea hora qua eis corꝓalem ꝓſentiam ſubtracturus videri poterat magis ab increpatione parcere debuiſſe. Noli ergo indignari de cetero/ſi te quoq; aliqñ chriſti vicarius increpauerit. Jd em̃ exhibet quod aſcenſurus ab eis in celum:ſuis ꝓs legitur exhibuiſſe diſcipulis. Sed quid eſt fratres q̃ dicitur his qui viderant eũ reſurreciſſe non crediderunt? Aut qui fuere;quorum beati oculi glorioſum reſurrectionis dñice meruerunt videre miraculũ? Neq; em̃ reſurgentem illum quiſq; legitur;aut creditur vidiſſe mortaliũ. Reſtat ergo de angelis accipiendum:quibus vtiq; reſurrectionis teſtimonium perhibentibus/apoſtolorũ puſillanimitas hereſtauit. Jam vero vt faciat quod ſcriptum eſt. Bonitatẽ ⁊ diſciplinam et ſcientiã doce me:viſitationis gratiã/exꝓbrationis cenſuram/predicationis quoq; doctrinã ſequatur et dicat. ¶ Qui crediderit et baptizatus fuerit:ſaluus erit. Sed quid ad hec dicemus fratres? Magna nimis videtur ſecularibus hominibus in hoc ẏbo data fiducia:vereor:ne dare eam incipiant in occaſionem carnis: blandientes ſibi pluſq̃ opore;at ſine operibus de baptiſmo et credulitate. Uerutamẽ conſideremus quod ſequitur. Signa aũt eos qui crediderint:hec ſequẽtur. Nec mino: forte videbitur ipſis quoq; religioſis/ex hoc verbo ꝓuenire deſperatio:q̃ ex verbo ꝓ:ore vane ſpei data ſecularib⁹ occaſio videretur. Quis enim ea que in preſenti loco ſcripta ſunt ſigna:videntur habere credulitatis ſine qua nemo poterit ſaluari:quoniam qui non crediderit:condemnabitur. Et ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Quis iuquã deus monia eiecit:lingues nouis loquik;ſerpentes tollit? Quid ergo? Si nemo hec habet:aut ꝓpauci noſtris videnk habere tempor⁹:aut nemo ſaluabitur;aut hi ſoli qui his meritis gloriantur;quenon tam merita ſunt/q̃ indicia meritorum:adeo vt multi dicentes. Nonne in nomine tuo demonia eiecimus;et in nomine tuo virtutes multas fecim⁹? audire habeãt in iudicio/Neſcio vos:diſcedite a me operarij iniquitatis. Ubi eſt quod ait apoſtolus cum de iuſto iudice loqueretur; qui redder vnicuiq; iuxta opera ſua:ſi (quod abſit) querenda ſunt in iudicio ſigna ponꝰ q̃ merita? Sunt tamen et ipa merita/ſigna quedam certa ꝓ:a vriq; et ſalubria. Nec difficile arbitror;poſſe quemadmodum intelligi ſigna poſſint preſentia:vt ſint indubitata ſigna creduliratis:tac per hoc et ſaluris. Primum em̃ opus fidei per dilectionem/operatis/cordis compunctio eſt;ip qua ſine dubio eſciuntur demonia;cum eradicant

Rom. v

ſ. coz. xiij

Pſ. vſ.

Luc.

ſ. Joh. ij

ge. xxxij.

Eſa. xlvſ

Eſa. liij. puer. vſ.

mat. vij.

Rom. ſj.

mar. xvj

Ubi. ſ.

Heb. ſj.

mat. vij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nure, cor: de peccata. Exinde qui in christū credunt: linguis loquūtur nouis: cū iā recedunt vetera de ore: cor: nec de cetero vetusta p̄parētum lingua loquūtur: declinantium in verba malicie ad excusandas excusatiōes in pctis. Ubi vo cōpunctione: cordis / ⁊ oris cōfessione / p̄uota sunt delēta pctā: nec recidiuū patiant: ⁊ iā sunt posteriora peiora priorib⁹: serpēres rollant necesse est. i. vt venenatas suggestiones extinguāt. Quid tū agendū si qua forte radix pullulat: q̄ nō velociter nequeat exturpari: sed stimulat animū cōcupiscētia carnis: Profecto si moriferū q̄d biberint: nō eos nocebit: q̄m iusta saluatoris exemplū / cū gustauerint nolēt bibere: id est cū senserint: nolēt cōsentire. Sic em̄ nō eos nocebit: q: nulla dānatio est his q̄ sunt in christo ielu: concupiscentie sensus absq̄ cōsensu. Quid tū? Molesta certe et periculosa est sic corupte ⁊ infirme affectionis lutea: sed qui crediderint sup egros manus imponēt: et bene habebūt. i. egras affectiones bonis operibus operiēt: et hoc remedio curabuntur.

¶ Item in die ascensionis. Quomodo ascendit sup oēs celos vt adimpleret omnia. Sermo.ij.

E Glennitas ista fra/
tres charissimi gloriosa est: ⁊ vt ita dicā: gaudiosa: in qua ⁊ singularis ꝓ gloria: ⁊ nobis spiritalis letitia exhibet. Cōsummatio
Epb.iiij em̄ ⁊ adimplētio est reliquarū solēnitatū: ⁊ felix clausula tot⁹ itinerarij filij dei. Qui em̄ descēdit: ipe est ⁊ qui ascendit hodierna die sup oēs celos: vt adimpleret oia. Jā em̄ cū se dīm vniuersor: que sunt in terra / ⁊ in mari / ⁊ in infernō ꝓbasset: nō restabat nisi vt aeris ⁊ celor: se esse dīm argumētis similib⁹: vel certe portentuosis apparebat. Terra enim cognouit dominū: quia ad vocem virtutis eius
Job.xl. cum clamasset magna voce: Lazare veni foras: mortuum reddidit. Cognouit mare: quia solidum se p̄buit sub pe/
mar.xiiij dibus eius: ita vt apostoli cum putabant pharisma esse.
mar.vj. Cognouit infernus: cuius ipse portas ereas et vectes ferreos confregit: vbi et ligauit illum insatiabilem homicidam qui vocatur diabolus et sathanas. Profecto q̄ mortuos suscitauit: leprosos mūdauit: cecos illuminauit: claudos firmauit: et omnes exufflauit infirmitates: dominus
mat.xviij omnium fuit: et eadem manu qua fecerat: que defecerant reficiebat. Sic et qui in ore piscis / cum ipso pisce staterem inueniri p̄dixit: paret p̄oculdubio quia maris et omnium: que in mari mouentur: dominus fuit. Qui vero tradidit aeriās potestates: et affixit eas cruci fuerat quia sub
Actu.x. per infernales officinas potestatem accepit. Hic est enim a diabolo: qui stetit in loco campestri vt doceret turbas: ante p̄esidem vt alapas sustineret: toto tempore / quo interris visus est: et cum hoibus conuersatus in laboribus multis: stans et operās saluté in medio terre. Ad claudēdā igit̄ cunicī tuā incōsutilē dīe ielu: ad pficiendā fidei nostre integritatē restat vt vidētibus discipulis ꝑ medium aeris: sicut aeris dīs ascendas sup oēs celos. Extūc ꝓbabitur q: dīs vniuersorum tu es: quia omnia in omnibus adimpleuisti: et iā tibi p̄fecto debebitur: vt in nomine tuo
Col.iij. omne genu flectatur: celestium terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur: quia tu es in gloria et in dextera patris. In hac dextera sunt delectationes vsq̄ in finem: et ideo monet apostolus vt queramus que sursum
Col.ij. sunt: vbi christus est in dextera dei sedens: quia illic profecto thesaurus noster est ielus christus: in quo sunt oēs thesauri sapientie et scientie absconditi: in quo habitat omis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid tū putatis fratres: quātus dolor: ⁊ timor: irruerit aplica pectora: cū eū viderūt a se rolli et attolli in aera: nō scalis adiutū: nō subleuatū fumib⁹: et si angelico comitatū obsequio: nō tm̄ sullū auxilio: sz gradiētē in multitudine fortitudinis sue: Jm
Jo.viij. pletū est q̄d eis dixerat. Quo ego vado: vos nō potestis venire. Quocūq̄ em̄ terrarū isset eum indiuisibiliter seq̄renť, mare (sicut petrus fecit aliq̄s) cū eo etiā submergeu
di intrarēt: sz hac sequi nō poterāt: q: corpus q̄d corrūpit: Sap.ix.
aggrauat animā: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Dolor ergo nimi⁹ erat: q: videbāt illum (ꝓpter quē oia reliquerāt) a suis sensibus ⁊ aspectib⁹ tolli: vt nō possent ablato a se spōso / filij sponsi nō lugere: timor: q: orphani relinquebant in medio indeor nondū cō
firmati virtute ex alto. Bñdicens ergo eis ferebat in celū
Actu.i. forte p̄cussis illi⁹ singularis mie visceribꝰ: cū miseros suos ⁊ pauperē suā scholā relinq̄rer: nisi q̄ veniebat parare eis
Luce.xxiiij. locū: et q: expediebat vt p̄sentia eis subtraheret corporalē. Qua felix q̄ digna ista p̄cessio: ad quā ne ipi q̄dē adhuc apostoli digni fuerūt admitti: cū et aliarum sanctarū / et celestium virtutum triumphali pompa deductus ad patrē: sedet a dextris dei. ¶ Nunc vere adimpleuit oia: quia natus est inter homines: cum hominibus cōuersatus est: ab
F hominibus / et ꝓ hoibus passus et mortu⁹ est: resurrexit ascendit: sedet ad dexteram dei. Agnosco runicam desuper contextā per rotum: quā superna illa mansio claudit: vbi adimpletus est: et adimpleuit oia dīs ielus christus. Ue rūtamen quid mihi ⁊ solēnitatibus istis? Quis me consolabitur domine ielu: quia te non vidi crucē sustinētem: plagis liuidū: pallidū mortē: quia non sum crucifixo compassus: obsecutus mortuo: vt saltem lachrymis meis loca illa vulnerū delinirē? Quomodo me dereliquisti insalutatū: cum formosus in stola tua rex glorie in alta celorū rediret
Actu.i. piste? Ꝓ nostus remisset cōsolari anima mea: misi me angeli in voce exultationis p̄euenissent: q̄ dixerunt. Viri galilei q̄d statis aspicientes in celū? Hic ielus q̄ assumptus est a vobis in celū: sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in celū. Sic inquiūt veniet. Ergo ne venier ḡrere nostrā? illa tā singulari q̄ vniuersali p̄cessione: cū p̄cedēt⁹ oib⁹ angelis / ⁊ subsequētibus hoibus vniuersis descēdet iudicare vinos ⁊ mortuos? Ꝑ: oculdubio venier: sz quomodo ascēdit: nō quō ante descēdit. Humilis em̄ pius venit alias saluare: sublimis aūt veniet cadauer istud resuscitare: ⁊ cōsti
gurare corpori claritat⁹ sue: vt infirmitori huic vasculo abū
dantio: ē impēdere videatur honorē. Tūc em̄ videbit cum potestate magna ⁊ maiestate q̄ prius in infirmitate carnis
Jo.xx. latuerat. Jn tuebor: ⁊ ego eū: sed nō modo: videbo eū: sed non ꝓperita vt hec scda glorificatio p̄ori glorificationi ꝓpter excellētem gloriam manifeste p̄lucerat. Manipulus p̄miciarū nostrarū christus oblatus est ad dexteram patris assumptus: et assistit nunc vultui dei ꝓ nobis. Sedet autem ad dexteraz habens in dextera misericordiam: in sinistra iudicium: et misericordiam multam nimis: ⁊ iudicium multum nimis: in dextera aquā: in sinistra ignem immobiliter tenens. Et quidem corroborauit misericor/
diam suam super timentes se dm̄ altitudinem celi a terra: vt maiores cumulos miserationum dīi sentiāt: q̄ sit spa
B cū inter celum ⁊ terram. ¶ Ꝓpositum namq̄ dei super illos manet imobile: et misericordia dīi ab eterno / ⁊ vsq̄ in eternū sup timētes eū. Ab eterno ꝓ predestinationē: in eternū ꝓ glorificationē. Sisť ⁊ in rep: obis terribilis est sup filios hoim: ⁊ vtrimq̄ stat fixa sentētia eternitatis: et in his q̄ salui fiūt: ⁊ in his q̄ pereūt. Quis scit si oim vestrū: quos hic video: nomina scripta sunt in celis: et in libro p̄destinationis annotata. Vocationis em̄ ⁊ iustificatiōis vestre aliqua signa mihi video: intueri in cōuersatione hui⁹ tāte
D humilitat. Quāto putas gaudio replerētur oia ossa mea: si id scire cōringerer! Sed nescit hō vtrū sit dignus amore an odio. ¶ Ꝓpterea dilectissimi perseuerate in disciplina quam suscepistis: vt per humilitatem ad sublimita
tem ascendatis: quia hec est via: et non est alia preter ipsam. Qui aliter vadit: odit potius q̄ ascēdit: quia sola est humilitas que exaltat: sola que ducit ad vitam. Ubi ihs em̄ cum per naturā diuinitatis / nō haberet quo crescere vel ascenderet: quia vltra deum nihil est: per descensum quomodo creuerit / inuenit. veniens incarnari: pati: mori: ne moreremur in eternum: ꝓpter quod deus exaltauit il/

lum: q: resurrexit: ascēdit: sedet ad dexteram dei. Vade et tu
matth. xxiij. fac similiter. Neq̄ em̄ ascēdere potes nisi descēderis: q: vt
Lu.xiiij. eterna lege statum est. Quis qui se exaltat humiliabit: et q̄ se
et xviij. humiliat exaltabit. O peruersitas: o abusio filioz adā: q:
A cū ascendere difficillimū sit: descendere aūt facillimū: ipi ⁊ leuiter ascendūt: ⁊ difficilius descēdunt parati ad honores et celsitudines graduū ecclesiasticoū: ipsis etiā angelicis
Lāti.j. humeris formidādos. ¶ Ad sequēdū aūt te dñe ielu / vix
Ubi.s. inueniūtur qui vel trahi patiāntur: qui velint duci p̄ viā mādator: ū tuoz. Alij em̄ trahuntur: q̄ possunt dicere: Trahe me post te. Alij ducunt qui dicūt: Introduxit me rex in cellaria sua. Alij rapiuntur sicut apostolus raptus est ad tertiū celū. Et primi quidē felices q̄ in patiētia sua possident
alias suas: scōi felicior: es: q: ex volūtate sua cōsentient ei: tertij felicissimi: qui in p̄fundissima dei misericordia / quasi quodāmodo sepulta iā arbitrij sui potestate i diuinas gloriei spū ardoris rapiūt ur nesciēres siue in corpore / siue extra corpus: hoc solū sciētes q̄ rapti sint. Bñs qui vbiq̄ re
ducē habet dñe ielu: nō illū refugā spīm qui statim ascendere voluit: ⁊ tota diuinitatis dextera peussus est. Nos aūt
Jo.xiiij. ppsitus ut⁹ ⁊ oues pascue tue sequamur te: p te: ad te. Quia
Job. vj. tu es via / veritas et vita. via in exēplo: veritas in p̄misso: vita in premio. Verba em̄ eterne vite habes: et nos cognoscimus et credimus: q: tu es xp̄s filius dei viui: qui es sup omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De intellectu et affectu. Sermo.iij. vnde sup: a: et legitur in octauis.

B Hodie celorum domi/
nus / celor: alta celestia potētia penetrauit: et infirma carnis tanq̄ nubila quedā exantiēs: indutt stolā glorie. Eleuat⁹ est sol in ortu suo: incaluit ⁊ inualuit. Dilatauit ⁊ multiplicauit radios sup terrā: nec est qui se absc̄ondat a calore eius. Rediit ad regionē sapiētie / sapiētia dei: vbi oēs bonū ⁊ intelligūt et requirunt / intellectu p̄spicacissimi: affectu paratissimi / ad audiē
L dā vocē sermonū eius. ¶ Nos aūt in regione ista sumus
Sap. ix. vbi plurimū est malicie / sapientie parum: q: corpus quod corrumpitur / aggrauat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Per sensum hic ego arbitror: intellectum designari: qui tunc vere deprimit: cum multa cogitat: cum non colligit se circa illam vnam ⁊ vnis cam meditatio nem que concipitur de ciuitate illa: cuius participatio ejus in idipm. Huiusmodi intellectū oportet dispergi et distrahi per multa: multis et multiplicibus modis. Animam vero hic estimo dici affectiōes: que corrupto corpore / diuersis passionibus afficiuntur: q̄ mitigari nūq̄
D possunt / ne dicam sanari: donec voluntas vnum querat et tendat ad vnum. ¶ Duo ergo sunt que in nobis purganda sunt: intellectus ⁊ affect⁹. Intellectus vt nouerit: affectus vt velit. Felices et vere felices illi duo viri helias et enoch: quibus omnes materie ⁊ occasiones ablate sunt: q̄
Sap. iiij nentes / nec nouerunt nisi deum: nec cupiūt nisi deum. Denicq̄ et de enoch legitur: quia raptus est / ne malicia mutaret intellectum eius: aut ne ficto deciperet animam illius. Intellectus noster turbatus erat / ne dicā cecatus: Affect⁹ inquinatus erat: ⁊ multū inquinatus: sed christus intellectū illuminat: spūsscūs affectū purgat. Venit em̄ filius dei: et tot et tāta mirabilia in mūdo operatus est: vt nō immerito intellectū nostrū ab oibus mundanis rebus euocauerit: vt semp cogitem⁹: et nunq̄ cogitare sufficiamus: quia mirabilia fecit. Vere latissimos nobis ad spaciādum intelligentie campos dereliquit: ⁊ torrēs cogitationū istarum
Ezechie. xlvij. profundissimus est: qui iuxta ꝓphetā non possit trāsuadari. Quis em̄ sufficiat cogitare qualiter rerū dīs puenerit nos: venerit ad nos: subuenerit nob: ⁊ singularis illa maiestas voluerit mori / vt viuere mus: seruire vt regnaremus: exulare vt reparriaremus: ⁊ vsq̄ ad seruilissima opera in
E dignari vt cōstitueret nos sup omnia opera sua: ¶ Talem se obtulit apostolis apostolor: dīs: vt iā nō inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspicerēr: sed ipe facie ad faciē videret: qui oia fecit. Et q: discipuli carnales erāt: et deus spūs est: nec bene cōuenit spūi et carni: vmbra corporis sui rēperauit se eis: vt obiectu visuisce carnis / viderent verbū in carne: solē in nube: lumē in testa: cereum in lanterna. Spūs em̄ oīs nostri christus dīs: cui dicimus. Jn vm
thr.iiij. bra tua viuimus inter gentes. Jn vmbra inquit tua inter gentes: non inter angelos: vbi purissimum lumen purissimis oculis intuebimur. Unde et virtus altissimi obūbrauit virgini: ne nimio splendore p̄stricta / diuinitatis fulgur etiā illa singularis aquila / tolerare nō posset. Ad hoc autem carnem eius ꝓposuit: vt omnē cogitatū eor ab humanis rebus ad carnem suam (qua et mirabilia dicebat
Job.iiij. et mirabilia faciebat) adunaret: ⁊ sic de carne transferret ad spīm: q: spūs est deus: ⁊ eos q̄ adorāt eum in spū ⁊ veri
Luce xxiiij. tate oporteat adorare. Nō tibi videt eis intellectū illuminasse: cū aperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas: ostendens q: hec oportebat christū pati: ⁊ resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriā suam. Sed illi sanctissime carni eius assuefacti / verbū de discessu eius audire nō poterāt: vt eos relinqueret ꝓ quo oia reliquissent. Quare hoc? Quia intellectus illuminatus erat: sed nondū purgatus affectus.
¶ Unde ⁊ benignus magister blande eos: ac dulciter cō
ff solabatur dicens. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim
Jo.xvj. non abiero: paraclytus non veniet ad vos. Sed quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor: vestrum. Quid est ꝓ christo commorāte in terris: spiritus sanctus ad eos venire non potuit? An carnis illius consortium abhorrebat: que de ipso / et per ipm in virgine / et de virgine matre concepta erat et nata? Absit. Sed vt ostenderet nobis per quā ambularemus viam: formam apponeret cui imprimeremur. Et ille quidem illis ploratibus / eleuatus in celū spiritumsanctum misit: qui affectum eorum. id est voluntatem mūdauit: immo potius alterauit: vt iā magis dīm velint ascendisse: q̄ p̄ius deriuisse voluerāt. Implenū est q̄d eis p̄dixerat: vos aūt cōristabimini: sed tristicia vra conuertet⁹ in gaudium. Sic ergo eoz intelligēria per xp̄m illuminata est: ⁊ voluntas emundata per spm: vt sicut bonū nouerint sic et velint: quod solū perfecta religio vel religiosa pfectio est. ¶ Recordor: nūc helisei scri: cui cū helias dixisset: vt in discessu vel ascēsu suo postularet q̄d vellet: re
B spondit. Duo vt fiat spiritus tuus duplex in me. At ille: Rem difficilem postulasti. Attamen si videris quādo tol
Spiritus duplex iiij.re.ij. lar a te: erit quod petisti. Nonne tibi videtur helias ascendentis dīi figuare personam? Heliseus vero choum apostolicum in ascensione christi anxie suspirātem? Sicut em̄ helisei ab helia nullo pacto auelli poterat: sic nec apostoli a christi plentia poterant separari. Uix enim tandem eis persuasit: quia sine fide impossibile esset placere deo.
¶ Quis est ergo spiritus iste duplex qui queritur: nisi il
D luminario intellectus: et affectus purgatio? Res difficilis: quia rarus in terris est / qui illum habere meretur. Attamen inquit si videris quando tollar a te: erit q̄d petisti. Nihil est quod p̄op. er hoc habeant perdere vel debeant alumni tui domine ielu: quia videntibus illis es eleuatus in celum: et desideran tibus oculis / te secuti sunt gradiente in multitudine fortitudinis tue. Uel certe spiritum duplicem dicere possumus illud quod saluator ad discipulos
Jo.xiiij. ait. Qui credit in me: opera que ego facio: ⁊ ipse facier: et
Actu. v. maiora horum faciet. Nonne maiora xp̄o: per christum tamen fecit petrus: de quo legitur quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis: vt veniente petro / saltem vmbra illius obūbraret quen q̄ illorum: et liberarentur ab infirmitatibus suis? Nusq̄ enim dominus vmbra sua inuenitur
J infirmitates sanasse. ¶ Non dubito ego intellectum omnium vestrum (qui hic estis) illuminatum esse: sed non affectum eque esse purgatum: manifestis approbabo conie
cturis. Omnes quod bonum est nostis: ⁊ viā per quā incedere: et quō in ea incedere debeatis: sed voluntas nō vis

Universidad de Deusto
Biblioteca

L. est. ¶ Quidā em̄ ad oīa vie ⁊ vite huius exercitia nō solū ambulātis ⁊ currūt: sino potius volāt: vt eis ⁊ vigilie breues: ⁊ cibi dulces: ⁊ panni suaues: labores nō solū tolerabiles: sed ⁊ appetibiles videant. Alij aūt nō sic: sed corde rigido/et affectione recalcitrāte vix trahunt ad hec: vix gehēnali timore cōpelluntur. Quosdā nec cōpellimus quidē: quib⁹ frōs mulieris meretricis facta est: nolūt erubescere.

L. ¶ Sūt iterū multi inter nos: q̄ de vno pane comedūt: no biscū dominūt: nobiscū cātant: nobiscum laborāt: miseri ⁊ miserabiles vtpote socij tribulatiōis: fz cōsolatiōis nō ita. Nunq̄d abbreuiata est manꝰ dñi: vt oib⁹ donare nō possit: q̄ aperit manū suā: ⁊ iplet oē aial benedictione? Quid ergo in causa est? Illud o īno: q: nō videt r̄pm cū tollit ab eis. i. nō cogitāt quō eos orphanos reliquerit: q̄ pegrini et aduene sint sup terrā: q̄ tādiu feculenti corporis horrido carcere teneātur: ⁊ nō sint cū r̄po. Hmōi aūt si diu ita permānserint sub onere: eaur oppimūtur ⁊ succumbūt: aur quodā modo in inferno sunt: vt nunq̄ ad plenū respirēt in luce miserationū dñi: nec in libertate spūs: q̄ sola facit iugum suaue ⁊ onꝰ leue. Inde aūt tā pniciosa tepiditas emanat: q: affectꝰ. i. volūtas eoꝝ nondū purgata est: nec bonū sic volūt sicut nouerūt: a ppria cōcupiscentia abstracti grauiter ⁊ illecti. Amāt em̄ in carne sua terrenas cōsolationes: siue in vbo: siue in signo: siue in facto: siue in aliquo alio: et si hec interrūpunt aliq̄n: nō tñ penitus rūpunt. Inde est q̄ raro affectiones suas dirigūr in deū: ⁊ coꝝ cōpunctio nō cōtinua: sed hoꝝaria est. Impleri aūt visitationis dñi ita nō pōt: que his distractiōib⁹ subiacet: ⁊ quāto magis illis euacuabif: tāto amplius illis implebif. si multū/multū: si parū/parū.

M. ¶ Vel certe si magis ꝓbas: nunq̄ iste illis misceri poterūt in eternū: q: vbi vasa vacua nō inuenit: oleū stare necesse est: nec mittūr vinū nouū nisi in vtres nouos vt ābo seruent. Neq̄ em̄ spūs ⁊ caro: ignis et tepiditas in vno domicilio cōmoꝝatur: pser tim cū tepiditas ipsi dño soleat vomitū ꝓuocare.

¶ Sed necesse habeo interdū circūfodere: quādoquidē posuerūt me custodē ⁊ cultorē in vineis. Deu qui meam nō colui nec custodiui. Necesse habeo tamen: dū hunc occupo locū ⁊ circūfodere: nōnunq̄ ⁊ apponere stercora. Molestū id quidē: sed dissimulare nō audeo: scies multo amplius securim nocituram q̄ sarculum: ignē q̄ fimum Itaq̄ ⁊ arguere/⁊ increpare iterdū necesse est: nec ignoro fimū esse verbū increpationis: verbū imperij: ⁊ qd si nō excuset necessitas: ipsuz q̄ minus deceat, pferentem. Sed quid agimus q̄ b̄ fimo etsi alios plane ⁊ lapidari ⁊ idurari videm⁹? Dicit nāq̄ scriptū est. ¶ De stercore bou lapidabit piger. An nō impingunatur q̄ increpat? benigne accipit: māluere rūdere: libenter emēdare conat: Nec plane salubria ⁊ fecūda impinguatio est: vt corripiat me iustus in misericordia ⁊ increpet: oleū aūt pctoris nō impinguet caput meū. Ex ea siquidē pinguedine qua generat oleū pctoris: abūdantius pullulāt spine ⁊ tribuli: ⁊ ois radix amaritudinis germinat copiosius. Itaq̄ iustoꝝ increpationē misericordia nominat: satis indicat quēadmodū suscipienda sit: q̄ benigno animo: q̄ deuota mēte: quātaq̄ ei grā sit habenda. Sic em̄ accipiētib⁹ nobis erit impinguatio salubris: non fertilis vitioꝝ quēadmodū oleū pctoris: sed fructꝰ illius quē fm aplm habem⁹ in sctificatione. ¶ Quid aūt faciamus tibi o piger: q̄ ad hāc misericordia irritaris magis ⁊ exasperaris: Nōne bonū fimū sparsi in agro tuo? Un ergo lapides habet? Sed tu inimice hō: q̄m qui diligit iniquitatē odit animā suā: tu inquā inimice hō hoc fecisti: q̄ desidiā tuā nō excutere: sed excusare pergēs / fimum tibi peruerris in lapides. ⁊ vñ impinguari debueras: lapidaris. Nec idcirco dicta sunt fratres: vt nouerit q̄ benigne audiēdū sit: q̄ deuote suscipiēdū: q̄ solicite cōseruandū quicqd ad alarū salutē ptinet: ⁊ nō sicut vbū hoīm: sz sicut vere est verbū dei sue illud cōsolationis: sue cōminationis: sue etiā increpationis/audiat. Excessi fateo: ipsius ppemodū festinantis oblit⁹: sed vt arbitror: nō ad insipientiā vobis si firmiter inhesserint animo q̄ audistis. Et nūcia de solēnitate ipsa vel breuiter aliqd loq̄ tēptemus: Apl̄oꝝ christi fest⁹ agit dies: quib⁹ sane plurimū a nobis honorē deberi scio. Sed vtrū possit aliqs exhiberi hesitatis. ¶ Nimis em̄ honorati sunt amici tui deꝰ: nimis cōfortatus est principat⁹ eoꝝ. Quid em̄: Si in terra adhuc positi oia poterāt: nō quidē in se: sed in christo: qd nō poterūt hodie viuētes in eterna felicitate cū ipso: Mortales adhuc ⁊ morituri imperiū vite ⁊ mortis videbantur habere: solo nūmirū vbo mortificātes vitioꝝ/⁊ mortuos suscitātes: quāto magis nūc cum honorati sunt nimis: nimis cōfortat⁹ est principat⁹ eoꝝ! Sed qd est fratres: Cum aplorū beata hodie memoria celebret: nunqd natiuitatis seu cōuersionis eoꝝ: aut certe vitę vel miraculoꝝ solēnis agit cōmemoratio? Nō est fratres natiuitas humane solēnitas: sicut paulo ante bti iohānis die natalicia celebrastia. Ille em̄ nascēs honorat: q: nascit sctificat⁹. Denique in iohāne solo/celebratio est passiōe natiuitas: q: etn passus p christo est: cū p iustitia ⁊ veritate occubuit: euidētius tū nat⁹ p eo est: nimirū hō missus a deo q̄ in b̄ nat⁹ est: ⁊ ad b̄ venit in mūdū/vt phiberet testimoniū veritati. Sed neq̄ cuersionē aplorū aut eoꝝ miracula hodie recensem⁹: sicut cetera die⁹ alios: alteri⁹ quidē conuersio: alteri⁹ de carcere liberatio facta p angelū/festiuis ecclie gaudijs ad memoriā reuocat. ¶ Mortē speciali⁹ venerat: qua nihil iter hoīes humano iudicio pl⁹ horet. Cōsiderate fratres ecclie sancte iudicia: Fm fidem: nō fm facie iudicātis. Mortē siquidē aplorū/in eoꝝ recolit solēnitate pcipua. Hodie nūmirū petr⁹ crucifix⁹ est: hodie decollatus est paulus. Nec hodierne causa festinitat⁹: hec presentiū materia gaudioꝝ. In his igit festū agēs die et letum: sine dubio spiritū sp̄ū habet ecclesia: spiritū oñi: in cui⁹ cōspectu sicut habes in psalmo: Pretiosa est mors sctoꝝ Quantos em̄ dum paterent apostoli: credimus affuisse qui neq̄ tā pciosis moribus illorum inuiderēt. Visi sunt em̄ oculis insipiētiū mori: ⁊ estimata est afflictio exitus eoꝝ. Et sic quidē visi sunt oculis insipientiuz. Mihi aūt (ait pphēta) nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eoꝝ. Fratres; amici dei

mori videntur oculis insipientiū: sed in oculis sapientiū iudicant potius obdormire. Denique ⁊ lazar⁹ dormiebat quia amicus erat: ⁊ cum decreuit dilectis suis somnū: ecce hereditas dñi. Studeamus fratres viuere vita iustoꝝ: sed morte eoꝝ mori multo magis desideremus. Sapientia em̄ iustoꝝ nouissima preferet: ibi nos iudicās vbi nos inuenerit. ¶ Dino nec esse est vite p̄sentis finē / future coherere principio: nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. Sic em̄ si q̄s duo fibi (vt ita dixerim) cinctoria consuere aut colligare voluerit: minus de relig̃s partib⁹ curans: ipsa q̄ sibi copulanda sunt capita vnifomiter parat: ne dissideāt a seipsis: ita dico vobis quantūlibet exciterit cōuersatio spūalis: si carnalis fuerit cōsummatio nostra: vite illi spūali penit⁹ nō cohaerent: nec caro ⁊ sanguis regnū dei poterūt possidere. Ifili (ait sapiēs) memorare nouissima tua ⁊ nō peccabis. Nimirū q̄ hec maxime recordatio faciat timoratū: timor expellat pctm̄: negligētia non admittat. ¶ Dinc ⁊ moyses de quibusdā. Utinā (ait) saperēt ⁊ intelligerēt: ac nouissima puiderēt. In quib⁹ vtiq̄ verbis tria nobis video cōmendari: sapiētiā / intelligentiā / prudentiā. Arbitror sane trib⁹ eas assignari posse tēpor⁹: vt eternitati q̄dā imago reformari videat in nobis: p̄sentia moderatib⁹ per sapientiā: p̄terita p intelligētiā diiudicatib⁹: nouissima puidētib⁹ ad cautelā. Hec nē pe spiritalis est exercitij summa: hec forma studij spiritalis vt sapiēter disponamus p̄sentia nostra: recogitemus in amaritudine aie nostre p̄terita: futura q̄s solicite puideamus. Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in b̄ seculo (ait apl̄s) vt videlz in p̄senti sobrietas obseruet: vt iusta satisfactione p̄terita q̄ nobis fine fructu saluris p̄teriere tēpora redimant: vt pietatis clypeū/immīnētib⁹ de futuro periculis opponam⁹. Sola ē em̄ q̄ ad oia valet pietas: cultus scz dei humilis ⁊ deuot⁹: nec aliter nobis est puidere nouissima: misi vt vniuersa q̄ nobis imminere videntur pericula: sedula nobis cū cogitatiōe versantes: discamus de nostra oīno industria: magis aūt de nostris dissidere meritis: ⁊ soli diuine nos protectioni cōmittere pio quo dā mentis affectu qui de intentionis in ip̄m/cuius darū optimū: ⁊ donū pfectū est: cōsummatio felix; ⁊ mors p̄ciosa.

¶ Habes in euāgelio tria hec ipso tibi sermone dñi commendata. Beati (inquit) pauperes/beati mites/beati q̄ lugent. Beati q̄ futura sapiūt p̄ze desiderio celestiū: interno quodā sapore mētis/p̄sentia respuētes. Beati qui nouissima puident: in mānsuetudine suscipientes infirmum verbum/qō eoꝝ saluare animas pōt: ⁊ pietate cordis ad futurā tendunt hereditatē. Beati qui p̄sūtiū intelligentes errorē: credentes lauāt lachrymis lectū suū. Uides qd optet vir sanctus: qd obtinere cupit eis p quibus orat: Utinā (inquit) saperēt ⁊ intelligerēt: ac nouissima puiderēt. Ac si manifestius dicat: vtinā esset in eis spūs sapiētie/⁊ intelligētie/atq̄ cōsilij. Utinā hec in nobis inueniantur fratres: vt suauiter omnia nostra p sapientiā disponamus: vt intellectu preterita peccata dānemus: vt puideamus futura cōsilio. Utinā sapiamus/ad p̄sentis vite moderationē: vtinā intelligamus ad p̄terite correptionē: vtinā deuota in deū fide puideamus: vt felicē habeamus ipso miserante cōsummationē. Dicit em̄ est funiculus triplex/quo trahimur ad salutē: ordinata cōuersatio: rectum iudicium: fides deuota.

¶ Item in solennitate eorundē de lectione libri sapiētie Hi sunt viri misericordie. Sermo. iij.

Merito fratres apostolis sanctis attribuit mater ecclesia: qō in sapiētie libris legitur: Hi sunt viri misericordie: quoꝝ iusticie oblionē non acceperunt: cū semine eoꝝ permanent bona. Sunt em̄ hi plane viri misericordie: siue q: misericordiā cōsecuti: siue q: misericordia pleni: seu q: misericorditer a deo nobis bona sunti. Et vide quā misericordiā cōsecuti sunt. Paulum interroga de seipso: vel magis sponte cōfitentē ausculta. Qui blasphemus fui ⁊ persecutor: ⁊ iniquus: sed misericordiā cōsecut⁹ sum. Quis em̄ nō audiuit quāta mala fecerit sanctis in hierusalē? Nec folū in hierusalē: sed ⁊ per tota iudeā insanie ferebatur habenis: vt christi mēbra laniaret in terris. Denique hac furia vectus ibat: sed preuentus a gratia est. Ibat ip̄ārs minarū ⁊ cedis in discipulos dñi: ⁊ discipulus dñi factus est: cui ostēderet quanta eius opor: reret p nos ip̄sius pati. Ibat dirū toto corpore virus exhalās: ⁊ subito in electionis vas mutat⁹ est: vt iam eo: illius eructuaret verbū bonū: verbū pium ⁊ diceret: Dñe q̄d me vis facere? Hec vtiq̄ huius mutatio dextere excelsi. Merito proinde loquebat: fidelis sermo ⁊ omni acceptiōe dignus: q̄m dñs iesus venit peccatores saluos facere: quoꝝ primus ego sum. Hoc ergo apud beatū paulum fiducie ⁊ cōsolationis accipite fratres: vt ad dñm iā cōuersos nō nimis cruciet preteritoꝝ cōscientia delictoꝝ sed tantuz humilet vos sicut ⁊ ipsum. Ego sum (inquit) minim⁹ aplorū: q̄ nō sum dign⁹ vocari apl̄s: qꝝ p̄secut⁹ sum ecclesiā dei. Ita ⁊ nos humiliemur sub potēti manu dei: ⁊ fiducia habeamus: qꝝ ex nos misericordiam cōsecuti sumus: abluti sum⁹: sctificati sumus. Et b̄ quidē oibus nobis: q̄m oēs peccauimus ⁊ egenus hac gloria dei. Uerus apud beatū petrū aliud habeo qō apponā: eo charius quo rarius: ⁊ quo singularius eo sublimius. Nam peccauit paulus: sed ignorās fecit in incredulitate sua: Petr⁹ cū cecidit apertos habebat oculos. ¶ Porro vbi abundauit delictū: superabūdauit ⁊ gratia. Loꝝ siquidem qui peccant anteqū deū nouerint: anteq̄ miserationes ei⁹ experti sint: anteq̄ portauerint iugum suaue ⁊ onus leue: priusq̄ deuotionis gratiā ⁊ cōsolationes acceperint spiritus sancti: eoꝝ inquā copiosa redemptio est: ⁊ tales oēs nos fuimus. At eoꝝ qui post cōuersionē suā peccatis et vitijs implicant/ingrati accepte gratie: ⁊ post missaz manū ad aratrū retro respiciunt tepidi ⁊ carnales facti: aut post agnitā viam veritatis retro eunt apostate manifesti: eoꝝ vtiq̄ perpaucos inuenias qui post hec recedeāt in gradū pristinū: sed magis in foedū⁹ positi foedāt ad huc. Super quos ꝓphēta deplorat. Quomodo obscurata est aurū inquit: mutat⁹ est color optimus: ⁊ qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Nec tm̄ si quis hmōi est desperamus de eo: tantū vt resurgere velit cito Quāto em̄ diutius ymanebit: tāto euadet difficilio. Beatus vo q̄ tenebit ⁊ allidet paruulos babylonis ad petrā Etenī si creuerint vir poterunt superari. Ifilioli hec dico vt nō peccetis: sed ⁊ si quis peccauerit: aduocatū habemus apud patrē: qui pōt q̄ nos minime possimus: ramentū qui cecidit nō adiiciat in malū vt pfundius cadat: sed magis vt resurgat: cōfidens q̄ nec ei negabit venia: si tm̄ ex corde cōfiteatur peccata sua. Si em̄ is de quo loq̄mur petrus post tam grauē lapsum ad tantā redijt eminentiā sanctitatis: quis de cetero desperet si tantū egredi voluerit a peccatis? Attende q̄ scriptū est: Egressus foras flevit amare. In egressu cōfessionē ordina: in amaro fletu compunctionē cordis intellige. Et attende q̄ prime primū recordat⁹ est verbi/q̄ dixerat iesus: nunc primū cordi fuit verbū quo predicta fuerat eius infirmitas: cum enarrauit presumpta temeritas. Ue tibi qui post lapsum fortior: esse nobis exhibes. Ut q̄d tā rigidus es in tuā ipsius pernicie? Inclinare potius vt melius erigaris: ⁊ ne phibeas frāgi q̄ dissolui: tū est: vt possit melio⁹ solidari. Quid indignaris increpāti gallo? tibi potius indignare. Pluuiam volūtariā (ait psalmista) segregabis deꝰ hereditati tue: ⁊ infirmata est. Bona infirmitas q̄ segregat hereditati: que medicū nō repellit. Induratos em̄ ranq̄ vas figuli in virga ferrea cōteret: ⁊ hereditas infirmata est (ait) tu vo perfecisti eam. Audisti certe quā misericordiam cōsecuti sint apostoli nostri: vt iam nemo ex vobis super peccatis preteritis vltra q̄ necesse sit / cōfundatur: in cubili conscientie suc compunctus. Quid enim? Forte peccasti

Universidad de Deusto
Biblioteca

in seculo. Nunquid amplius paulo: Nō si ⁊ ipsa in religione: nūquid plus petro: Atramē illi in toro corde penitentiā agētes: nō modo salutē: sed ⁊ sanctitatē cōsecuti sunt: etiā ⁊ salutis ministeriū ⁊ magisterium adepti sunt sanctitat. Et tu ergo fac silliter: qm̄ ꝑpter te scriptura loquit viros illos esse mie: vtiq; ꝑpter multā misericordiā quā cōsequi meruerūt. Potes tm̄ in hoc verbo etiā illud nō incōuenienter accipere vsros mse fuisse aplos. i. plenos mia: seu viros misericordie/ecclie vniuerse. Scimus em̄ q̄ vni illi nec sibi vixere: nec sibi mortui sunt: sed ei q̄ pro ipsis mortuus est: magis autē nobis oibus ꝑpter illum. Quantum em̄ ꝑderit nobis eoz iustitia: qn̄ ipsa q̄: sicut ostēsum est: tantū ꝓfuere peccata: Pro nobis facit eoz vita: eoz doctrina: etiā ⁊ mors ipsa. Etenī in cōuersatiōe cōtinentiā: in ꝓdicatione sapientiā: in passione sua patiētiā/nobis beati apli cōtulerunt. Quartū vsq; hodie conferre nō cessant misericordia pleni: qō est sanctarū fruct⁹ orationū. Quāuis ⁊ in ipsa eoz vita adhuc inueniās qō annumeres: fiduciā scz quā nobis miraculoz exhibitiōe prebuerūt. ¶ Et quis enumerer q̄ multa nobis per eos beneficia ꝓuenerūt: Bene ergo de eis scriptura loquit: qm̄ hi sunt viri misericordie. Et addidit. Quoruz iusticie oblionē nō acceperūt. Vis vt nec tua accipiat obliuionē? A triplici caue periculo: ⁊ florebit ⁊ eternū ante dōm.

F

apoc. iij. eze. xviij mat. vij.

Legis em̄: qz tepidus es: incipiā te euomere ex ore meo. Legis: si auerterit se iustus a iusticia sua ⁊c. oīm iusticiarū eius nō recordabor. Legis: quibusdā dicendū in iudicio/nō noui vos: illis sine dubio qui receperūt mercedē suā. Ergo vis iusticia tepida: vis trāsitoria: vis vendita erit in oblionē coram deo. Sed non ita aploz iusticie: qō ex eo satis apparet: qō sequitur. ¶ Cū semine eoz ꝓmanēt bona. Manet em̄ vsq; hodie in nobis aplōz vestigia: ex eoz religio: qi ex deo est: nō pōt dissolui. Vestes israelitici populi q̄draginta annis in deserto ꝓseuerauerūt integre: multo magis aplōz vestes sup̄ iumētū saluatoris apposite. Cū semine (inquit) eoz. Vō est semē quia securū adiūgit: hereditas sancta nepotes eoz? Vdē ꝓfecto et semen sunt: ⁊ nepotes. Meministis credo (sciētib⁹ em̄ legē loquor:) meministis inquā legalis mandati: vt suscitet frater superstes semē fratri defuncto sine semine. Quis sine semine? Singulariter (ait) ego sum donec transeaz.

Deu. viij

pū. cxl. Job. xx.

Vdeoq; resurgēs. Vade (inquit) dic fratribus meis. Ac si dicat. Fratres sunt: factā t qō fratres. Ergo ꝑ euāgeliū ipsi nos genuerūt: non ut sibi: sed christo: qi per euangeliū christi. Vnde est q̄ molestē tulit paulus quosdā eoz dici a quib⁹ geniti fuerāt ꝑ euāgeliū: indignās aduersus eos qui dicebāt: Ego sum pauli: ego vz cephe: ego apollo: christi magis oēs ⁊ fieri volens ⁊ dici. Itaq; semē apostoloz sumus per ꝓdicationē: sed per adoptionē ⁊ hereditatē semen christi: ⁊ apostoloz nepotes.

j. Coz. j. ⁊. iij.

¶ De dauid ⁊ golia ⁊ quinq; lapidibus. Sermo.

B

j. Regū xvij.

Audiuimus ex libro regū goliam virū ꝓcere stature / ꝓsumētez super multa fortitudine ⁊ magnitudine corꝑis fuit: vociferantē aduersus phalangas israel: ⁊ ꝓuocantē eas ad singulare certamē. Audiuimus etiā a deo suscitatū spiritū pueri iuuenis: vt indigne ferret virū spuriū ⁊ incircūcisum castris israel: ⁊ dei summi exꝓbrantē agminib⁹. Spectauimus ꝓcedentez adolescētulum in funda et lapide aduersus monstruose magnitudinis hominē loricatū et clypeo ꝓtectum ac galea: ceterisq; terribilē militaribus armis: ñ qua in nobis erāt viscera pietatis: nō potuimus nō timere sic incunti cōflictum: nō cōgaudere vincenti. Laudauimus magnanimitatē paruuli: q̄ comederet animā eius zelus domus dei: ⁊ opꝓbria exꝓbrātiū ei/a se nō duceret aliena: sz tanq̄ ad ꝓpria mouerēt iniuriā: ⁊ doleret super contritione ioseph. Mirati sumus tantā in adolescēte fiduciā: fiduciā quanta nō inueniretur in vniuerso israele. Collatum denicq; celitus victoriam/⁊ diuina manifeste patrata virtute: tam leti suscepimus: q̄ soliciti certamē expectauimus: armati fide paruuli: ⁊ gloriātis ꝓpria in virtute gigātis. Jam si spiritalē ꝙm apostoli testimoniū / legē esse nō ignoramus: ⁊ scriptā esse ꝓpter nos: nō solū exterioris superficiei oblectādos aspectu: sed interioz q̄ sensu gustu tanq̄ medulla tritici satiādos: cōsiderandum nobis est quisnam videatur iste golias: qui populo dei iam reꝑomissionis terrā ingresso: iāq; multis ex hostib⁹ triūphanti: solus exꝓbrare ꝓsumit: elatus ⁊ inflatus spiritu carnis sue. ¶ Credo em̄ nō incōgrue in superbo homine/superbie vitiū denigrari. Ipsum nāq; est peccatū maximū: qō dei populo magis insultat: ⁊ insurgit specialiter aduersus eos qui cetera iam videant vicisse peccata. Vnde est q̄ ꝓuocat ad singulare certamen: tanq̄ ceteris iam subactis. Nā ⁊ philistei illo in rēpore timebant oīno aduersus israel inire conflictū: nisi q̄ de golia enormis magnitudinis viro/eoz fiducia tota pendebat. Vñ em̄ eiusmodi animā supbia tenter: quam sibi subiuganit inuidia: seu repiditas ea que solet deo vomitū ꝓuocare: aut pigricia que facit vt bouis stercoris⁹ lapidē? Unde inquā ei superbia: vnde extollētia oculoz: cui adeo ceteꝛa vitia dominant/vt dijudicari se ab vniuersis tanq̄ male sibi cōscius arbitretur? Quis denicq; nisi manu fortis qui cetera iam sibi potēti virtute vitia subiuganit: aduersus nequissimum superbie vitium dimicaturus accedat? Procedat (inquit) dauid manu fortis: qm̄ nō est vincere tantum hostē nisi in manu forti. Armet ipse cōtra goliā: qui et vrsum vicerit ⁊ leonē. Videat sane vtrum saulis ei arma possint ꝑdesse: vtrū seculari sapiētia ⁊ philosophicis traditionib⁹: seu etiā diuinarū superficie scripturarū: videat inquā vtrū his armis debellare superbiā: vtrum hac via humiliatē appꝛehēdere possit: vt onerari sese magis q̄ roborari sentiēs/hmōi arma atq; impedimēta ꝓiiciat: iactans omnino cogitatū suū in dñō: ⁊ de ꝓpria penitus desperans industria: sola fide armatus non reputet golie ꝓceritatē: ne forte magnitudinis eius mole ꝓematur: sed potius psallat spiritu psallat ⁊ mēte. Dñs (inquiēs) defensor (alīs redēptor:) vite mee ⁊c. Illā ⁊ petrus dū nec ventoz violentiā: nec maris ꝓfundū: coꝛpotisq; pōdus cōsideraret: in vbo dñi iactās semetipm/nec perire potuit: nec timere. at vbi vidit ventū validū venientē timuit: ipsoq; timore ꝓtinus mergi cepit. Simile aliquid etiaz nunc athlete nostro rex saul suadere tentat. Non potes (inquiēs) resistere philisteo isti: nec pugnare aduersus eū: qm̄ puer es: hic autē vir bellator ab adolescentia sua.

D

Thre. iij

j. Regū xvij.

Verūtamen nō acquiescit ille tale aliquid meditanti: sed ꝓsumēs de virtute ei⁹: cui⁹ auxilio ꝓioza certamina lauisse: accedit intrepidus. Colligit igitur sabi ectis armis saulis (quinq; lapides de torrēte: quos nimirū (cū leuia queq; tolleret) leuigare torrens potuit: sed nō etiā tolle re secū. Torꝛes quippe quē ꝓtrāseat aīa nostra/seculū ꝓsens est: scriptura teste. Cūm generatio aduenit ⁊ generatio ꝓterit: tanq̄ tumēs vnda/vndā impellēs. Quia ergo oīs caro fenū: ⁊ oīs gloria ei⁹ tanq̄ flos agri: hmōi lesa facile secū trahit torrens inundans: verbuz autē dñi nullis fluctib⁹ cedens: manet in eternū. ¶ Arbitror: ꝓpter nō incōgrue qūnq; lapidib⁹ istis: quinq; partitū verbū intelligi/cōminationis/ꝓmissionis/ dilectionis/iminationis/ toꝛationis. Nam quippe verboꝛ late patens copia in diuinarū reperit serie scripturarum. Et forte ipsa sunt quinq; vba: quoꝛ meminit paulus malēs q̄nq; vba loqui in sensu: q̄ decē milia in lingua. Preterit em̄ figura huius mūdi: ⁊ iuxta aliud testimoniū. Et mūdus trāsit ⁊ cōcupiscentia eius. Nec autē verba trāseunte mundo/nō modo manēt: verū etiam leuigantur magis: duz pertrāseunt⁹ plurib⁹ multripler est scientia. Jam vo collectos istos lapides contra supbie spiritū dimicaturus david/in vase memorie sue reponat: ꝓsideraꝛ quāta nobis

E

j. co. xiij

j. Job. ij

cōminetur deus: quanta ꝓmittat: quantā nobis exhibeat charitatē: ⁊ q̄ multa nobis sanctitatis exēpla ꝓponat quēadmodū denicq; orationū nobis vbicq; cōmēdet instātiā. Vos inquā lapides secū tollat: quisq̄s supbie vitium debellare festinat: vt quotiēs venenatū audet erigere caput: q̄busliber ex his lapidib⁹ manu cogitatiōis ei occurrat: penitus in frōte golias deticiat operis⁹ cōfusione. In quo sane cōflictu/funda q̄ necessaria est longanimitatis forma habēs: quā huic maxime certamini nulla rōne deesse necesse est. Quotiēs ergo vanitatis cogitatio mentē pulsat: si intimo cordis affectu diuinas expanescere ceperis cōminationes: seu ꝓmissiones ei⁹ desiderare: nō sustinet golias vtriuslibet lapidis ictū: sed reꝑmisit ilico tumoꝛ ois. Vō si venerit in mentē dilectio illa tā ineffabilis: quā tibi deus maiestatis exhibuit: an nō ilico inardescens ad charitatē/ꝓximos abominari incipis ⁊ abhicere vanitatē? Sic ⁊ exēpla sanctoz si diligēti tibi cōsideratione ꝓponas: erit sine dubio ad reꝑimendā elationem cogitatio ista putilis. Jā vo si forte insurgēte subito elatione/nihil ex his q̄ diximus appꝛehēdere quiuerit manus tua: toto feruoꝛe ad eā cōuertere: que sola restat orationem: cōtinuo quē eleuatū videras/⁊ exaltatum sicut cedros libani: subuersus impius iam nō erit. Sed queras forte quēadmodū suo ipsius gladio golie possis abscindere caput: id em̄ tanto tibi iocūdius: quāto molestius hosti. Dico breuiter qm̄ expertis loquoꝛ: ⁊ qui facile capiāt ⁊ aduertāt sine moꝛa: qō in semetipsis crebro sentiūt actitari. Quotiēs te ꝓuocante vanitate/ad recordationē cōminationis diuine seu ꝓmissionis aut ceteroz q̄ supra diximus: cōfundi ceperis ⁊ erubescere: deuictus est quidē golias: sed fortitan adhuc viuit. Accede itaq; ꝓpius ne forte resurgat: ⁊ stās sup eū mucrone ꝓpio caput ei⁹ abscinde: de capita q̄ te appetit vanitate/perimēs vanitatē. Elata siquidē cogitatiōe pulsaꝛ: si ex capita materiā ⁊ occasionē sumas humilitatis: quo nimirū humilis deinceps ⁊ abiectus tanq̄ de superbo hoste sentias de teipso: goliam vtiq; golie gladio peremisti.

¶ De euangelica lectione/vbi sustinens dominū septē panibus turba reficitur. Sermo. j.

A

mat. xv. Marci viij.

Jserecoꝛ super turbā: q: iā triduo sustinēt me: nec habent qō manducēt. Euāgeliū fratres ob hoc scriptuz est vt legat: nec ob aliud legit/ q̄ vt rationabilē cōsolationē vel desolationē exinde capiamus. Est em̄ secularib⁹ cōsolatio, vana: de terrenarū affluentia rerum: vana nihilominus de earum penuria desolatio. At euāg. eliū speculū veritatis nemini blandit: nullū sedu cit: tale in eo se quisq; reperiet: qualis fuerit: vt nec ibi timoꝛe trepider: vbi nō est timoꝛ: nec letet cū malefecerit.

Jaco. j.

Sed q̄d dicit scriptura? Si quis auditoꝛ est verbi et non factoꝛ: hic cōparat viro cōsideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Cōsideravit em̄ se et abijt: ⁊ statim oblit⁹ est qualis fuerit. Nos autē fratres/nō sic obsecro nō sic: sed cōsideremus nosmetipsos in ea quā audiuim⁹ sacri euāgelij lectione: vt ꝑficiamus ex ea: ⁊ corrigamus ꝙm eā/si qua in nobis deꝑhēdimus corrigēda. Propter hoc em̄ optat ꝓpheta dirigi vias suas: ad custodiēdas iustificationes dñi. Tūc (inquiēs) nō confundar: cū perspexero in omnibus mādatis tuis. Et ego quidem nō cōfundoꝛ: sed gloꝛioꝛ: ꝓo vobis fratres mei: qm̄ saluatoꝛē in deserto securi existis ad eū extra castra: sed vereoꝛ ne quis foꝛte in triduana expectatione pusillanimis inueniatur: et in egyptū seculi hui⁹ nequā/vel coꝛde vel etiā ⁊ coꝛpoꝛe reuertatur. Merito ꝓinde clamat diuina scriptura et

*Psal. v. *Psal. cxviij.

pū. xxvj.

dicit: Expecta dñm viriliter age: ⁊ cōfoꝛtetur coꝛ tuum ⁊ sustine dñm. Sed q̄diu necesse est sustinere? Ꝓꝛoꝛsus donec miserearis tui. Queris quādo? Misereoꝛ (inquit) super turbam: quia iam triduo sustinēt me. ¶ Etiam em̄ trium dieꝝ cas necesse est in deserto: si gratum deo tuo

B

offerre volueris sacrificium: ⁊ triduo sustineas saluatoꝛem: si miraculi panib⁹ desideras satiari. Prima est dies timoris: dies inquā declarās ⁊ illuminās tenebras tuas interioꝛes scz: ⁊ horrendū gehēne suppliciū demōstrās: in quo sunt tenebꝛe exterioꝛes: huiusmodi siquidē cogitatio sicut ipsi nostis: nostre solet exercere primoꝛdia conuersionis. Scda est pietatis dies: qua respiramus in luce miserationū dei. Tertia dies est rationis: in qua veritas innotescit: vt tanq̄ ex debito quodā nature/sine aliqua cōtradictione creatoꝛi subiecta sit creatura: seruus seruiat redēptoꝛi. Exhinc iubemur iā discūbere: vt charitas ordinet in nobis: exhinc aperit dñs manū suam: ⁊ implet omne animal benedictione. Plerū q̄m apostolis dicitur: facite homines discūbere: quoꝛ nos: licz ad confessionē nostrā: habetis vicarios qualescunq; discumbere vos ammonemus fratres charissimi: vt refecti pane benedictionis/subsistere possitis in via: ne forte misera necessitate cōpulsi/descēdatis ⁊ vos in egyptū: ⁊ incipiant vobis illudere q̄ necdū vobiscū in deserto securi sunt saluatoꝛē. Miseri sane ⁊ ipsi: qui nō exiere cū exeuntib⁹: sed plane miserabiliores omnib⁹ hominib⁹/qui ꝓfecti q̄dez cū alijs: sed nō cū alijs sunt refecti. Poꝛro si qui fuere/ q̄ discūbentib⁹ alijs/post dumera seu diuersoria queuis absōditi latere: homines eiusmodi ieiunos: vacuosq; remansisse quis nesciat? Sic ⁊ eos nihilominus qui leuitate ⁊ curiositate ducti: circūquaq; vagantes minime reseruntur: aut qui resedere quidem: sed nō in ordine/nec in numero ceteroz. ¶ Hortamur ꝓinde charitatē vestrā ⁊ pastoꝛali solicitudine ammonemus: ne quis ex vobis inueniatur angulos amare: sectari latebras: querere diuerticula: quoniam qui male agit odit lucem: ⁊ nō venit ad lucē vt nō arguāntur opera eius. Sed nec inueniatur in nobis qui circūferantur omni vento doctrine: instabiles ⁊ inquieti: nihil in se soliditatis: nihil granitatis habentes: tanq̄ puluis quē ꝓiicit ventus a facie terre. Nā de his quid dicā quoꝛ manus contra oēs: ⁊ manus omnium contra ipsos. Vdi sunt qui separāt semetipsos animales: spiritum nō habēres: quoniā nemo in spiritu dei loquēs dicit anathema iesu. Nequissima plane ⁊ pniciosissima pestis: qm̄ vniuersos vni⁹ obstinatio turbat: ⁊ sit omnib⁹ discoꝛdie fomes materia scandaloꝛ. Deniq; ꝓpheta audit: qui de vinea domini loquēs. Singularis (inquit) ferus depastus est eam. Ꝓꝛo huiusmodi rogo ⁊ obsecro vos fratres mei/fugite simulationē omnē/ ⁊ angulos ꝓprie voluntatis: fugite inquietudinē ⁊ spiritū leuitatis: fugite obstinationez et nequissimū vitiū singularitatis: nisi forte (quod absit) fraudare vultis animas vestras panis edulio benedicti. ¶ Jam vo ne longius ꝓtrahaz vos: septē panes quibus reficiamini isti sunt. Primꝰ panis verbū dei: in quo vita hominis est: sicut ⁊ ipse testat. Secūdus panis obediētia est: quoniā Deus cibus est (inquit) vt faciam voluntatē eius qui misit me. Tertius panis meditatio sancta: de qua scriptū est. Cogitatio sancta cōseruabit te. Et que alio in loco nominari videt panis vite ⁊ intellectus. Quartus panis oꝛationū lachrymę. Quintus vo penitentie labor est. Nec mireris q̄ laboꝛē aut lachrymas panē dixerim: nisi forte excidit tibi quod in ꝓpheta legisti. Cibabis nos pane lachrymarū. ⁊ iterū in alio psalmo. Laboꝛes (inquit) manuū tuarū quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Septimus panis est iocunda vnanimitas socialis: panis inquā ex diuersis granis cōfectus/fermentatus vtiq; sapientia dei. Poꝛro septimus panis est eucharistia: quoniā Panis (inq̄t) quē ego dabo caro mea est ꝓ mundi vita.

*Psal. cxxxvij.

Job. vj.

¶ De septem misericordijs. Sermo. ij. vnde supra.

E

Jsericordias domini in eternū cātabo. Ut quid em̄ mihi insipiēs nescio q̄ cogitatio de ꝑsne hui⁹ onere murmurat: vt aggrauet illud sup ceruicem

*Psal. lxxxviij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meā. Aliud quidē sentio: suauiꝰ q̄dē: sed vtiq; multo maiꝰ. Sic em̄ oportuit me miserationibus suis deus: sic peculdit me obuiā bñficijs suis: vt quidē aliud sentire nō possim. Quid enim retribuā dño pro omnib⁹ que retribuit mihi? Tanta tribuit ⁊ tanta retribuit: et tu mihi de alio onere loqueris? Deficit spūs meus: pro: sus deficit in tanta beneficio⁹ cōsideratione. Et licet dignas non sufficiā grās agere: sed ingratitudinē pro: sus odit aīa mea. ¶ Perē ptoria siquidē res est ingratitudo hostis gratie: inimica salutis. Dico ego vobis: q̄m pro meo sapere: nihil ita displicet deo/plertin in filijs gratie: in hoibus conuersionis: quēadmodū ingratitudo. Vias em̄ obstruit gratie: ⁊ vbi fuerit illa: iam gratia accessum nō inuenit: locū nō habet; hinc mihi fratres tristicia magna: ⁊ dolor continuus est cordi meo: q̄ nōnullos tam pronos ad leuitatē ad risum: ⁊ ad scurrilia verba tam faciles video: vt pertinescā valde ne forte plusq̄ expediat diuine misericordie sint immemores et ingrati tam multis beneficijs suis: aliquādo deserantur a gratia quā nō vt gratiā venerantur. Nā de eo q̄d dicā/q̄ in murmure ⁊ impatiētia obstinato perdurat animo: aut quē peniter adhesisse deo: ⁊ p̄ morte: ⁊ cōtra rationē bonū factū penitentia comitatur: qui sine dubio miserationib⁹ dei: nō modo nō habet gratiam: sed cōtumeliā reddit: Omnino em̄ quantū in se est: parū honorat eū a quo vocatus est: quisquis ei seruit in tristicia ⁊ rancore: si tñ seruire ei quis pōt in ea tristicia q̄ fm̄ carnem est/⁊ mortem operatur. Putas ergo quia maior illi detur gratia: ⁊ nō magis etiā qđ videtur habere auferat ab eo? Nōne em̄ iure perditum reputatur qđ ingrato donatū est: aut dedisse nō peniteret: qđ perisse videt: Oportet proinde gratū esse hoīem ⁊ deuotū: qui perceptā gratie munera: nō modo manere sibi desiderat: sed ⁊ multiplicari. Nemo sane est qui nō facile fi querit inueniat vñ plurimū sit obnoxius deo: q̄m nō est qui se absōdat a caritate ei⁹. Sed nos maxime quos segregauit sibi: ⁊ assumpsit ad seruiēdū sibi soli: si iuxta aplm nō accepimus spiritū huius mūdi: sed spiritū qui ex deo est: vt sciam⁹ que a deo donata sunt nobis: oino plurima inueniemus: vñ cōtinuas ei gratias agere debeamus. Quis em̄ in nobis est/qui nō cōfiteri possit: q̄m misericordia tua magna est super me? Itaq; de tanta multitudine miserationuz dñi/vobis breuiter aliquas ꝓponere velim: vt qui sapiēs est occasione accepta/sapiētio: fiat. ¶ Septē ergo in me video misericordias dñi: quas ⁊ vos ipsi credo facile inuenietis in vobis. Prima est q̄ a multis peccatis adhuc in seculo positū custodiuit. Prima inquā non inter oēs q̄s mihi impēdit: sed prima inter has septē. Quis em̄ nō videat q̄ sicut in multis cecidi: sic ⁊ in alia potera cecidisse peccata: nisi omnipotētis pietas cōseruasset? Ifateor ⁊ fatebor: nisi q: dñs adiuuit me: paulominus cecidisset in omne peccatū aīa mea. Et hec quāta dignatio pietatis: q̄ ingratū ⁊ paruipēdētē sic gratia cōseruabat: q̄ in multis cōtrariū ⁊ cōtemptē: nihilomin⁹ ab alijs benignissime pregebat? At scā miseratio tua sup me dñe: quonaz poterit explicari sermōe/q̄ benigna/q̄ liberalis/q̄ gratuita fuerit? Ego peccabā ⁊ tu dissimulabas. Nō conuenibam a sceleribꝰ? ⁊ tu a verberibꝰ abstinebas. Prolongabā ego multo tēpore iniquitatē meaz: ⁊ tu dñe pietatem tuā. Sed quid prodesset expectatio nisi sequereť penitudo? Cumulus esset dānationis dicēte dño. Hec fecisti et tacui. Tertia proinde miseratio fuit/q̄ visitauit cor: meū ⁊ immutauit: vt amara fierēt que male dulcia prius erāt qui letabar cū malefacerē: ⁊ exultabā in rebus pessimis: inciperē demū recogitare ei annos meos in amaritudine anime mee. Et nūc dñe cōmouisti rerā cordis mei et cōturbasti eā: sana cōtritiones eius: quia commota est. Multi em̄ penitetia ducti sunt: sed infructuosa: q̄m penitētia cor⁹ reprobata est: sicut ⁊ prior culpa. Itaq; ⁊ hec miseratio quarta fuit: q̄ penitentē misericorditer suscepisti: vt in eor⁹ numero inuenirer: de quib⁹ psalmista. Beati(inquit) quor⁹ remisse sunt iniquitates. Sequitur misericordia quinta: per quā mihi cōtinendi deinceps ⁊ emēdatius viuēdi prestitisti virtutem: ne recidiuum paterer: ⁊ esset nouissimus error: peior priore. Omnino em̄ manifeste tue est (dñe deus) ⁊ nō humane virtutis: susceptum semel peccati iugū a cervicibus excutere: q̄m ois q̄ facit peccatū: seruꝰ est peccati: nec est liberari nisi in manu fortis. Jam vo postq̄ in his quinq̄ miserationib⁹ a malo liberaueris: vt fiat qđ scriptū est. Declina a malo ⁊ fac bonū in duabus alijs bona largiris. De due sunt gratia prorogandi: qua videl; munus bone cōuersationis indulges: ⁊ spes obtinendi qua donas hoi indigno ⁊ peccōi de tua totiēs expta bonitate: vsq; ad celestia sperāda p̄sumere.

¶ De fragmentis septē misericordiarū. Sermo. iij. vnde supra.

Psal. xxxiij.

D

Citis quid fecerim

septē vobis hodie misericordias ꝓponēdo? Septēvtiq; panes distribui. Nā si facte sunt mihi lachrymē mee panes die ac nocte: quā to magis diuine miserationes? Multo em̄ dulciꝰ iste sapiūt: reficiūt: multo melius: amplinsq; cōfirmāt cor: hominis. Verū multa nobis (ni fallo:) ex his panibꝰ hodie cecidere fragmēta. Nā ⁊ egoipse sentiebā inter frangēdū multas e manibꝰ cuadere micas: atq; inter digitos ꝓperantis elabi. Verū ipsi collegeritis aliqua/vos videritis Ego (si nōdum fastiditis) nostra que mihi collegeram: sine inuidia cōicabo: ne forte ĩcurrā maledictione abscōdentis frumēta in populis. ¶ Primus itaq; panis si bene memini: cōseruatio gratie fuit: qua me licet indignū: a multis peccatis adhuc in seculo positū custodiuit. Huius ergo tria teneo fragmēta/habētia prosus magnum delectamentū saporis ⁊ alimoniā vite. Trib⁹ siquidē modis a peccato me memini conseruatū: occasionis subtractione: resistēdi data virtute: affectionis sanitate. Multa em̄ in peccata facile cecidissem: si data esset occasio: si⁊ dei miseratione nō me talis opportunitas apprehendit. Jn multa q̄s paulominus cecidissem grauiter impulsus violētia tentationis: sed virtutē dedit dñs rex virtutū: vt sub me esset appetitꝰ meus: ⁊ ei quā sentiebā: cōcupiscentie minime cōsentirē. Sed ⁊ a quibusdā tam longe me fecit miseratio tua dñe: vt penitus abominarer ea: ⁊ ne vsla quidē eoz me tentatio molestaret. Scōs q̄s panis fuit expectatio: qua tardabat vltionē: indulgētiā cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmēta accipite: cogitantes longanimitatē quā exhibuit: electionē predestinationis sue quā impleri voluit: ⁊ charitatē nimiā qua nos dilexit. Propter hoc em̄ expectās expectauit me dñs ⁊ nō inten dit mihi: sed oculos suos auertit a peccatis meis: q̄si nolens aduertere quantū delinquerē. Propter hoc inquaz dissimulabat vt cōmendaret paciētiā suā: vt impleret electionē suā: vt cōfirmaret charitatē suā. De tertio q̄s pane eius scz misericordie qua cōuertit nos ad penitentiā: tria nō tam fragmēta q̄ frusta vobis appono. Tūc em̄ (vt bene memini) cōcussit cor: meus: excitās illud vt aduerteret suoz vulnera peccatoz: ⁊ vulnerū sentiret dolorē. Etiā ⁊ terruit deducēs ad portas inferi: ⁊ pparata iniqs supplicia mōstrans. Et vt nihil iam notie remaneret delectationis: melior mihi cōsolatione inspirans/spem indulgentie dedit. ¶ Jn his tribus ego cōuersus sum: credo q̄ ⁊ vos ipsi. Jā vo quarti panis (ipsa est indulgētia) Jobsecro vos diligēter colligite fragmēta ne pereant. Sunt em̄ salubria valde: ⁊ dulciora super mel ⁊ fauū. Sic enim ex toto indulsit: ⁊ tam liberaliter oēm donauit iniuriam vt iam nō dānet vlciscēdo: nec cōfundat improperando: nec minus diligat imputādo. Sunt em̄ aliqui sic donantes iniuriam: vt nō vlciscātur: sepius tamen improperēt. Sunt ⁊ alij qui fileant licet: manet tñ alta mente reposita ⁊ rancor: em̄ tenēr in animo: quarū vtiq; neutra plena indulgētia est. Longe ab his oīb⁹ benigssima est diuinitatis natura;

Ro. viij

pš. xlix.

pš. xxxj.

Prouer ix.

Z

Z†

beatis: ac perinde familiarius in oī necessitate vestra/eorum inuocetis auxilia: sed ⁊ dignius in eoz presentia cōuersari: ⁊ magis ac magis coz vobis conciliare grām: ea prare beniuolentiā: exorare clementiā studeatis. Cuius rei grā necessariū duco: alias quoq; charitati vestre exponere causas: q̄ ipsos beatos angelos p nostra infirmitate reddāt solicitos: absq; sua sane anxietate: sed nō absq; vtilitate nostra: nec ad detrimentū felicitatis sue: sed ad

A nostre salutis augmētū. ¶ Cōstat sine dubio/rōnis participes/⁊ capaces beatitudinis humanas aīas/angelicē si dicere id audeam⁹) cognatas esse nature: nec decet vos o beati spūs/ptra legis pceptū dedignari: quā visitare debetis spēm vestrā: licet in multā: vt ipsi cernitis: deiecta sit vilitatem. Sed neq; arbitramur vos supni ciues ciuitatis vestre excidio delectari: ⁊ ruina muroz q̄s semirutos ipsi videtis. Cui⁹ instaurationē si desideratis vt dignū est: frequēter q̄so ante rhronū glie/verbū p̄cis

p̄s. l. iterate dicētes. Benigne fac dñe ī bona volūtate tua syō: vt edificent muri hierlm. Si diligitis decorē domus dei: ĩmo q: diligitis: experiant zelū vestrū viui ⁊ rōnales lapides: q̄ soli in instauratione eius/vobis possunt coedifi

B cari. ¶ Hic est dilectissimi: funiculus triplex q̄ de excelso celoz habitaculo/ad cōsolandos: adiuuandos: ad adiuuandos nos attrahit supeminens charitas angelorū ꝓpter deū: ꝓpter nos: ꝓpter seipsos. Propter deūvtiq; cui⁹ tanta erga nos mie viscera: ipsi quoq; vt dignū est: imitātur: ꝓpter nos in q̄bus nimirū ꝓpria similitudines miserātur: ꝓpter seipsos/quoz ordines instaurādos ex nobis toto desiderio pstolantur. Jn ore em̄ parulorū: q̄ lacte modo vescūtur: ⁊ nondū solido cibo: pficienda est laus illa maiestatis diuine: cui⁹ habētes p̄mitias angelici spūs beata nimirū delectatione fruūtur: sed tanto auidius nos expectant: quāto pfummationis eius expectatione ⁊ expetitione solicitantur. Que cū ita sint: pensare quāta etiā nobis solicitudine opus est dilectissimi: vt dignos nos exhibeam⁹ eoz frequētia: ⁊ eo mō ꝓnersemur in pspectu angelorū: ne forte sanctos offendam⁹ obrue⁹. Ue em̄ nobis si q̄n ꝓuocati peris ⁊ negligentis nostris

p̄s. xxxvij. indignos nos iudicauerint presentia ⁊ visitatione sua: vt iā necesse habeam⁹: ⁊ nos plāgere ⁊ dicere cū ꝓphēta. Amici mei ⁊ proximi mei aduersum me appropinquauerūt ⁊ steterunt. Et q̄ iurta me erant delonge steterunt: ⁊ vim faciebant q̄ querebāt aīam mea: elongatis nimirum eis/quoz presentia ꝓgere nos ⁊ ꝓpulsare poterat inimicū. Oō si tam necessariā habem⁹ familiaritatē dignationis angelice: cauenda nobis eoz offensa: ⁊ in his maxime exercendū q̄bus eos nouimus oblectari. ¶ Sunt

C em̄ plurima q̄ eis placent: ⁊ q̄ in nobis fuenire delectat: vt est sobrietas/castitas/pauptas voluntaria/ crebra in celū gemitus: ⁊ oīones cū lachrymis ⁊ cordis intentiōe. Amē sup oīa hec/vnitatem ⁊ pacē a nobis exigūt angeli pacis. Quidni maxime delectentur in his q̄ formā quā dā ciuitatis sue repsentant in nobis: vt mirent hierusalē nouā in terra? Dico aūt vt quō ciuitas illius participatio est in idipm: sic ⁊ nos idipm sentiam⁹: idipsum dicamus oēs: ⁊ nō sint in nobis scismata: sed magis oēs simul vnū coꝛpus simus in xpo: singuli aut̄ alter alterius mēbra. Ecōtra vo nihil eque offendit: ⁊ ad indignationē ꝓuocat eos: quō dissensiones ⁊ scandala: si forte inueniātur

j. coꝛ. iij. in nobis. Audiamus si quidē quid loquat ad coꝛinthios paulus. Cū em̄ sit inter vos zelus ⁊ ptentio: nōne carnales estis: ⁊ fm̄ hoīem ambulatis? Jn epla quoq; Jude

Jude. j. apli legimus sic. Hi sunt q̄ segregant semetipsos: aiales: spiritū nō habētes. Videre est aīam hois quēadmodum vniuersa coꝛporis mēbra viuificet coherentia sibi. Separa q̄ qđ vis a iunctura ceteroz: ⁊ videan de cetero illud viuificet. Sic est ois q̄ dicit anathema iesu qđ nemo dicit loquēs in spū dei: q: anathema separatio ē. Sic ⁊ inquā ois qui ab vnitate diuidit: ne dubites q̄n ab eo recesserit spūs vite. Digne igit cōtentiosos: ⁊ q̄ separāt semetipsos

apostoli carnales vocant ⁊ aīales: spiritū non habētes.

D ¶ Dicūt ergo sancti illi ⁊ beati spūs vbi scandala inuenerint ⁊ dissensiones. Quid nobis ⁊ generationi huic spiritū nō habenti? Nā si adesset spūs: per eū vtiq; charitas diffunderet: ⁊ vnitas nō scinderet. Et dicūt: nō permaneamus cū hoibus istis in eternū: q: caro sunt. Que em̄ cōuentio luci ad tenebras? Nos de regno vnitatis ⁊ pacis sumus: ⁊ hoīes istos in candē vnitatē ⁊ pacem spera bamus esse venturos. Tūc aūt qua rōne nobis cohereāt q̄ dissident a seipsis? Videtis q̄ congruat huic solēnitati euāgelica lectio: q̄ sic deterret nos a scādalo parulorū: quādoquidē tam vehemēter angelis displiceat scandala: Qui scandalizauerit vnū de pusillis istis: diuꝰ est qđ sequit. Sz iā pterit hora/ad missas nobis eundū est. Pone to ne sit vobis molesta dilatio: q̄ poterit nō inutilis fore: si caplm̄ pñs/sermone altero diligētius ꝓsequamur.

Matth xviij.

¶ In eadem solēnitate. Sermo. ij. E

Vdistis frēs euangelicā lectionez aduersus eos/q̄ pusillos scandalizant: satis terribiliter intonantes. Nemini blanditur veritas: neminē palpat nullū seducit: aperte denūcians: q̄m Ue hoī illi p quem scandalū venit. Bonū erat ei si natus nō fuisset hō ille. Natus sane denuo: natus ad vitā: nat⁹ de spū: q̄ nimirum carne postmodū ꝓsummat. Expedit ei (si quis est) q̄ scādala suscitar in hac domo: in hac sancta deo placita ⁊ angelis ei⁹ admodū grata ac familiari cōgregatione: vt sub pendat in collo ei⁹ mola asinaria: ⁊ p suauī iugo/⁊ leui onere saluatoris: graui mole terrene cupiditat humeris ei⁹ imposita/demerget in pfundū maris huiꝰ magni et spaciosi manib⁹: qđ est sine dubio seculū nequā. ¶ Minus em̄ dānabile erat ei in seculo magis perire/q̄ in monasterio. Perire siquidē necesse est hoīem q̄ charitatem nō habet: etiā si tradiderit coꝛpus suum ita vt ardeat. Et hec dixerim fratres: nō quasi min⁹ bene de vobis sentiā: aut regnare videat in vobis nequissimū illud vitiū: si⁊ vt in ea charitate ⁊ vnanimitate ⁊ pacem qua stis in dño soliciti sitis pseuerare ⁊ abūdare magis. ¶ Que est em̄ spes nostra: ⁊ gaudiū nostrum: ⁊ coꝛona glie? Nōne vnitas ⁊ vnanimitas vestra: in qua gaudeo vos inueniri fraternitatis amatores: ⁊ ante oīa mutuā in vobis inuicem pfectionis charitatē habētes: qđ est vinculū pfectionis? Propter qđ obsecro vos: sic state in dño charissimi. Jn b em̄ cognoscūt oēs etiā āgelisci/q̄ ch: isti estis discipuli: si dilectionē habueritis adinuicē. Denicq; si tenetis memoria: quā vobis pcedenti sermone tradidim⁹ triplicē angelice erga nos charitatis ⁊ solicitudinis cām: pōt hinc q̄s frater ne dilectionis vtilitas magnifice cōmendari. Facile siquidē p̄siderare est hoī: q̄ nō diligit ꝓximū: nullā er his q̄s tūc diximꝰ: suppetere cām. Nunqd em̄ xpi gra diligemur ab angelis: si de mutue dilectionis inopia cognouerint nequaq̄ eius nos esse discipulos? Nunqd diligimur ab eis ꝓpter nosipsos. i. spiritalis nature similitudine/si inuenimur nō diligere humane nature nr̄e p̄sortes: ĩmo vo si ex eis que inter nos sunt/cōtentionibus: carnales nos magis q̄ spirituales esse cōstiterit? Denicq; nūquid diligent nos ꝓpter seipsos: ⁊ futurā de nobis ciuitatis sue restaurationē: si (qđ absit) vnū quo solo vniri ⁊ coedificari eis possum⁹: defuerit glutinū charitatis? Quō spera būt reedificādos de nobis perpetuos ciuitatis illi⁹ muros: si cognouerint: si viderint nos nō lapides esse viuos qui possint inuicem cohērere: sed magis puluerē/ quem p̄iciat vent⁹ a facie terre: quē vnꝰ verbi flatus in turbinē exciet: ⁊ suspitionis cuiusliber leuissima aura dispgat: Et hec quidem dixisse sufficiat: pro eo qđ ait dñs. Si quis scandalizauerit vnū de pusillis istis: credo enim q̄ maior: si solicitudine deinceps ab hac tā neq̄ssima peste cauebitis. ¶ Jam vero quē nō monet qđ sequit in euāge lio. Si oculus tuus scādalizauerit te: erue eū ⁊c. Nunqd

Matth xviij.

Ubi. ō.

Universidad de Deusto
Biblioteca

J

em̄ cor̄poralem hūc oculum monemur eruere: aut vnus ex manib⁹ istis: fimil⁹ & vnū abscindere pedē? Absit a nobis hmōi carnalis omino/& nimis ridiculosa cogitatio. Sed postq̄ ab exterioribus scandalis deterruit nos sermo diuin⁹ aspere satis sicut audistis: ꝓsiliū dat q̄d de eo nobis agendū sit scandalo q̄ interius patimur: ꝓtrariā inuenientes legē in membris nostris. Ipse em̄ nouit figmentum nostrū: q̄ eiusmodi scandalū nō tam facile a nobis valeat cuitari. ¶ Por̄o tripl⁹ fieri scandalū istud/quotidianū nobis nosse licet experimento. Interdum em̄ est in nobis spiritalis intentionis oculus simpler: & q̄ gratie magis q̄ noster dicēdus sit: sed scandalizat nos oculus noster: & q̄ vere a nobis est: dū voluntas nostra aliā minus castam impor̄tune ingerit intentionē. Sed habem⁹ iam sup hoc salubre ꝓsiliū saluatoris. Eruc eū (inquit) & proīce abs te. Hoc aūt fit: si nō ꝓsentias: si abijcias: si resistas. Simili modo de manu/ac pede est intelligendū. Cum em̄ bonis operibus intentos/ad alia opera trahere volūtas ꝓpria conatur: manus nostra est q̄ scādalizat nos: sed abscindi debet/& proīci a nobis: vt nō ei cōsentiamus. Sic etiam ꝓficere in sancta cōuersatiōe: & ascendere p gradus scale q̄ iacob apparuit: ac iuxta q̄d ait psal mista. De virtute in virtutē ire desiderantes: sepius scandalū patimur a pede quodā pusillanimitatis & negligētie nostre: q̄ nimirū descendere magis ac remissius ire conatur: sed abscindi eū necesse est: vt pes gratie: q̄ stat in directo: currere possit sine offensione: sine scādalo: sine impedimēto. ¶ Q̄d aūt dicit bonū nobis esse ad vitā intrare cū vno oculo/aut manu/aut pede: ꝑ duos habentes ire in gehēnā ignis: eos notat/qui voluntatē suā siue bona: siue mala sit: eque sequuntur & ingrediunt duab⁹ vijs: nūc bona: nūc mala sectantes/sm q̄d variāt desideria sua. Quibus merito vtilius fuerat gratie in oībus inherere: & vbi obuiat ꝓpria volūtas: abscindere & a seipsis abūcere eam. Est aūt cum multo tpe in abscissione ꝓprie voluntatis nostre exercitati/aliquatenus eam domamus: vt discat iam nō supbire: sed magis sine oī scandalo vel cōtradictione deo subiecta sit aia nostra: nec iā abijcere necesse sit oculū nostrū: nempe q̄ simplici adhe rens oculo/factus est & ipse simpler: aut certe iam nō alter est oculus: sed vnus cū eo: apl⁹ teste. Quoniā q̄ adhereт dño: vnus spūs est cū eo. Nō ante de oculo dictum est: de manu quoq̄ & pede eodē modo est intelligendū. Cui⁹ em̄ volūtas ex affectiōe & cū desiderio gr̄e coheret vt nec ꝓcipiscat mala agere: nec bona minora: nec minꝰ bñ q̄ gr̄a suggerit: hic plane ꝓfect⁹ est vir: sed pars ista potius est felicitatis. Abscissio vero scādaloꝝ & tentationū victoria fortitudinis: illa inquā gl̄ie: hec ꝑfrutis.

¶ In solemnitate omnium sanctorum de lectione euangelica. Sermo. I.

Ubi.ꝫ.

p. lxxxiij

Z

Z

nauit: hos et vocauit. Quos aūt vocauit: hos et iustifica
uit. Et quos iustificauit: hos et magnificauit. Ita initiuz
meū solius gratie est: et nō habeo qd mihi in predestina
tione attribuā siue vocatione. Nō sic sane ab opc iustifi
catiōis alienus fuz: operak et illud gra: sed plane mecuz.
Video ne quēadmodū seraphin in medio appareat alis
quatenus? Postro cōsummatio q̄dē et ipsa solius gre est:
nec est mihi in hac parte vel cū ea/siue in ea gloriari: qua
si coadiutor videar aut cooperator. Velat itaq seraphin
caput suū duab⁹ pēnis: si et veraciter cognouerit: et humi
liter fatеak: q: mia eū sola pūenerit. Velat et pedes alis
eque duabus: si misericordie q̄s que subsecutura est: nec
ignarus exiterit: nec ingratus. Quā sane capitis et pedū
velationē: et nūc q̄s negligere nō oporteat: licz tunc maxi
me perficienda sit q̄n iudex sedebit super soliū: et astāres
fibi seraphin/et agnitione veritatis subtilius illustrabit:
et inflāmabit vehemētius charitatis ardore. In quoz nu
mero indignos nos seruos nois sui: ipsa de qua locuti
sumus cōstituere dignet misericordia: q̄ ab eterno est/et
vsq in eternū super electos: in medio quidē aliquaten⁹
ostendens liberū arbitriū/meriti gratia principiū et finē
oīno soli vendicās sibi: vt sit nobis alpha et o dns deus
noster: et pro vtroq iure clamemus: Nō nobis dne non ps. cxiij.
nobis: sed nomini tuo dar gloriam. Amen.

¶ Unde supra. Sermo.v.

Ommēdant nobis G
sacre littere christū dīm/et ex patre/et in
patre/et cū patre/et a patre/et pro patre: et
etiā sub patre. Qō et ex patre: ineffabilis
est natiuitas: q̄ in patre/cōsubstātialis vnitas: q̄ cū pa
tre/equalitas maiestatis. Sane enim tria hec ab eterno.
¶ Ceterū si ex patre nascēs/q̄d in patre/aut cum patre? D
Nō incōgrue fortitan in patre cubās: cū patre sedens di
cak. Et audire cōsessus hui⁹? et hui⁹ accubit⁹ ratione. Si
cut em sessio maiestatē: sic cōsessio equalitatē exprimit ma
iestatis: presertim cum sit ei sedes a dextris patris: nō sz
ne sub pedibus/vel quasi a tergo. Et sedere quidem iam
quiescere est: sed iacere magis. Quid aūt delectabilius

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ quod ⁊modo dulcius esse videbitur filio: q̄ in patre est an q̄ cū patre oīnib⁹ p̄sentē? In quo putas hoc summa illa pax dei: que exuperat oēm sensum: ⁊ singularis requies dñi cōpetentius assignetur? Et si digne oie id exp̄imi nequeat: cordi tñ fortiter pie cōcipitur: vt saltem quidem in oībus illius indiuisibili simplicitate essentie: inter gloria equalitatē: ⁊ substātie vnitatē: velut similis quedam ei: que inter cōsessum: ⁊ accubitū est: cogitari posse distinctio credatur. Deniq; parū videtur sponse videre sedentē: cubantē sibi flagitat indicari. Indica mihi (ait) quez diligit aia mea: vbi cubas in meridie? Sed ⁊ ale omni q̄ sanū sapit: dulcius sapit per oēm modum: q̄d apostolus ait: Qui adheret deo: vnus spūs est: q̄ q̄d apostolis dr: Cum sederit rex in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos iudicātes: haud min⁹ vtiq; iocūdio: sessione cubario. Ego in patre: ait filius: et pater in me est. Nō potuit exp̄ssi⁹ substātie vnitas cōmendari. Vbi em̄ vter q̄; in altero: nihil quasi exterius licet: nihil interius cogitari: simplicissimā magis credi necesse est in ambob⁹ substantie vnitatē. Verūtamen aliquatenus huic simile est/quod dr: Qui manet in charitate in deo manet: et deus in eo: nisi q̄ hic quidē spiritalis quedam vnio/fm q̄ supra memoratum⁹ qui adheret deo: nō quidem vnū. i. nō vna substātia; sed vnus spūs est: illic vo naturalis potius ⁊ substantialis vnitas designat. Un et habes in euāgelio. Ego ⁊ pater vnū sumus. Illud p̄oinde iuxta p̄fatā similitudinē/ tāq̄ cubiculū vnigeniti: et quasi summa quedam dñi requies est. Nos quoq; per hanc voluntatū vnionē ⁊ adhesionē spūs: quā nimirū charitas facit: p̄o nostro quidē modulo/in hoc suū cubiculū: et in suam requiē/factus etiā primogenitus introducit. Jam vo quod dr: a patre/ambulantē significat: ⁊ ad eum quē p̄oxime ipso p̄cedente/celebraturi sumus: spectat incarnationis eius aduentum. Hinc nimirū et ipse ait: Ego em̄ a deo p̄cessi ⁊ veni. In terris deniq; visus: et cū hoibus cōuersatus: medius nostrū quē nesciebamus/stetit: verus quidem emanuel nobiscū deus: nobiscū stans: sed p̄o patre. Q̄d em̄ nobiscū stetit: adintroiū: q̄ p̄o patre stetit: zelū designat. Paternam nāq; querebat in oībus gloriā: cuius ⁊ venerat facere voluntatē. Ceterū si pendentē cōsideres: si chr̄istū/ ⁊ hunc crucifixū attēdas: ibi maxime euidentissimeq; em̄ sub patre reperies: hoc em̄ ppie ac specialiter ad humane pertinuit nature humilitatē/fm quam ipse ait: Pater maior me est. Dicere nc audebimus q̄ aliqñ fuerit etiam sine patre? Nemo id p̄sumeret: si non p̄o: ipse dixisset. Deus meus/deus meus: vt quid dereliquisti me? Quasi quedam enim ibi dereliccio fuit: vbi nulla fuit in tanta necessitate virtutis exhibitio: nulla ostensio maiestatis.

¶ Habemus itaq; chr̄istum ex patre nascētem: in patre cubantē: cū patre sedentē: a patre ambulantē: p̄o patre stantē: sub patre pendentē: sine patre. quod āmodo mo/rientē. Quonā igitur modo ex his videre eū credemus esaiam: cū diceret: Vidi dñm sedentē super solīū excelsum et eleuatū? Longe em̄ per oēm modū dissimilis ea visio fuit: de qua alibi idem p̄pheta. Vidimus eum (inquit)/ⁿ nō erat ei species neq; decor: ⁊ estimauimus eū tanq̄ leprosum: et percussum a deo: ⁊ humiliatū. Jrē vtrobiq; vidit eundem: sed nō vidit eodē modo: ac per hoc quodāmodo nō eundem. Ibi em̄ vidit eū liuidum plagis: saturatū opp̄obriis: afflictū supplicijs: lacessitū iniurijs. Vidit deniq; cōtemptibilē: vidit pendentē: vidit/ p̄pter nostra/ mor/tem: ⁊ ait: Attritus est p̄pter scelera nostra: cuius liuore sanati sumus. Ibi inquā nouissimus viroꝝ apparuit ⁊ despectus: hic autē erat plena omnis terra maiestate ipsius. Ibi vir doloꝝ ⁊ sciens infirmitatē: hic dñs sedēs. Et illa quidē cōmunis visio verbo pluralis numeri designat: hec autez tam singularis est/ q̄ sublimis. Ibi ergo tanq̄ vnus de multitudine (vidimus) ait: hic vo tanq̄ solus ⁊ solitarius leuās se sup̄a se: vidi (inquit) dñm sedē tem ⁊c. Sane cōpetenter dñs dr: qui sedere conspicitur. Sedere enim p̄sidentis est: sedere dominātis est ⁊ regnantis. Maxime vo sedere super solīū dominationem notat: nā sedere simpliciter aliqñ et humiliationē. Ceterū vt p̄ediximus: qui in patre cubat delitiās: cum patre imperās sedet, ibi sp̄osus amabilis: ibi dñs admirabilis. Deniq; gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate sua. Vidi (inquit) dñm sedentē super solium excelsum et eleuatū: ⁊ plena erat omnis terra maiestate eius ⁊ ea que sub ipso erāt: replebant templū. Que enim sub ipso erāt? Nunquid ipsum q̄d diceratur solīū quālibet excelsum et eleuatū: sub ipso em̄ nihilominus erat. Si enim ipse super solium sedens: solū plane sub ipso. Et quō illud replebat templū? Deinde q̄n et ipsa iam terra omnis plena est maiestate eius: quō templū adhuc vel vnde repletur? Enimuero disce ex his que audis: solium nō machinā imaginari corpoream: sed angelicā intelligere creaturā. Si em̄ sedes est sapientie anima iusti: q̄ digni⁹ sedes angeli sancti? Hoc plane solīū glorie eius: excelsum per naturā: sed multo magis per gratiā eleuatum. Excelsos em̄ fecit eos natura cōditionis: eleuatos gratia cōformationis: de qua dr: Verbo dñi celi firmati sunt. Ea igit agmina angelorꝝ in quibus sedet deus: ⁊ q̄ sub ipso sunt templū replent: licz iam terra omnis ipsius plena sit maiestate. Ubiq; em̄ regnat: vbiq; imperat: vbiq; maiestas eius: sed gratia fortē nō ita. Nō inquam vbiq; sicut potestas: sic et voluntas eius: bona ⁊ beneplacēs ⁊ perfecta. Alioquin quid est q̄d dicimus: ſfiat volūtas tua sicut in celo et in terra. ſFit em̄ voluntas eius de oībus: fit p̄ omnes: non in omnibus tñ. In electis spiritib⁹ fit voluntas dei: q̄n eis efficitur cū ipso vna volūtas. Hec sane adhesio spiritalis/vnū spiritū faciēs: sicut multitudinis q̄s credentiū/cor vnū ⁊ anima vna legit extitisse. ¶ Et ea que sub ipso erāt: replebāt templū. Replebāt omni benedictione spiritali: replebāt cōsolatione diuina: replebāt diuersis gratiarū. Replebāt deniq; fructu sanctificationis: siquidē domū tuā dñe decet sanctitudo: replebāt diuersis charismatū donis: spū sapiētie ⁊ intellectus/cōsilij et fortitudinis/sciētie et pietatis: ⁊ replebāt illud spiritumoris dñi. Seraphin stabāt sup illud. Nomē est oīdinis angelorꝝ summi atq; sup̄emi: vt merito stare sup cetera describant: ⁊ ipsi in quālibet ceteris p̄stēt: altāt nihilominus dño p̄sidenti: deorum vtiq; ministeriū/ ⁊ plenū reuerētie obsequium exhibētes. ¶ Aliter em̄ dñi: aliter angeli: aliter hoīs intelligi cōuenit stationē. Stat chr̄istus p̄o patre zelans: patris gloriā querēs: et tanq̄ fidelis vnigenitus: imo ⁊ p̄unigenit⁹ patris/zelo patris adiuuās adoptiuos. Sic illū stephanus stantē vidit: quē habuit aditorē. Sic p̄pheta in aditoriū eū surgere p̄cabatur: exurge (inquies) dñe adiuua nos. Sane angeli ca statio ministratio est/dicēte p̄pheta: Millia milliū ministrabāt ei: ⁊ decies centena milia assistebāt ei. Nam homines quidē stare/p̄sistere est in vigore animi: ⁊ obseruatione p̄positi. Sic moyses stetit in cōfractione ⁊ in cōspectu dñi vt auerteret ira eius: sic stetit phinees ⁊ placauit. Seraphin stabāt sup illud. ¶ Quid sibi vult/q̄ non vnū: nō plurimos stātes vidisse se perhibet p̄pheta: sed duos. Duos siquidē ei apparuisse cōstat ex eo q̄ secutus adiūxit. Ser ale vni: ⁊ ser ale alteri. Et bene duo stabāt. De em̄ soli: quia si ceciderit nō habet subleuantē. De tribi superbe spūs: solitudinis et solitarie p̄sumptiōis amator. Nō stetisti in veritate: expulsus est pes superbie: stare nō potuit. Solus sedere volens tanq̄ fulgur cecidisti de celo: nō habiturus aliqñ subleuantem. Ser ale vni: ⁊ ser ale alteri. Ad quid multiplicitas ista pēnarū? ¶ Duabus (inquit) velabāt caput eius: ⁊ duab⁹ pedes: ⁊ duabus volabāt. Grande mysteriū/ ⁊ p̄fundū vtiq; sacramentum. Attentas in vobis hec verba desiderant aures: sed multo magis diligentias in nobis lingua exigēt: maxime q̄ animū spiritalē. Dico vobis fm̄ vtiq; q̄ sentio: nec sane affirmans dico; sed cōiectans quodāmodo et opinans.

Quid enim

Quid em̄ estimare verat: deiecto lucifero/ad puigiles excubias seraphin cōstitutos: sicut eiecto homine teste scriptura: Cherubin ad custodiā posuit deus. Nec incōgruefortitan cherubin flammeus traditur gladius: vt a ligno vite incisio pariter ⁊ incēsio: q̄bus nihil carni terribilius manū p̄hibeant cōtrectalē. Porro seraphin em̄ alas accipiūt: quarū velamie arceāt oculū spiritalē. Deniq; duab⁹ (inquit) velabāt caput eius: ⁊ duabus pedes: vt nec alta dei: nec p̄funda eius iniquus ille valeat cōtemplari. Erit cū reuelabitur gloria dñi: sed nō erit hoc nisi factū fuerit ante quod scriptū est: Auferatur impius ne videat gloriam dei. Interim sane velatur caput: velātur pedes: vt mediusquidē aliq̄d eidē impio videndū: sed ad inuidendū vtiq; relinquat. Et velant alis q̄ nimirū sic illū arceāt: vt istos sustineāt ⁊ sustollāt. ¶ Querendū em̄ p̄ius/ quibus alis volare dicant; q: duab⁹ (inquit) volabāt. Nec incongruefortitan duas istas nature ⁊ gratie dicim⁹: p̄sertim cū pau⁹ quoq; in hiſpſis etiam solij celsitudo/et eleuatio a nobis fuerit assignata. Unaci siquidē per naturam intellectu ⁊ feruenti nihilomin⁹ affectu: p̄gram in cū qui supra ipsos est: extenti iugiter ⁊ intenti: stare quidē: vt dixim⁹: p̄ministeriū: sed ⁊ volare p̄studiū p̄hibentur. Licet em̄ velēt caput dñi: velent etiā pedes: sed sibi ista nō velāt: magis aūt sedule volāt ⁊ volitāt inter ista: ⁊ alta potētie eius: ⁊ profunda sapientie vestigātes. Nec sane scrutatores sunt maiestatis: vt perinde oppr̄imant a gloria: q̄ nō minus diligant q̄ intelligāt: vtpote quos ille regit ⁊ agit spiritus q̄ scrutat etiā alta dei. ¶ Superbus ille lucifer lucē p̄ferēs nō ignē habēs: alteri tñ inuidus ale/casum facere potuit nō volanti. Exultauit em̄ lucidus esse nō feruidus: nō incensus q̄d seraphin sonat. Nō ergo steterit q: cōtempsit: fed nec volare potuit q̄d p̄sumpsit. Sustulit eum nature vilitas: sed in suā plane pernicie: quippe quē defect⁹ gratie mor deiecit. Nec dissimilis sane illoꝝ casus: qui cū cognouissent deū: nō glorificauerunt aut gratias egerunt: quo tandē merito traditi sunt in reprobū sensum: ⁊ obscurati est infipiēs cor eorū. Deniq; ⁊ ipsi cor p̄incipi interpositū est velamen: q̄ nulla iā nature viuacitate p̄ualeat: vt ipsius q̄ sup solīū sedet: caput aut pedes valeat inueri. Siquidē seraphin stātes ⁊ astātes duab⁹ alis caput velāt: duab⁹ pedes. Nō est corporalis diuina suba: nec in formā hoīm mēbris distincta corporeis. Spūs est de⁹: ⁊ q̄ de eo dicamꝰ spiritaliter vestiganda. Alioquin q̄s nobis reuelabit hoc caput/⁊ pedes istos: quos geminis alis seraphin velantnisi spūs ipse q̄ nouit oīa q̄ in eo sunt: ⁊ scrutat etiā alta dei? Ego em̄ opino: ipsa esse q̄ in hoc loco capitis nomine designant. Itaq; fm hunc sensum/ caput ei⁹/ maiestas eius/ potestas ei⁹/ sempiterna virtus atq; diuinitas. Caput ei⁹ iuxta illud p̄phet̄icū. Justicia tua sicut montes dei. Nempe q̄d sequit. Judicia tua abyssus multa: non incongrue fortē vide bit pedū posse appellatione signari. Sūt em̄ velut quidā pedes eius: inuestigabiles vie ei⁹: inscrutabilia iudicia eius: p̄fundum sapientie: ⁊ irreprehensibilis quedā: sed incōprehensibilis dispositio ei⁹. Ad hos pedes ipsum quoq; dñice incarnationis mysteriū specialiter cognoscit p̄tinere: ⁊ oīs pariter operatio nre salutis. ¶ Cernere est q̄ sit iustitia illa sublimis: quā sicut mōtes dei p̄phera esse mirat. Nostra em̄ si qua est humilis iustitia: reputa fortitā: sed nō pura: Nisi forte meliores nos esse credimus q̄ patres nr̄os: qui nō minus veraciter q̄ humiliter aiebant. Dēs iusticie nre tanq̄ pannus mēstruate mulieris. Quō em̄ pura iustitia: vbi adhuc nō pōt culpa deesse? Recta p̄oinde interim videri pōt iustitia hoīm: si tñ pctō nō cōsentiant: vt nō regnet in cor mortali corpore. Nā primi hoīs in initio quidē nō mō recta: sed etiā pura fuit: q̄ diu ei datum est nec sentire peccatū. Ceterū ⁊ hec ipsa: q̄m firma nō fuit: ⁊ puritatē facile p̄didit: ⁊ ne ipsam quoq; retinuit rectitudinē suā. Sane apud angelos iustitia recta: pura ⁊ firma est: sublimis quidē: sed adhuc longe inferior: q̄ diuina. Non em̄ innata est eis; sed a deo collata; vt natura ipsa q̄ ex se est: nō modo iusticie; sed etiam iniusticie capax inueniat. Nunquid nō ista est p̄rauitas quedā: quā in angelis suis vera illa iustitia legit inuenisse? Nō em̄ iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuens: ait is q̄ dei iusticiā minime ignorabat. Nec ait/ois homo: sed ois viuens: forte vt ne ipsos angelicos cū noueris sp̄ūs excepisse. Uiuūt em̄ ⁊ ipsi tanto verius: quanto p̄pius astant ei: apud quem est fons vite. Nihilomin⁹ etiā iusti sunt: sed ex eo: nō ex eo: ā eo: munere eius: nō in eius cōparatione. Ipse em̄ sibi iusticia est: cuius volūtas nō tam equa: q̄ ipsa equitas. Et vtiq; nō aliud q̄ ipsa substātia est. Illa ergo iustitia verissime iudicat mons est: q̄ recta est: que pura est: q̄ firma est: et (vt ita dixerim) etiā substātia est. Quāta em̄ in hoc capite latet altitudo? Quanta gloria est: quātaq; sublimitas in hocvno/ loco ⁊ cōdenso monte reposita? Quib⁹ tamen putamus alis hoc caput seraphin velant: vt nulla sue subtilitate nature: nulla rationis perspicacitate/nequā oculus in illius queat irrūpere veri luminis claritatez? Duab⁹ (ni fallo:) alis sue videlz ipsorū gloriе/⁊ felicitatis. ¶ Ineffabiliter siquidē delectanꝰ in ammiratione cōtemplationis illius: nec minus gloriaꝰ in ipsius veneratione. Iniqu⁹ ille ammirationē quidē: sed nō venerationē habens: q: subdi noluit p̄ venerationē: figi nō valuit per ammirationem. Dem̄q; ammirationē ipsam in emulationē cōuertit: nec venerari dignat⁹: ſz conatus est imitari. Quā melius seraphin sua ipsa ammiratione felices: veneratione etiā venerabiles fiunt: verā in ipso habentes gloriā cui seruire regnare est: ⁊ apud quem oīs qui se humiliat exaltat. ¶ Et nūc audi quemadmodū his duab⁹ alis ipm q̄d dixim⁹ caput dñi: ne iniquus ille inspiciat velare seraphin videmꝰ. Quoniam em̄ sursum dirigit aciē: in angelicā statim felicitatez ⁊ gloriā malignus offendit: ⁊ offundit oculū pessim⁹ humor: liuor: p̄pius: vt penetrare vltra nō possit. Sic nimirū quasi gemino quodā velamie: ne sublimiora p̄spiciat: inuidus p̄decidit ad illoꝝ quoa superiores habere dolet. mō quidem felicitatem: mō gloriā: nō vtrāq; simul: reuerberata acie cōrabescens. Quis em̄ tam grauis p̄ueritus oculi/q̄ inuidia est? Nec vo alijs luo: inuidus/q̄ aliena gloria et felicitate torquet. Miseria em̄ (vt aiunt) inuidia carez. Sed ⁊ pedes dñi: quib⁹ nimirū impenetrabilem iudicioꝝ eius abyssum: ⁊ dispositiōis eius dirim⁹ vias inuestigabiles designari: duab⁹ eque alis velant seraphin. Ego autez dico/ p̄udentia ⁊ fidelitate. Cū em̄ ⁊ fideles pariter ministri sint ⁊ p̄udentes: sic diuina negocia gerunt: ⁊ saluti pudent electoꝝ: vt malign⁹ ille deprehendere oīno nō possit. Ex hoc pedū velamento factū reor: vt nescientes dñm glie fecerit crucifigi: ex hoc quotidie fieri: vt salutis nre negocijs ignorans seruiat ⁊ inuitus: sero postmodū plāgens q̄ dum obesse voluit: inuentus est p̄fuisse. Sic nimirū per amministratorios sp̄ūs illudit ei⁹ astutie: q̄ ⁊ fideles sunt qui deregere nolint: ⁊ p̄udentes qui nolint tegere diuina ergā nos p̄uidentie ⁊ dispositionis arcana. Ceterū sicut e supremis duab⁹ alis nequissim⁹ ille ammirationē habuit: sed nō venerationem (vt dixim⁹) sic medijs quoq; spiritalem ei intellectū natura: sed nō etiā gr̄a affectū dedit: sed nihilominꝰ ex infimis istis facile saris animaduertere est: q̄ iuuentus sit fidelitatis expers: nō aūt similiter caruisse p̄udentia. Nisi tu forte aliū aliquē puras esse qui dic⁹ est callidio: cū cis animārib⁹ serpēs. ſForte etiā nō incōgrue dicimus: q̄m eoipso tam irrenocabilis casus eius: irrepārabilisq; collisio fuerit: q̄ ex his quas dixim⁹ alis: sicut in parte dextera nulla affuerit: sic in leua nulla defuerit. Nō ita sane duo illi quos ppherica nobis visio cōmēdauit stātes: ⁊ astātes dño maiestatis: cuius etiā duab⁹ (vt dictum est) alis caput velant: ipa equidē sua ammiratione in qua delectanꝰ feliciter: ac veneratione/ in qua sublimiter gloriamur. Duabus etiā pedes: fidelitate videlz atq; p̄udentia. Porro duab⁹ volant: natura vt diximus perspicacia; et efficacia gratie. Sane mediam quasi quandā longitudinem nudam visibilēq; relinquunt: longanimitatem di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

co ⁊ benignitatez dei ad penitentiā hoies inuitantis. Vi/
dens enī cernere est/quēadmodū solem suū sup bonos er
malos oiri faciat:⁊ pluat super iustos ⁊ iniustos. Nā ni
mirū charitate verus ille salomon/ quasi quedam media
sua cōstranxit:ppter filias hierlm:vt quib⁹altio⁊a se quere
re/⁊ pfunda vestigare nō licer:in his saltez medijs valeāt
exerceri:⁊ ad sublimiū subtiliūq; exinde rerū pemplatio
nem pmoueri aliqū mereant. Ceterū nequissimus ille ex
hac visione ⁊ in psenti torquebit acrius:⁊ grauius crucia
bitur in futuro. Pūmū quidē q; ipsam nobis longanimi
tatez benignitatis inuidear:deinde q; nequaq; fibijpi hac
saltem occasione puideat:vt ad penitentiā adducatur.

ff ¶ In festo scī Martini de exemplis obedictie. Sermo.

Beato sermonē a no/
bis expetit tam vester iste cōuentus:q; aduē
tus ⁊arū honorabiliū plonarū:qu as de lō
ginquo gratulamur adesse. Sane audirem
eos ipse libenti⁹:sed qm eligūr:immo ⁊ exigūr magis vt
loquar: mihi fi nō licet audire eos: eis necesse est obaudi
re. Et quidē viu⁹ est nobis fino:tā multa māsuefacto coꝛ
qua videz meritis sanctioꝛes:dignitate supioꝛes:sapien
tia locupletioꝛes:nō mō ad visitādos:sed etiā ad audien/
dos nos dignati sunt declinare. Efficax eruditio ⁊ oī di
gna acceptiōe doctrina. Siquidē nō vbo ⁊ lingua:ſz ope
et veritate nos ammonent imitatoꝛes suos esse sicut ipſi
sunt xpi:⁊ dicere qō ab ipso vriq; didicerunt:mites esse et
humiles coꝛde. Sic maria elizabeth petijt:cōiugata vgo:
ancillā dña:pcursoꝛis matrez/iudicis mater: dei genitriꝛ/
seruuli genitricē. Sic postmodū iesus etiā ipse iohannem
adijt:⁊ adijt baptizādus:vtpote quē decebat implere oēz
iusticiā. Vos quoq; reuerendi patres deteriꝛ:ē nobis nō
facitis partem vestrā. Ad audiendū quippe/ſ; ad loquē/
dum velociꝛes:etiā inter ipsos qui vestro magis egueraṫ
documento. Nā nos quidem:q: oēm nō possum⁹implere
iusticiam:vel nōnullā vobis exhibere curam⁹iustum esse:
Job. iij. nō ignoꝛantes inferioꝛem superioꝛib⁹ obedire, Sed vnde
loquemur? Qui de terra est:de terra loquitur: ait vox illa
clamātis. De terra ergo loquamur: q: de terra subsistim⁹
⁊ in terra. Audite quicq; terrigene ⁊ filij hoim vobis dici/
mus/⁊ de vobis. ¶ In terra oīmur/ in terra moꝛimur/
reuertēres in eā vnde sum⁹assumpti. Hic nobis angustus
introitus:huoꝛa bꝛenis:sola moꝛs certa. Logik totus adā
iudiciū poꝛare qō meruit. Dilaratus est vehementer:mul
tiplicatus est:⁊ replenit terrā. Attamen velit nolit quātū/
cunq; recalcitret:vniuersa adhuc ferr sniam quā excepit.
Bcñ. iij. Terra(inquit) es ⁊ in terrā ibis. Grauis equidē senten/
tia:sed nō sine grandis mie temperamento. Dura admo/
dum:sed si merita penses:indulgentie plena. Siquidē nō
minus iuste peccanti dicerek/terra es:sed ex hoc sub terrā
ibis. Justus foꝛet etiā tūc iustus dñs ⁊ laudabilis nimis.
Dignus plane qui laudarek:sed nō ego idoneus qui lau
darem. Alioquin nunc quoq; nihilomin⁹ vere diceren: si
tamen dicere possem:iustus es dñe:⁊ rectum iudiciū tuū.
At nō infernus cōfitebitur tibi:neq; moꝛs laudabit te: ſz
nos qui viuimus benedicimus dño. ¶ Peperisti ergo
creature tue:pepercisti gloꝛie nois tui:vt descendentez de
hierusalez:minime tamen vsq; in hiericho patereris abdu
ci. Semiuiuus adhuc relictus in via semilaudare possiz:
vbi totus viteroꝛ:ibi totus crumpā in laudes:⁊ dicent oīa
ossa mea:dñe quis similis tibi? Propter hoc nempe cum
iratus fuisses misericoꝛdie meministi: nō damnatis hoiez
in loco pditionis:sed in loco afflictiōis humilians. Quid
causaris homoꝛ:quid sententiā quereris duriꝛem? Terre
addictus es/factus e terra: vt ipsa tibi sit patria que ma/
teria fuit. Sed audire inquies velim:q: ſpūs es:⁊ ad spiri
tum ibis. Siquidem etiam spiritus sum: quod ad ammā
ſj. Loꝛ. pertinet:nec poꝛtionem hanc mei dubitauerim ponoꝛem.
iij. Audiui sane ab apostolo. Quia dñs spiritus est:⁊ ab ipo
Job. iiij dño:q: ſpūs est deus. Nec modo spūs: sed spiritū pater.

Ut quid ergo tenet me mater carnis:q: caro/ex parte spi/
rituum pater nō recipit:cum ex parte sim spūs? Scio/scio
agit hoc nō tam substantia ipsa/q; culpa. Sicut enī pcō/
res spūs/ inter celū ⁊ terrā ventosum hoc mediuz tenent: Esa. lix.
vnde ⁊ pātes huius aeris nominantur: sic pctā nīa inter
nos ⁊ deū separant:inter creatoꝛem patrēq; spirituū:⁊ spi
ritalem vtiq; creaturā. ¶ Traxit animā coꝛpus in regio/ Jacob. v.
nem suā: ⁊ cece pꝛeualens oppiimit peregrinā. ſfactus est Sap. ix.
nempe talentū plumbi:nō aliunde tamen nisi q: sedet ini
quitas super illud. Coꝛpus enī aggrauat animā:sed vtiq; Ro. viij
qō corrumpit:coꝛrūpitur aūt:immo etiā apl̄o teste: Moꝛ
tuum est ppter peccatū. Jtaq; licet quodāmodo celum sit
homo/celestibus sine dubio spiritib⁹similis:suba simul ⁊
forma:substātia quidem qm spiritalis:forma vo/q: ratio/
nalis est: minime tñ leuare eū duo ista sufficiūt vt mereak
audire:q: celū es ⁊ in celū ibis. ſfrustra gloiek de liberta/
te arbitrij:q; in mente est: captiuus dicik in legem peccati:
que in carne est. Nam ⁊ si foꝛtitan videreḳ duplex funicu/
lus posse alteri eque duplici pꝛeualere: vt videlz quez sibi
terra genino quodā iure tanq; patria pariter et materia
vendicat:ob geminā nihilomin⁹ que predicta est:substan/
tie scz ⁊ foꝛme similitudinem/celum quoq; recipiat vt cele
stem: sed iam triplicatus inferio: ille ⁊ deoꝛsum trahens
peccato equidē accedente funiculus: nisi illinc quoq; oc/
curreꝛit gratia:nō rumpetur. Sane vbi illa affuerit:haud
dubium quin soluaḳ facile/grauis iste quo trahimur:im/
mo quem trahim⁹ funiculus iniquitatis. Hec enim inter
nos ⁊ deū nō separans interuenit:sed reparans ⁊ comun
gens. Jtaq; ibo mihi ad montē grāe/⁊ colles miseratio
num: quarū thesauros oēs repositos audio penes xpm. Job. iij.
Jbo ad eum qui est plenus gratie ⁊ veritatis:si foꝛte acci
piam aliquid de plenitudine illa: immo si foꝛte accipiar
in plenitudinem illam: vt cum ceteris aliquādo membris
occurrā in mensurā etatis plenitudinis xpi. Nemo quip/
pe ascendit in celū:nisi qui descendit de celo. ſfidelissimus
plane ⁊ benignissim⁹ mediaꝛ: qui quidez nō discreuit:ſz
fecit vtraq; vnū: mediū parietem macerie soluens domās
nobis oīa delicta:delens qō aduersum nos erat:chiroꝛogra
phum decreti/qō erat contrariū nobis:⁊ ipm tulit de me/
dio affigens illud cruci:expolians pꝛincipatus ⁊ poteſta/
tes:traduxit cōfidenter palā triūphans illos: pacificāsq;
per sanguinem suū que sunt in celo/⁊ que sup terrā. Pꝛo/
pter hanc nempe salutem:quā in medio terre erat opera/
turus:nō cōfestim sub terra posuit hoiem sicut peccando
meruerat:sed in terra. ¶ Siquidez respirandū est nobis: Z
et nullaten⁹ desperandū donec in terra adhuc interim cō/
stituti:⁊ suspicere celū possim⁹?:⁊ suscipere data optima/
et dona pfecta desursum a patre luminū:a patre spirit⁹cā:
a patre misericoꝛdiarū. Nam ⁊ ppterea rectū fecit hoiem:
etiā coꝛpoꝛe ipsoꝛe os homini sublime dedit: cum pꝛona
vtiq; spectent animantia cetera terrā: vt attollens ad side
ra vultus/ilico suspiret: vbi tā beatā ⁊ perennem cōspicit
mansionem. Nōne enī pie ⁊ fideliter intuemib⁹ nobis: ves
hementissimū quoddam incentiuū amoꝛis:⁊ puocatio fla
grantissimi desideriꝫ est visio ipsa tam lucidissime regiōis?
Nō sunt stelle celi similes glebis terre. Inter splendoꝛem
solis/⁊ caliginem soli huius/nō parua distantia est. ſfoꝛte
tamen hic quoq; nōnulla:sed in suo genere pulchꝛa viden
tur:⁊ hec ipsa vndiq; mirꝛa:nō pulchꝛis:vt aurum in luto
gemma in sterquilinio:liliū inter spinas. Tota pulchꝛa es
patria mea:⁊ macula nō est in te: tota pulchꝛa es absq; eo
qō intrinsecus latet. Quid illud? Nempe illi beati angeli/
ci spūs/⁊ anime sanctoꝛ:que iam ingredi meruerūt in lo/ Z
cum tabernaculi ammirabilis vsq; ad domū dei. ¶ Sicut
enī sunt coꝛpoꝛa terrestria:sic sunt ⁊ coꝛpoꝛa celestia:ſz lō/
ge vero alia celestium gloria q; terrestriū: sic sunt celestes
spiritus ⁊ terrestres:nec mino:sane distātia inter eos. An
geli/archangeli/virtutes/principatus/potestates/domi
nationes/thꝛoni/cherubin/⁊ seraphin. Bene noīa noui.
ſfoꝛte hoc totū est. Quid enī amplius capiā terrigena de

celestibus:carnalis homo de spiritualibus ⁊ diuinis? Ve
rūtamen ⁊ si ignoꝛo quid latetur in his tantis appellatio/
nibus:illud equidē certissime noui: q; magnū ⁊ mirabile
aliquid sub hac tanta verboꝛ maiestate clausum sit et sig
natū. Non sine causa celū hoc dicit: plane eximiū nescio
quid celak in eo. Celanur inquā:sed tñ nō negak fideiſz/
quaq;. Videre enī nobis datur in terra ipsam exterioꝛem
celi pulchꝛitudinē:nō adire:interna quoq; gloꝛiā secreto/
rum eius/⁊ si nōcō pꝛehendere:cōcedik vel audire. Vide/
mus patriā:sed alonge salutam⁹:odoꝛamus illas delitias
nō gustamus. Enīuero nō sine causa vnigenitus qui est
in sinu patris: ipse nobis in regione hac vmbꝛe mortis:
quā inhabitamus:celestiū gloꝛiā spirituū sane per fidem
A enarrat:coꝛpoꝛ vo p speciē manifestat. ¶ Audi inqt filia
pš. xliij. ⁊ vide. Et factū est. Quo:sum ista? Jnclina ait aurem tuā
⁊ obliuiscere populū tuū/⁊ domuz patris tui. Vult nos
ponere cōtumaciā:discere obedientiā: appꝛehēdere disci
plinā. Vult nos etiā obliuisci posteriora: despicere infe/
rioꝛa:terrenos moꝛes ⁊ vitia genuina deserere:celestia sa
pere:supna quarere:anteriora inhiare. Vult ⁊ illū tantū
deoꝛe:ē dom⁹ sue/ingenuā cōcupiscere creaturā: quo ſz in
eādem imagiē transformek de claritate in claritatē:tanq;
a dñi spū:ac perinde cōcupiscat etiā rex deoꝛe illius vtiq;
spiritalē. Sed in quo visus ille (inquies) vel auditus in/
clinare me aurem ⁊ obaudire moneꝛ? Nam q; desideriuz
pariat manifestū est. Sane ergo cōsidera vniuersam hāc
celestiū gloriā coꝛpoꝛ in: cessanter legib⁹ obtemperare diui
nis:nec vnq; sibi positas in tam continuis moꝛib⁹ metas
excedere tēpoꝛ:aut locoꝛ terminos trāsgredi cōsti tutos.
Sed ⁊ ipsos spūs tam sublimes audi oēs administratoꝛ/
rios esse:⁊ in ministerium mitti dignitatissimū: vti ne indi
gnū dicā:minime tamē puto reperies in scripturis aliqñ
quēq; illoꝛ vel contradixisse mittenti: vel erga ipsos tam
inferioꝛes se ppter quos in ministeriū mittebant:saltem
tenuiter fuisse cōmotū. Exempla sunt obedientie si diligē
ter arrēdas:eo sane acceptabilioꝛa:quo in materia digno
ri. Sed noui qd ad ista submurmuraṫ sensus hois:⁊ cogi
tatio pꝛona semp ad malū. Quid tu mihi inqr elementoꝛ/
um ppositis obedientia supnoꝛ? Quasi vo aut sensus vl/
lus in eis:aut vlla vigeat deliberatio rationis:⁊ nō pon⁹
agi ipsa:q; agere videanṫ. Quid vo vel ipoꝛ angeloꝛ obe
dientiā sic cōmendas? Sennūt quidē angeli: sed delecta/
bilia sola:obedientes equidē creatoꝛi:sed tam felici/q; fa
cili volūtate. Quidni obediāt? Semp enī vident faciē pa
tris:quē videre pfecta beatitudo:eterna glia:summa vo/
luptas est. Pꝛoduc nobis dñe patriarchas ⁊ pphetas vi/
ros obedientes pꝛeceptis tuis:obedientes ex voluntate:
obedientes cōtra pꝛiā volūtatē. ſfactū est. Exhibek no/
bis vt ceteros bꝛeuitatis causa pretereaz:exhibeḳ inquā no
bis abiaā ad pꝛeceptū dñi exiens de terra sua: ejiciēs an/
cillā ⁊ filiū eius:etiā charissimū filiū Jsaac immolare pa
ratus. Quid hic humana astutia poterit cauillari? ſforte
respondeat: qm multifarie multisq; modis apparens eis
deus: suscipiebaḳ hospitio: participabat cōuinio: aiabat
alloquio:instruebat cōsilio:donabat filijs:illustrabat vi/
cꝛis:diuitijs cumulabat. Quid dices cū venerit xps fa
ctus obediēs patri vsq; ad moꝛtē:moꝛtē aūt crucis? Mul
tum inqr p oēm modū. Quādo enī vnigenitū dei patris:
dei virtutem:⁊ dei sapientiā xpm: qñ psumereṫ emulari?
Oblatus est q: ipse voluit: qñ ⁊ quātū voluit passus est:
vtpote verus quidē homo:sed verus nihilominus deus.
Immo vo ne ipsam apostolicā obedientiā afferas velim:
quos nimirū iuxta pphetica pmissiones/oculis suis vidiſ
ſ. Job. ſ. se cōstat pꝛeceptoꝛem suū:⁊ aurib⁹ suis vocem audisse mo
nentis. Unde ⁊ vnus coꝛ exꝛessius scribens ait: Quod
audiuimus:qō vidimus oculis nostris:qō pspeximus:et
manus nostre ꝛrectauerūt de vbo vite. Quidni relinque
rent oīa:quidni ad oīa sequerenḳ tante psentiā maiesta
tis? Quid ego nō facerem:si mihi eadem copia pꝛestareḳ:
Sed nō fecit taliter oīm nationi: nō pꝛecunti vtiq; nō se/
quenti. Siquidem vt multi reges optauerūt videre:⁊ nō
viderūt:sic nihilomin⁹ venerunt iam dies quando desi/
deretis videre diem vnū filij hois: nec tamen mereamur. B
¶ Oppoꝛtune ergo iam Martinus ad mediū veniat:vt
de medio fiat occasio peroꝛ. Hodie enī ille per oīa similis
nobis plane ⁊ sensibilis ⁊ passibilis:ſz ⁊ lōge post illa pa/
triarchaliū ⁊ ppheticaꝛū pꝛa visionum:⁊ homo purus ni
hil de natura diuinitatis habens:credens aūt in eū quez
nō vidit:plenus fructu obedientie/⁊ virtutū locupleṫ/so
lum deseruit:polū subijt:terre cōmendans qō habebat e
terra:spūi dirigens ad patrē spiritū: cui fideliter in ado
pꝛionis spiritu deseruiuit. Nō fuit celeste coꝛpus: sed nec
spūs quidē celestis:rationale aīal/etiā ⁊ moꝛtale: terriges/
na:filius hois. In terra natus es/in terra educar⁹: in ter/
ra exercitatus ⁊ pbatus:in terra etiā cōsummat⁹. Nec vo
parriarcha erat:aut vnus exꝛpheris:de quib⁹ sane in eua
gelio veritas ait. Quia lex ⁊ pphete vsq; ad iohannem. mat. xj.
Multo magis nō erat ipse ipa:ſz erat ūn christus in ipo:
haud aliter vtiq; q; p fidem. Enīuero iurta hunc modum
etiā mō pꝛope est verbū in coꝛde tuo:⁊ in oꝛe tuo: tñ si re
ca o quefieris coꝛde. Nempe apl̄o interꝛetante/verbū fi/
dei istud est: de quo moyses ait. Unde ⁊ alibi idem apl̄s. Deu. xxx
Jesus xps inquit beri ⁊ hodie ⁊ in eternū. Hesternū qui/
dem ab initio seculi/vsq; ad dñicā ascensionē: hodiernū
vero diem exindevsq; ad seculi cōsummationē: poꝛro eter
nū intellige post cōem oīm resurrectionē. Nulli hoꝛ deest
christ⁹: nulli deest iesus: nulli deest vnctio: nulli salus. Pa
triarchis ⁊ pphetis in visione exhibitus est: apostolis in
humanitatē mirabiliter in fide: angelis iam in specie. Qua
sane specie ⁊ electis oībus ostensurū sese pmiserat: nō qui
dem hodie:sed in eternū. Deniq; iam transierat beri: iam Ps. Loꝛ. v
illud nostrū illuxerat hodiernū: cuz apl̄s loquerenḳ. Et si
cognouim⁹ christū sm carnem: sed iam nūc nō nouimus.
Videntur tñ etiā in hoc mane de carnib⁹ agnū nōnihil esse
seruatū: sed qō residuū est: vtiq; iam datur igni: q; videlz
vsq; hodie eadem caro nobis: sed spūaliter vtiq; non car
naliter exhibeaṫ. Neq; ei est q; causemur nfo huic negatā
tpi: siue eam que ad patres veteris testamenti facta est ap
parition⁹: sive eā que apostolis exhibita est: pꝛesentia car/
nis eius. Siquidē fideliter cōsideratibus neutra deesse li/
quebit. Adest enī nobis etiā nūc carnis ipsius vera suba
haud dubiū sane quin in sacramento adsunt reuelatiōes:
sed in spiritu ⁊ virtute: vt tpi gratie qō nūc est: nihil in vlla Ps. Loꝛ. ij
gratia deesse pbetur. Deniq; nec oculus vidit: nec auris
audiuit: nec in coꝛ hois ascendit q; pꝛeparauit deus dilige
tibus se: nobis tamen reuelauit p spm suū. Nec mireris q;
carnales eis manifestationes exhibuit: q; carnalem eius
psetolabank aduenm. Nobis enī tanto efficacio: gratia:
⁊ reuelatio dignioꝛ: necessaria est: quanto nimirū excellen
tioꝛa cōstat esse q; expectam⁹. Jtaq; (vt supra dixim⁹) mar
tinus iste christus nō fuit: sed tñ xpm habuit: nō quō an
geli in psentia maiestatis: nō quō apl̄s in visione humā
nitatis: nō quō olim locutus est in visione sanctis suis: ſz
quō ēm etiā nunc habet eccl̄a in fide ⁊ sacramētis. ¶ Nō E
erat ille lux: sed lucerna plane ardens ⁊ lucens/de iohan/
ne dictū est: ſz si illū ptulero puto dicetis. Maxim⁹ hoim
est: plusq; pphēta est. etiā angelus est dei patris: sicut ipse Zuc. vij
testat. Ecce mitto angelū meū ꝛē. Et martin⁹ lucerna erat
ardens ⁊ lucens: eū saltē nō pigeat imitari. Sz imitari in
eo qō est imitabile: nō aūt qō mirabile erbibeḳ. Ad men/
sam diuitis sedes hodie: diligēter cōsidera q; ribi apponū/
tur. Discerne inter cibos ⁊ vasa cibo⁊. Illos ei iuberis tol
lere: sed nō illa. Diues est iste martin⁹: diues in meritis: di
ues in miraculis: diues in virtut⁹: diues in signis. Diligē/
ter ergo cōsidera q; apponunk tibi: quenā videlz ad ammi
rationē: q; vo ad imitationē. Aut certe q: sequik in scriptu
ra illa: qm talia opoꝛtet tē pparare: diligenter cōsidera qd
apponik: ⁊ in quo. Susciauit martin⁹ tres moꝛtuos: quā
tos nimirū saluatoꝛē legerat fuscitasse. Reddidit visuz ce
cis: surdis auditū: mutis loquelā: claudis gressuz: aridis

Universidad de Deusto
Biblioteca

fospiratem. Quasit diuina virtute pericula: p; opũ co; poris obice flãmas repulit: immanẽ sacrilege machine molem colũna parili celo descendente pstruit: lep; rosum mũdauit osculo: curauit oleo paralyticã: demones vicit: angelos vidit: futura p̃uidit. Uerũ hec quidẽ ceteraq; eiusmodi altissima q̃ fecit magnalia: q̃dni mirifica quedã vasa dixerim diuinis huius: auro grauia: gẽmis micãtia: pariterq; materia ⁊ ope preciosa? Noli in his saporẽ querere: sed mirare splendorem. Luceat in hmõi lucerna nr̃a: vt in lumine eius videam⁹ lumen: q̃s quidẽ purũ p; out in se est necdũ p̃uales intueri. Nõ em̃ est iste lux: sed vt testimoniũ phibeat de lumine: ⁊ appareat tibi interim gloriosus deus in scõ suo: dum non pores ad gloriã eius sicut est in seipso. Ceterũ ne putaueris ornatas quidẽ martini lãpades: sed vacuas inueniri: nõ est farina ẏgo: habet in vasis oleũ: habet vinũ in phialis: habet intra parapsides istas cibor; copiã: delitias vtiq; spirituales: vt nõ mõ videant et mirent: sed edant pauperes ⁊ saturent: atq; in illis quidẽ dñm laudent: p; o in hys viuãt cor; da cor;. Alioquin quõ mor; tui laudabũt te dñe? Ut ergo fit iocũda deco; atq; laudatio in ammiratione: etiã viuant ex imitatione: ⁊ vt aui; dius sumãt delitias: ipsas quoq; diuitias curiosius cõtẽplentur. Sic nimirũ inter splendorẽ ⁊ feruorẽ lucerne huius/vicarijs quibusdã affectib⁹ disserendũ: vt nobis alter ex altero cõmendet: ⁊ ex mutua collatione vterq; complacitio: fiat. Siquidẽ humilis fuit: ⁊ spũ paup iste martinus: sicut euidentissime ꝓbat effectus ipse diuine gratie: quã ꝓfecto tam multã: nisi multũ humili nõ dedisset. Ut tamen pauca virtutũ eius indicia p; omã: pauperẽ illũ spiritu beatus nouit hilarius: cũ imponere ei diaconatus officium tentans/nec p̃ualens q̃ indignũ sese vociferaret exorcistam cũ esse p̃cepit: in quo quidẽ locus iniurie videretur: sciens nimirũ q̃ humilioẽ ordinationes minime repudiaret. Pauper fuit: vestes; didus: crine inculus: facie despicabilis: q̃ quidẽ licet in electione ei⁹ a quibusdã maliuolis obiecta fuissent: ⁊ in ipso mõ epatu sicut scriptũ est penitus nõ mutauit. Deniq; q; vere pauper fuit spiritu martinus pauper ⁊ modicus meruit noiari. Audiẏo mãsuetudinẽ eius suo illo sulpitio fic scribente. Tantã aduersus oẽs iniurias patientiã assumpserat: vt cũ esset summ⁹ sacerdos impune etiã ab infimis clericis lederet. nec p; pter id/eos aut loco vnq̃ amouerit: aut a sua quantum in ipo fuit: charitate repulerit: q̃s quidẽ in bꝛcio manifeste ꝓbarũ: oẽs vos arbitro: meminisse. Eũ nempe ex oibus sibi successorem elegit: ⁊ de tanta post futura aduersitate p̃emonuit. Postremo in fide ⁊ lenitate ipsius sanctũ fecit illũ: ad cui⁹ os aures sue fuerant cũ respõderet homini qui de eo scisciabat. Si illũ delirũ queris: pspice eminus. Ecce celũ solito ficut amens respicit. Crebro siquidẽ homo dei: vtpote terrã despiciens celũ suspiciebat. Nẽpe sciebat ad hoc sese (vt. ꝝ. meminim⁹) rectã in corpore accepisse: se staturã: sciebat illic esse thesaurũ suũ: sciebat illic sedere in partis dextera xp̃m suum: sciebat nunq̃ sese donec illuc peueniret: q̃s desiderabat assecuturum. Unde ⁊ hoc ipm q̃ delirus vocabat in terra: merito nõ attendit: cui⁹ nimirus cõuersatio esset in celis: cui⁹ oculi in capite suo. Sane illuc etiã lachryme eius a maxilla ascendere ꝓsueuerant: quib⁹ sic abũdabat: vt soleret p; illor; quoq; qui obtrectatores sui videbant: flere peccatis. Sane quãtũ iusticiã eruerit eum in ceteris eius actib⁹: cum specialiter in idolatrie psecutione ꝓbarũ est: in templor; destructione: in statuar; dejectione: in succisione lucor;. Ubi se quoq; aliqñ nõ est veritus dare discrimini: vt occasio tanti criminis de medio tolleret. Nam misericordẽ cũ in paupere se experti saluator ipse apud angelos gl'iabat: datã sibi medietatẽ vestis ostentans. Unã nobis etiã miseris apud summũ iudicẽ: in cuius admirabile tabernaculũ introiuit: miaz illã exhibere dignet/qua ⁊ illos olim mor; ti destinatos; ⁊ tormentis varijs deputatos eripuit: p; o quib⁹ ante terreni iudicis iamã nocte media scribik iacuisse. Quõ em̃ nõ audiet eum nunc: qui tunc quoq; fecit audiri? Porro mundicias cor; dis eius illud vel maxime indicat: q̃ nõ est cõfusus inimico loquens in porta: nihil in me funeste reperies: abeas me finus recipit. Nam in opere pacifico: rũ feliciter plane cõsummans labores suos: licet dierũ suor; finem nõ ignoraret: clericos tñ adũr dissidentes: inter q̃s reformata pace: in pace ipse quieuit. Ceterũ pfecutores quas sustinuit ꝓpter iusticiã: longũ est numerare. Quõ apud Iulianus augustũ in ciuitate vuangionũ intrepidus: immo ⁊ illaro terror; e cõstatio: custodie mãcipatus est: vt inermis postero die barbaris opponeretur. Quõ circa alpes sub securi quã in vertice eius latro vibrabat: securissim⁹ fuit. Quõ illũ Mediolani auxentius arrianus grauiter insectatus: multisq; appetitũ iniurijs/tandem de ciuitate exturbauit. Quõ ⁊ alibi p; ius aduersus sacerdotũ pfidias acerrime pugnans supplicijs fuit affectus: publice virgis cesus: inde quoq; exire cõpulsus est. Quomõ ſtean in cuiusdã fani euersione: cũ gentilis eũ stricto gladio peteret: nudã cervicem p̃buit pcussuro: donec ille exrollens ad ictum dexterã/cecidit resupin⁹: quõ alter eum cultro ferire voluit: sed ferrũ de manib⁹ eius elapsum: repente disparuit. Pro quibus oĩbus dubiũ nõ est multipliciter coronari eũ: qui quidẽ etsi nõ semel effectu cõsummate passiõis: Iz totiens martyr: fuit affectu deuotissime volũtatis. Comedite iam amici ⁊ bibite: ⁊ inebriemini charissimi. Sic em̃ vinit: ⁊ in talibus vita spũs vestri. Nisi forte beatos p̃dicat sermo diuinus: qui mortuos suscitant: cecos illuminant: mor; bidos sanant: lepr; osos mũdant: paralyticos curant: demonibus imperant: futura p̃nũciant: miraculis coruscant: ⁊ nõ magis pauperes spũ: mites/lugentes/esurientes et sitientes iusticiã: misericordes/mũdicordes/pacificos/psecutionẽ ꝑpter iusticiã sustinẽtes. Ignoscite mihi fratres exemplũ obedientie paulomin⁹ p̃teritum: q̃s quidẽ vel sõlum in rta p̃cepti ordinẽ/in Martino quoq; nobis cõuenit exhiberi. Sane mor; a facim⁹: sed vt arbitror: bonum est nos hic esse: tardius ei hodie venim⁹ ad martinũ. Dñe inquit si adhuc populo tuo sum necessarius: nõ recuso labor; em: fiat volũtas tua. O vere sanctissimã aiam: o inestimabilem charitatẽ: o obedientiã singularem. Bonũ certamen certasti: cursum cõsummasti: fidem seruasti: de reliquo superest tibi cor; ona iusticie: quã redder tibi dñs hodie iustus iudex: ⁊ adhuc dicis/nõ recuso labor; em: fiat volũtas tua. Obtulisti plane ysaac vnicũ illũ quem diligis: q̃s in te est iugulasti: immolasti singulare gaudiũ tuũ pia deuotione: paratus redire iterũ in pericula: innouare certamina: denuo subire laborẽ: sustinere tribulationem: plongare tentationẽ: deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate et diu desiderata societate spirituũ beator; atq; in hac semotalitatis crumnas ab ipo introitu glie reuocari: postremo (q̃d maximũ est) a xp̃o tuo peregrinari diuinus: si mõ ipse voluisset. Nec sane dubiũ quin ampliorem gratiã meream; qui paratũ se exhibet etiã ante mandatũ: q̃ q̃ obedire satagit post mandatũ. Magna quidẽ obedientia vestra angeli sancti: sed q̃s dicere audeã pace vestra: nescio an inueniat in vobis quisq̃ parat⁹ in tale aliq̃n ministeriũ mitti: in quo necesse habeat nõ videre facie patris. Magnum est petre q̃ dñm secuturus oĩa reliquisti: sed audiui te in monte dicentẽ vbi trãsfiguratus est cor; a vobis. Dñe bonũ est nos hic esse: faciam⁹ hic tria tabernacula. Nõ est hoc: si adhuc populo tuo sum necessarius: nõ recuso laborem. Paratũ cor; nũ martine: paratũ cor; tuũ siue manere in corpore: siue dissolui ⁊ esse cũ xp̃o. Et magna quidez in hor; enda morte securitas: magna in visione xp̃i desiderãda: ⁊ tam feruẽter ac singulariter desideranda pfectio reperit: sed id quidẽ longe amplius per oẽm modum: q̃ qui mori nõ metuis: immo q̃ tanto desiderio p̃sentiã dñi cõcupiscis: viuere quoq; nõ renuis: ⁊ expectatione molestissima fatigari. In quo cũ alio non obedire potuerat: q̃ in hoc tãto articulo tam deuote clamabat: fiat voluntas mea! Hec ergo pars nr̃a sit fratres in ẓuinio hodierno: hãc no

Mat. xvij.

bis obedientiã in mensa pauperis: immo iam diuitis huius apositã diligenter cõsiderem⁹: sciẽtes q̃m ipa est q̃a nobis exigit: ipa quã oportet nos ꝓparare vt singuli q̃q; dicam⁹: q; paratus sum ⁊ nõ sum turbat⁹ vt custodiã mãdata tua. Nec mõ semel aut in parte: Iz paratũ cor; meũ deparatũ cor; meũ, paratũ ad vtrũq; ⁊ in nullo tuam p̃scribens dispositionẽ. Sf̃re hoc cupio ⁊ spãliter ⁊ vehementer: Iz ne q̃dem illud recuso: fiat fuerit volũtas in celo: fiat. Desidero requiẽ: Iz nõ recuso laborẽ: fiat volũtas tua.

℣ De serõ Clemẽte papa ⁊ martyre. De trib⁹ aĝs. Sermo.

℟ Preciosa in cõspectu dñi mors sanctor; ei⁹. Audiat pãtr̃: ⁊ irascat dentib⁹ suis fremat ⁊ tabescat. Deꝑhensus est in astutia sua: cecidit in foueã quã fecit: in laqueũ incidit quẽ retẽdit. Inuidia siquidẽ diaboli mors intrauit in or; bẽ terrarũ: Iz ecce preciosa facta est mors sanctor;. Audi igit hostis vite/mortis auct; r attẽde. Quid valet iam fraus tua: vsutia tua q̃d nocet? Immo vo vt plus doleas: etiã oĩa cooperant in bonũ his q̃ fm ꝓpositũ vocati sunt sancti. Neq; em̃ aliter q̃ ipsa/q̃ tui est opis: de te hodie beatus martyr: cui⁹ solẽnia celebram⁹: mor; te cor; por; is triũphauit. Fecit siquidẽ de necessitate virtutẽ: penã peti in meritũ glie cõmutauit: fidelem se ꝓbauit in modico: vt dign⁹ inueniret supra multa cõstitui. Modicũ nãq; erat ⁊ oĩno modicuz quicquid p̃ius acceperat aĩa illa beata: quantũ ad eam gloriã quam p̃senti promeruit passione.

℣ Dis em̃ delectatio hui⁹ mũdi/vniuersa eius glia: quicquid denicq; in eo cõcupiscit p; or; ius modicũ est: in illius felicitatis: in illius glorie/in illius bꝛitudinis cõparatione: si tamẽ vel modicũ dici debet: ⁊ nõ pori⁹ nihilũ: vapor; ad modicũ parens. Acceperat beat⁹ clemens nobile genus: amplas possessiones: hereditatẽ multã: scientiã quoq; q̃ plurimã: ita vt optim⁹ quidẽ illius tp̃is ꝓbus haberetur. Acceperat hec vniuersa a dño: dei em̃ dona sunt etiã hec. Sfidelem ergo se ꝓbauit ei qui dederat: cũ p; o eius amore vniuersa cõtempsit: oĩa detrimentũ faciens ⁊ arbitratus vt sterc or; a: vt lucrifaceret xp̃m. Sed forte murmurat etiã nunc inimicus: pellẽ inquiens p; o pelle: ⁊ oĩa q̃ habet homo dabit p; o aĩa sua. Quid ergo? Putas q̃ in ipsa cor; poris sui vita: quã accepit a dño: infidelis inueniatur: vt vel ipsam ꝓferat illi? Ecce habes potestatẽ: irrue in eũ per satellites meos vt coarcteur e duobus: aut a dño necesse habeas/aut a cor; pore separari. Uaria ⁊ immania exquire gẽra tormentor; sed noueris te marty⁹ i nro fabricare coronas. Sicut em̃ ipsa vite huius ornamenta ⁊ adiumenta cõtempsit: sic cõtempnit ⁊ ipsam: cor; pus offre tibi exponit in mor; tem: ⁊ in faciẽ maledicet tibi: atq; idola tua sacro or; e blasphemabit. dñm deũ suũ etiã inter tormenta tua libere p̃dicat: in igne cõfitet. Coronabik ergo q; legitime certauit: q; fideliter vicit: q; nec blandimẽtis vite huius: nec mor; tis hor; or; e a charitate xp̃i potuit separari. ℣ Dic queso nobis aĩa sancta: q̃ sic cor; pus tuũ supplicijs exponebas: obsecro: diligebas illud an nõ? Unde diligebã inquit: Nemo em̃ vnq̃ odio habuit carnem suã. Diligebã ergo eã: Iz parum diligebã: tamẽ q̃ ancillã: ⁊ multo magis diligebã dñm deũ. Utiq; ꝓbatio esset dilectionis/operis exhibitio: libenter ipsam quoq; p; o ei⁹ gloria mortem cor; poris amplectebar. Quid nos ad hec dicim⁹ fratres? Cõgratulamur martyri: sed iam gloria eius nõ sine nra cõfusione est. Ecce em̃ beatus clemens homo erat similis nobis passibilis: eadẽ circũdatus infirmitate: ⁊ carni sue eodem vinculo naturalis affectionis inherens. Si ergo ille sic glorificauit xp̃m in cor; pore suo: ⁊ calicẽ salutaris accepit: q̃d nos retribuimus dño p; o oĩbus que retribuit nobis? Eadem certe insignuit imagine: eodez sanguine nos redemit: ⁊ vocauit in eandem hereditatem incor; ruptibilẽ ⁊ incõtaminatam eternam cõseruatã in celis. Ut quid ergo nõ possumus ⁊ nos cum beato clemente xp̃i bibere calicem? Sed forte respõdent aliqui: possem⁹ si opportunitas nõ deesset; Iz ps curionis tempus cessauit. At ego fateor/nõ satis crediderim ita dicentibus. Quid em̃? Quotidie ceditis pueris/senibus vnius: et mucroni vos arbitramini posse resistere? In minimis ꝓbate ꝓficib⁹/q̃ viriliter in maiori certamine stare possitis. Ecce em̃ vobis nõ dicit: sacrificate idolis et viuite: aut si hoc non vultis: oportet vos diuersis supplicijs interire. Nouit dñs figmentũ nostrum: nec dat nobis tam forte certamen. Beato clementi certamẽ forte dedit vt vincere: ⁊ discreet: q̃m omniũ potentio: est sapientia.

que retro sunt obliuiscēs: ⁊ ad ea que ante sunt me extendens: desiderio ⁊ ꝓposito ꝓficiēdi: curatū me esse nō dubites. Neq; cū surgere poteras si nō aliquatenus onus esset alleuiatū: ⁊ nec grabatū tollere: nisi exonerat⁹ magio: q; nec ambulare seruore cōuersationis/cū peccatoz gramine molē possibile est. Propter qō fiducialiter iam postulare pōt q cuiusmodi est: tm̄ caueat ne forte aut postuler nō postulāda: aut minus postuler q̄ a deo sunt postulanda. Petitis ⁊ nō accipit (ait iacob⁹) eo q̄ male petatis: vtpote in cōcupiscētijs vestris. Sic agit ois q̄ terrena querit vltra necessitatē: qui mūdialē gloriā secta tur aut voluptatē. Tale est etiā qō solēt seculares hoies morte inimicoz in oratonib⁹ postulare: cereraq; similia que nō oportet. ¶ At vō tēporalia si defuerint: petenda quidē sunt: quantuz necessitas humana reqrit: sed iuxta beati gregorij sententiā: nō sunt hec nimiū requirenda. In quo genere etiā illa spūalia sunt sine quib⁹ nihil homi nus salus cōstare pōt: vt sermo scientie: gratia curationū: oiaq; de quib⁹ certū nō habemus q̄d expediat nobis: vtpote si te fatiget tētatio: supplicādū quidē pro ea vt auferatur a te: sed nō nimis obnixe: qm̄ in talibus meminisse semp oportet aplice illius sentētie: nos cm̄ q̄d oremus sicut oportet nescimus: ⁊ deo magis cōmittere q̄ temere aliq̄d apud nos definire. Hec autem sunt toto affectu/⁊ omni tēpore postulanda: hec sunt ꝑ quib⁹ incessanter/⁊ q̄ obnixe poterūt: ad deū clamēt desideria tua: vt habeas gratiā eius bonā: ⁊ placere possis in oculis pietatis ipsi⁹: ⁊ in eo viuas: ⁊ moriaris in ipso: vt gloriā ei⁹ videre: ⁊ ipso frui in perpetuū mereariis. De his em̄ dictū est: sine intermissione orate. Tm̄ ⁊ ꝓphera. Exāstuit (inq̄t) te facies mea: faciē tuā dne requirā. Et alibi. Una petij a dño: hāc requirā: vt inhabitē in domo dñi oibus diebus vite mee. Postro ad quartū genus oratōis: qō est grarū actio: perpaucos attingere credo: ⁊ quo rarius/eo pcio sius est. Multā em̄ pro⁹ sus gratiā inuenier apud deum: que intra ꝓmissionē suā/ exaudit anteq̄ inuocet: ⁊ resti moniū reddet spiritui ei⁹ spūs quē hz ex deo: qm̄ exaudi tū est desideriū eius: ita vt certus iam nō orare: sed grās agere possit. ¶ Sic em̄ habes in lazari resuscitatiōe: vbi dñs licet prius nihil orasset. Pater (inq̄t) gras ago tibi q: audisti me. Prima igitur. i. obsecratio/verecundo fiat affectu. Secūa quā ꝓpiie dixim⁹ orationē: affectu pure: vt videlz nō dissimulemus peccata: nō nos palpem⁹: sciētes q̄ sic quisq; inuenit gratiā apud deū: si inuētus fuerit durus iudex in semetipm. Tertia. i. postulatio/amplum querit affectū ⁊ fiducie latitudinē: sicut scriptū est. Postulet aūt in fide nihil hesitās. Credo em̄ ꝓpterea dictū: Quēcūq; locū calcauerit pes vester: vester erit: q̄ tantū impetrabimus: quātū porrexerim⁹ pedē fidei. Quarta q̄ est gratiarū actio: ipsa debet esse deuotiōe plenissima et delitijs affluēs. Jā vō de reuerētia oratōis i eo qō lectū est in capō ipsi⁹ regule: vos modo soliciramit autoritas: ex cui⁹ occasione/aliq̄ de oratione dicēda putam. Illud tm̄ breuiter dico: nōnullos vt arbitror: expiri interdū in oratione ariditatē ⁊ hebetudinē quādā mētis: vt solis orantes labijs nō satis artēdāt: neq; q̄d dicāt: neq; cui loquātur: p eo q̄ velut ex cōsuetudine quadā cū minus digna reuerētia ⁊ solicitudine accesserūt. ¶ Quid em̄ aliud cogitare debet frater intrās ad oratiōnē: q̄ ꝓpheticū illud Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei? Omnino si quidē oportet nos oīonis tpe curiaz intrare celestē: illā vtiq; curiā in qua rex regū stellaro sedet solio: circūdante immumerabili ⁊ ineffabili beatoz spiritū exercitu. Ubi ⁊ ipse q̄ viderat: q: malo nō numerū nō inuenit: milia (ait) milliū ministrabāt ei: ⁊ decies cētena milia assistebāt ei. Quāta ergo cū reuerētia: quāto timore: quanta illuc humilitate accedere debet a palude sua ꝓcedēs: ⁊ repens ranucula vilis? Quā tremebūdus q̄ supplex: q̄ denicq; humilis ⁊ solicitus ⁊ toto intentus animo manifestati gloriē in ꝓsentia angeloz in cōcilio sūctoz ⁊ cōgregatione/assistere poterit miser homūtio? In cunctis igitur actionibus nostris/multa opus est animi vigilantia: sed ꝑcipue in oratione. Crenim sicut in regula nostra legimus: licz hora omni ⁊ omni loco oculi dñi supnos speculent: maxime tm̄ in oone. Licz em̄ semp videamur: sed nūc etiā ꝑsentamus ⁊ ostēdim⁹ nos q̄si facie ad faciē cū deo loquētes. Porro q̄uis vbiq; sit deus: in celo tm̄ oratus est: ibiq; orationis tēpore cogitandus: vt mens nostra nō oratorij tecto: nō aeris spacio: nō ipsa re tardet nubiū densitate: iuxta eā formā que nobis a christo tradita est vbi ait: Sic orabitis. Pater noster q̄ es in celis. Celū em̄ quadā prerogatiua etiā sedes siue thron⁹ dei vocat: quia ad eā cōparationē/qua deū in celis angeli sancti et electoz anime vident: nos miseri ⁊ peregrini super terrā: vix solum nomen habere videmur. Sic igit oret qui orat tanq̄ assumptus ⁊ presentatus ei qui sedet super excelsum thronū in angelis qui minime ceciderūt: ⁊ eleuatū in hominibus quos suscitauit de pulvere in opes: ⁊ erexit de stercore pauperes: sic inquā semetipsum consideret: ⁊ sic attēdat tanq̄ presentatū dño maiestatis vt dicat cū abraam. Loquar ad dñm meū cū sim pulvis ⁊ cinis. Et quia tuo precepto cōmonitus: tua institutione formatus: id presumo dne fons pietatis.

¶ Quomodo voluntas nostra diuine voluntati tripliciter subijci debeat. Sermo.

Audistis nunc ex regula nostra fratres de humilitate sententiā cui ego qtiēs legi: toto animo intērosvos esse volo. Infipies est em̄ ⁊ insanus q̄cūq; in alijs vite meritis: quicūq; in alia regione seu sapiētia: nisi in sola humilitate cōfidit. Apud dñm fratres ius habere nō possumus: qm̄ in multis offendimus oēs: ſz nec fallere eū: ipse em̄ nouit abscōdita cordis: quāto magis opera manifesta: vtiq; nec resistere viribus: qm̄ omnipotēs est. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mente cōfugere: ⁊ quicq̄d in alijs minus habemus de ea supplere? Sed o mira vanitas: o mira fatuitas cordis nostri: cuius clatione perfecte repimere: cui⁹ cerusicosos motus omnino domare humilitatis materia tanta non sufficit quin supbiat adhuc terra ⁊ cinis. ¶ Porro tot⁹ humilitatis summa in eo videt cōsistere: si voluntas nostra diuine (vt dignū est) subiecta fit volūtati: sicut ait ꝓpheta. Nōne deo subiecta erit alia mea? Scio quidē creaturā oēm velit nolit subiectā esse creatori. Sed a creatura rationali volūtaria subiectio queritur: vt voluntarie sacrificet dño: ⁊ cōfiteatur nomini eius: nō quia terribile ⁊ sanctū: nō quia omnipotēs: sed q̄buoz est. ¶ At vō subiectionē istā triplicē esse necesse est: vt qō certum est deū velle: id nos velimus oīno: ⁊ qō certū est eū nolle: similiter erecremur ⁊ nos. Dō aūt incertū est vtrū velit aut nolit: neq; velimus ex toto: neq; penitus non velimus. Hic certe fratres in hoc medio totū periculū est religiosoz: dū infeliciter blādimur nobis: ⁊ palpātes seducimus nosmetipsos. Huic accedit vt dissimulem⁹ domini querere voluntatē: dum et nostraz facere: ⁊ aliquam de ignoratia habere volumus excusationē. Quis em̄ est ille tam infelix monachus: qui id nolle audeat quod certo est deum velle: aut quod certus est eū nolle id velle presumat? Sed in medio periculū est his qui iam egressi de seculo: in loco cōuersionis habitāt/tanq̄ in paradiso voluptatis: sicut in medio paradisi lignū trāsgressionis positū erat: in quo preuaricari sunt parentes primi: lignum sciētie boni ⁊ mali: non tm̄ boni vel mali solius: sed boni ⁊ mali. ¶ Propterea rogo vos fratres diligenter attendite: q: nihil mihi occurrit: qō vtili⁹ possitis audire. Ubi certa est dei volūtas: omnino nostra sequatur: in his videlz de quibus certum aliquid in scripturis inuenimus: aut ipse spiritus manifeste clamat in cordib⁹ nostris q̄d

sentiendū sit: vt est charitas/humilitas/castitas/obediētia. Hec approbemus indubitāter ⁊ appetamus: q̄ placere deo scimus indubitāter. Sed ⁊ ea oīmodis odisse debemus: de quib⁹ certū est q̄ oderit ea deus: vt est apostasia/fornicatio/iniq̄tas/impatiēria. In his vō rebus/de quib⁹ nihil certi possumus inuenire: nihil certū voluntas nostra definiat: pēdeat inter vtrūq; aut saltē neutri parti nimis inhereat: cogitās semp ne forte altera pars deo magis placeat: ⁊ parati simus voluntatē eius sequi in quācūq; partē eā cognouerim⁹ inclinari. Nemo sup his q̄ certa sunt hesiter: nemo dubia p certis admittat: nemo sibi in dubijs iudiciū vēdicet/pcipitet ve sentētia: ⁊ experiemur qō scriptū est. Pax multa diligētib⁹ legem tuā dne: ⁊ nō est illis scādalū. Tm̄ em̄ sunt scādala: vnde turbatio: nisi q̄ ꝓpriā sequimur voluntatē: ⁊ temere qō volum⁹ in corde nostro definiētes: si quō id ꝓhiberi cōtingat aut impediri: continuo etiā in impatiētiā/in murmuratiōnē/in scādalū ꝓni summus: nō attendentes qm̄ oīa cooperant in bonū his qui sm̄ ꝓpositū vocati sunt sancti: ⁊ q̄ nobis casus videt: sermo quidē dei est: suā nobis indicās voluntatē: At quicūq; nihil certū de hmōi in corde posuerit: in quācūq; partē postea cōuertat: scādalizari nō poterit. Aut si qs facere cogitat vñ mandatum certū nō habet: si voluntatē suā suspēlaz tenuerit donec prelatū interroget: ⁊ ab eo querat dñi voluntatē cui vice ipsius obedit: nō turbabit quicquid ei precipiat: qm̄ lum. Porro qō dixi voluntatē suspēlam teneat: aut volūtatem suā diuine subijciat volūtati: nō de cōcupiscentijs desiderioz: nō de affectionib⁹ dico. Illud em̄ impossibile est: dū adhuc in hoc peccati corpore: in hoc corpore mortis aia detinetur. Quid em̄ esset aliud q̄ vita eterna tota affectione diuinā in oibus sequi voluntatē. Sed consensum nostrū necesse est diuine subijcere volūtati: si pacez eternā: ⁊ pacē desideramus habere ꝑpetē: sicut scriptuz est. Pacē meā do vobis: pacē relinquo vobis. Dñe (ait ꝓpheta) in lumine vultus tui ambulabūt: ⁊ in nōie tuo exultabūt tota die. Alius em̄ ambulat in lumine vultus sui solicitus facere suā voluntatē: et beneplacitū cordis sui cōsiderans. Alius ambulat in lumine vultus humani in eo semper intētus quid hoibus placeat: quid mūdus in dicet: de quo die ꝓpheta loquit: Diē hoīs nō cōcupisti: dne tu scis. Contritio ⁊ infelicitas in vijs eoz: ⁊ viam pacis nō cognouerūt: nō est timor dei ante oculos eorum. Nam qui timore dei semp habet p se oculis: vie eius vie pulchre: ⁊ oēs semite eius pacifice. Uenite ad me (inq̄t) omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiam vos quos vestre seu aliene volūtatis dura premit seruitus: ⁊ inuenietis requiē animab⁹ vestris. Jugū em̄ meū suaue est ⁊ onus meū leue. Quāto em̄ benignior ⁊ dulcior: est diuina clemētia quolibet homine: tanto suauius esse manifestū est iugū eius ceteris oibus. ¶ Propterea hoies sibijpsis: aut alijs hominib⁹ placere studētes cōfusi sunt ces quomodo tuam faciant voluntarem: ⁊ toto corde cōtendentes placere tibi: nūc quidem in nomine tuo exultabunt: ⁊ nō erit illis scandalum. Demū in iustitia tua exultabunt: quādo exuentes infirmitates suas: ⁊ intrātes potentias dñi/memorabuntur iustitie tue solius: vt eaz tunc teneāt sine labore: quā modo sequi laborāt.

¶ Contra pessimū vitium ingratitudinis. Sermo.

Magna ē super nos dilectissimi: magna valde miserico:dia dei nostri: quos tam ineffabili spūs sui virtute tam ineestimabili dono gratie sue eripuit a vana nostra cōuersationis huius seculi: in quo eramus alienati ⁊ tanq̄ sine deo: aut certe (qō execrabilius est) etiā contra deū: nō ignorantiā habētes: sed cōtemptū: cuius vite aut potius mortis (anima em̄ que peccauerat ipsa mo riebatur) vtinam frequēter in oculis cordis nostri terra versetur imago: quanta videlz cecitas: quanta peruersitas illa fuerit vt sedula meditatiōe pēsantes miserie pondus: etsi nō tam pfecte sicut est: aliquatenus tm̄ estimare possimus liberatricis misericordie quātitatē. Jam vō si quis ex vobis diligēter cōsiderare nō negligat: nō modo vñ erumnas: sed vbi sit cōstitutus: non solū quid euaserit: sed ⁊ quid acceperit: nō tantū vñ reuocatus sit: sed etiaz quo vocatus: inueniet sine dubio/cumulū huius miserie cordie oīno mēsure ptioris excedere quātitatē. Neq; em̄ fecit taliter omni nationi: vt nō solū iudicia: sed ⁊ cōsilia sua manifestaret eis: ſz oīno magnificauit facere nobiscū: nō solū in seruos assumēs: sed eligēs in amicos. Neq; em̄ nos elegim⁹ eū: ſz ipse elegit nos: ⁊ posuit nos vt eamus: ⁊ fructū afferam⁹. fructū iquā nō solū nō perēptoriū: qō ad iudiciū ptinēs/notū sit etiā seruis: ſz nec periturū quidem: qō de consilio est ⁊ reuelat amicis. In hoc siquidē positi sum⁹: vt nō petō seruiam⁹: ipse em̄ est perē ptor labor: nec seculo q̄s quēadmodū hi q̄s videm⁹ subditos curis terrenis: etsi nō culpis: corporalib⁹ officijs: etsi nō flagitijs implicatos: ⁊ in ea q̄ preterit huius mūdi figura: p sua suoruq; ꝑsenti sustētatione laborātes: quoz vtiq; labor: etsi nō ad dānationē: minime tm̄ ptinet ad salutē: ita vt etsi cōseruauerint fundamētū: detrimentū tm̄ patiant: pereūtibus q̄ supedificauerāt: ipsi vō salui sint: sic tm̄ quasi per ignē. Nobis aūt quid dr? Quō cōsiliū dat amicis? Operamini nō cibū qui perit: sed qui pmanet in vitā eternā. Nec cessamus ab operādo hoc cibo etiā cum terremis forte occupamur operib⁹: aut obediētia dictante aut fraterne charitatis intuitu: qm̄ dissimilis nobis intētio est ab his quoz laborē periturū esse prediximus. Dissimili proinde radice inhereās labor similis non similiter habet perire: qm̄ radicatus est in ea que nunq̄ perit eternitate. Deniq; si forte nō quidē illicita: nec tm̄ expedientia sectates/proinde forsitan fornicatione relicta: stetissemus in cōiugij castitate: nō capiētes qō de celibi vita datū nouimus esse cōsiliū: sed a rapinis ⁊ fraudib⁹ abstinētes/licite ꝓpriis rebus vteremur: necdum tamē ad perfectionē euāgelicā attingētes: sicut scriptū est. Si vis ꝑfectus esse: vade ⁊ vende oīa que habes: ⁊ veni sequere me ⁊c. hocipsum quāte pietatis esset: si a tantis crimīnib⁹ in quibus multi ex vobis inuoluti: solū in se respōsum moretis: ⁊ iudiciū certe dānationis haberēt: datū esset vel in inferioi aliquo respirare gradu? Prodigus certe filius ad filioz numerū alpirare timebat: beatū se reputans si forte vel in mercēnarioz numero recipi mereretur: minime tm̄ sufficere potuit paterne pietati: nisi tam copiosam ei misericordiā exhiberet: cui posset ⁊ ipse q̄ nunq̄ a patre discesserat senio: filius inuidere. Sic ⁊ nos dilectissimi abundanter effusa sup nos misericordia dei nostri/de filijs ire ⁊ diffidēre nō solū in electoz recepit numerū: sed vocauit ad collegiū ꝑfectoz: Nā etsi forte aliquoz negligētia ad perfectionē nō assurgit: ipsi viderint q̄d excusationis possint afferre: qm̄ apostolicā oēs nos vitā ꝓfessi sum⁹: apostolice ꝓfessionis noīa dedimus vniuersi. Dō sane nō de ea gloriā sanctitatis dixerim: quā nō sibi tantū: ſz vniuerso orbi suscipere meruerūt: sicut scriptū est. Suscipiant montes pacē populo: ⁊ colles iusticiā: sed de cuius potius ꝓfessione qua ꝓo oībus petrus loquit dices: Ecce nos reliquimus oīa ⁊ secuti sumus te. ¶ Sed iam omnino mouet fratres me: quid sibi velit: q: minus ergo nos liberalis nūc diuina clemētia videat: vt quib⁹ tanta cōtulit nō rogātibus: nō desiderātibus, immo ⁊ forsan recusantib⁹: nūc oratib⁹/obsecrātib⁹/postulantib⁹ sepissime: immo ptinue/ videatur multa minora negare. Quid em̄ putamus charissimi? Abbreuiata est manus dñi: an forte thesauri gre defecerūt? Quid inquā puram⁹? vtrū voluntas mutata sit: an immutata facultas? Neutrū sane de eo estimare licet: neutrū fas est credere de oipotēti ⁊ immutabili maiestate. Quid sibi vult ergo q̄ incessanter oratēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

ij. cor. xij

obsecrātes/postulātes/nō eraudit: quibus tantā et tam gratuitā misericordiā prerogauit? Nā si respōdeat ꝗs ꝙd ipsi paulo respōsum est: sufficere nobis gratiā dei: plane oīno fallitur: cui pro ea ꝙmaxime vniuerse orationes/obsecrationes/⁊ postulatiōes nostre fiāt: ne ambulemus in magnis: aut in mirabilib⁹ sup nos: orātes nobis dare humilitatē quantā decet: nō dico sanctos: sed monachos peccatores: obsecrātes patientiā nobis tribui: quāta nō dico sūt in aliquibus inuēta est: sed ꝓfessioni nostre necessaria est: postulātes charitatē quantā nō dico angelis: sed patribus qui fuere hoīes similes nobis passibiles: etiā ⁊ pctōres diuino munere collatā agnouim⁹ ex testimonio scripturarū. ¶ De generatiōi huic misere ab impfectiōe sua: cui sufficere videt insufficientia: immo inopia tanta. Quis em̄ ad ꝓfectionē illā: quā scripture tradūt: vel aspirare videt? Nō sine causa sane: cū sint nobis eadē cū patribus cōuersationis initia: disparvalde cōuersatiōis ꝓfectus inuenit: adeo vt cū eos ꝓfecisse de die in diē/⁊ cursus cō summasse legamus: apud nos magn⁹ estimaret: si ꝙ vel ipsa cōuersionis sue primordia cōseruaret vt nō minus humilis aut timorat⁹: nō minus solicit⁹ ⁊ circūspect⁹: nō minus feruēs spū: nō minus patiēs ac māsuetus in medio/ꝙ in initiō videret. Quātos em̄ videm⁹ ꝙsi oblitos sui/⁊ peccatorū suorū: dei ꝙs ⁊ bñficiorū eius īmemores: sic non redimere: sed amittere tēpus: vt de moribus affectionib⁹ suis vix vltima apud ipsos mētio fiat. Quid istos aliud agere dixerim: qui scurrilitates: detractiones: iactātie et impatiētie verba nō reputāt: facile cōrristant proximos: immo spiritū dei ꝙ in eis est: pusillorū scandala parui pendunt ad increpationē aliorū: aut negligētia quadā dormitare vident: aut iracūdie facib⁹ inflammant: ⁊ cū his ꝙsi gens que fecerit iusticiam: accedunt libere ad ecclesiam psallunt cū alijs: sed nō spiritu/neq; mente: orationis tē pore nescio quas ineptias meditant: et ne ipso quidē tremendo angelis/participare verent dīci corporis sacramēto. Quid inquā istos aliud agere dixerim/ꝙ securos iam de gratia dñi sui: fiducialiter de ea quā longo tēpore promerueriūt: familiaritate presumere? Hoc nēpe est ꝙd vulgari puerbio dic⁹: ¶familiaris dīs/fatuū nutrit seruū.
ꝑlal. xxxviij. Sed vbi est dilectissimi ꝙd toties canitis. Cū aduena ego sum apud te/et peregrinus sicut omnes patres mei. Heu heu nō inuenit qui redeat ⁊ agat gratias deo: nisi b alienigena. Nōne decem mundati sunt: ⁊ nouē vbi sunt:
Zu. xvij. ¶Meministis credo ꝙba saluatoris hec esse: nouē illos ingratitudinē arguentis. Bene siquidē orasse/obsecrasse/postulasse/legunt: qui leuauerūt vocē dicētes. Iesu fili dauid miserere nobis. Sed defuit eis quarta: quā adiecit ap̄s: gratiarum actio: qñ nec redierūt: nec egerūt grās deo. ¶ Multos ꝙs videmus vsq; hodie satis importune petētes ꝙd sibi deesse cognouerint: sed paucos admodū nouimus: qui dignas super acceptis bñficijs grās agere videant. Nec rep̄hēsibile ꝙ instanter petimus: sed plane petitioni negat effectū/ꝙ inueniūtur ingrati. Et forte hoc etiā clemētia esse videt: ingratis negare ꝙd postulāt ne cōtingat nobis vt tāto grauius de ingratitudine iudicemur: quāto magis accumulatis bñficijs ingrati ꝓbamur extitisse. Ergo misericordie res est in hac parte subtrahere misericordiā: quēadmodū ire ⁊ indignatiōis misericordiā exhibere: ea sane de qua per ꝓphetā ipse ꝑ misericordiarū loquit dicēs: ¶Miserear⁹ ipio ⁊ nō discet
esa. xxvj. facere iusticiā. Quā multos em̄ videmus ⁊ plāgim⁹ fratres: qui dūmodo maneat habit⁹ ⁊ tōsura: salua sibi oīa arbitrātur: nō cōsiderātes miseri quēadmodū ingratitudinis vermis interiora corrodens: ob hoc tm̄ coticē quē vident trāsformare dissimulēr: ne forte recogitēt ⁊ erubescant ipsaq; verecūdia emēdētur. Qui sic interdū in nōnullis cōsumpta esse interiora vniuersa presumit: vt non vereatur ad ea ꝙ foris apparēt: venenatū ducere caput: nisi forte quos videmus manifeste apostatare a deo repēte fieri pessimos arbitramur: et nō magis paulatim defecisse: cū comederint alieni robur eorum et nesciēte. Vides ergo nō omnib⁹ prodesse/ꝙ a lepra secularis conuersationis: cui⁹ peccata manifesta sunt em̄ūdānt: sed nō nullis peius in occulto ingratitudinis vlcus oriri: ꝙd tāto periculosius sit: quāto interius. Et bene saluator: hinc in euāgelio/nouē illos vbi sunt querit: qm̄ lōge est a pec
Zu. xvij. catore ib⁹ salus: Sic em̄ ⁊ primū hominē post peccatū/vbi sit interrogat: ⁊ in iudicio nescire se ꝓfitebit operarios ini
ꝑlal. j. quitatis: cū legamus in psalmo. Qm̄ nouit dīs viā iustorum: ⁊ iter impiorū peribit. Nec sine causa in nouenario inuēti sunt: qui nō redeūt ad saluatorē: in quo nimirū numero quaternario quinarius iūgitur: ⁊ est nō bona mixtio cognoscere sensualitatis ⁊ euāgelice traditionis. Nō tūc fieri soleret: cū sic volumus q̄tuor euāgelijs obedire: vt q̄nq; corpis sensus pariter oblectare velimus. ¶ Felix autē samaritanus ille qui cognouit se nihil habere qd nō accepisset: idcirco seruauit depositū: ⁊ cuius gratiarum actione ad dīm est reuersus. ¶ Felix qui ad singula dona gratie/redit ad eū/in quo est plenitudo omniū gratiarū cui dū nos pro acceptis nō ingratos exhibemus: locū in nobis facimus gratie vt maiora adhuc accipere mereamur. Omnino em̄ sola nos a ꝓfectu cōuersationis impedit ingratitudo nostra: dū quodāmodo amissuz reputās dator qd ingrat⁹ accepit: cauet sibi de cetero ne tāto plura amitteret: quāto plura cōferret ingrato. ¶ Felix, pinde ꝙ se alienigenā reputās: etiā pro ꝙbusq; minimis bñficijs nō minimas refert grates: gratuitū esse nō dubitās/neq; dissimulās ꝙd alieno impēdit ⁊ ignoto. Nos aūt miseri ⁊ miserabiles cū in initio adhuc alienos nos estimamus timorati satis: satis deuoti ⁊ humiles inueniūtur: tā facile postmodū oblīuiscimur/ꝙ gratuitū sit quicqd accepimus: ⁊ ꝓsumētes nō bene ꝙsi de familiaritate dei neq; ꝙ
mich. vij aduertimus ꝙd mereamur audire: qm̄ inimici dñi domestici eius? Tanto em̄ facilius nūc offendimur eū: quanto
Mat. x. gratuitus ꝙd a nobis cōmittunt iudicāda nouerim⁹ esse cū in psalmo legamus: qm̄ si inimicus me⁹ maledixisset
pā. liij. mihi: sustinuissem vtiq;. Obsecro itaq; fratres mei humiliemur magis ac magis sub potēti manu dei: ⁊ ab hoc tā maximo/tā nequissimo vitio ingratitudinis longe fieri studeamus: vt tota deuotiōe i gratiarū actiōe versantes: cōsiliemus nobis gratiā dei nostri ꝙ sola pōt saluare animas nostras. Nec verbo tm̄ vel lingua: sed opere ⁊ veritate exhibeamus nos gratos: qi gratiarū actionē magis ꝙ dictionē a nobis exigit dator: gratiarū dīs de⁹ noster: qui est benedictus in secula. Amen.

¶ De eo ꝙd legitur in Job cap̄. v. In sex tribulationib⁹ liberabit te: ⁊ in septima nō tanget te malū. Sermo.

Ignum valde est ⁊ omnino exigit ratio equitatis: vt quibus a cōstitutione mūdi/regnū parat: ipsi etiā se regno parare nō negligāt: ne parato regno/inueniant⁹ forsitan qui regnaturi fuerant imparati.
mat. xxij. Sic em̄ legimus de cena quadā: dicēte dīo: qm̄ quidē cena parata est: sed ꝙ vocati erāt nō fuerūt digni. Querim⁹ ergo quēadmodū regno parato: parari debeāt reges futuri. Et si pie q̄rimus: cū ꝓphetā vtiq; dicere nō audem⁹
pō. xiiij. Dñe ꝙs habitabit in tabernaculo tuo: aut ꝙs requiescet in mōte sancto tuo? Qui ingredit (inq̄t) sine macula. Sed hec inquies/ꝓparatio soli christo cōuenire videt. Nemo em̄ cetero⁹ oīm mūdus a sordē: nec infans cuius est vita vnius diei sup terrā. Itaq; solus intrabit: ꝙ solus agnus est sine macula: solus argui nō potuit de peccato: ꝙd nō ab eo factū est: nec in eo inuentū. Solus plane summus pontifex meus: nec in patre: nec in matre cōtaminat⁹ est vt lex dicit: patrē quippe sed deū: matrē quoq; sed virginē habens: vnde ⁊ solus ingreditur sanctasancto⁹. ⁊ nemo ascendit in celū: nisi qui descēdit de celo filius hominis qui est in celo. ¶ Quid ergo nos? Ita ne continuo desperabimus? Immo vo sperabimus: et hinc maxime.
Licz em̄ solus:

Licet em̄ solus: sed profecto totus intrabit: ⁊ os nō cōmiuetur ex eo: nō sine mēbris caput inuenit in regno: si tamen mēbra fuerint cōformia sibi: ⁊ coherentia capiti suo. Cōformia sane moribus: coherentia fide. Habet em̄ cōformationem quārū potest: habet ⁊ coherentiā: ipsa etiā minor: etas: dum ⁊ similitudini mortis eius/merſione illa triplici complātatur: ⁊ fidem in inuolucro quodā recipit/ꝙ necdū capax fit euolute. Benignus est nimirum spūs sapientie: ⁊ quem traducta culpa ligauerat: indulta iusticia soluit. Sed nō ita deinceps liberabit maledictus a labijs suis. Volūtarie em̄ peccanti post agnitā gratiā/nō relinquitur hostia ꝓ peccato. ¶ Sed neq; sic liberabit a suis: quō ab alienis labijs maledictū. Maledictio fratres gravis est macula: ⁊ scim⁹ qm̄ nō ꝙ intrat in os: coinquinat hoīem: sed ꝙd de ore egredit. Inde ergo macula: inde maledictio a labijs suis: sed nō semp a ꝓprijs. Neq; em̄ de corpore vel corde ꝓprio originalis in paruulū culpa ꝓcedit: cui nō modo cōsensus: sed ne vllus quidem interim pōt sensus esse peccati. Quomō tamē maledictū a labijs suis nō liberat spūs: aut volūtarie peccātibus nō relinquitur hostia: nisi q: nō illi denuo crucifigit christus: nec cōplantatur iterū similitudini mortis eius ꝓ baptismū? Propria iam ab eo lachrymarū vnda exigitur: ꝓprijs baiulare crucem: ꝓprie mortificare membra: ⁊ ꝓprijs immolare hostiam necesse est. Sine causa aliter diceret: credo ꝓprijs labijs exꝑietur oportet ꝓpriore maledictio labiorū: ꝙ multas em̄ tribulationes in regnū dei intrare necesse est: ⁊ nemo nisi ꝑ tribulatiōes ingredit: aut ꝓprias aut alienas
Act. xiiij ¶ Sola nimirū secūdi adē tribulatio purgat: quos cōtaminauit offensio sola prioris: non ꝙ ꝓpria cuiꝙ sufficere possit satisfactio. Quid em̄ est vniuersa penitentia nostra nisi ꝙ si nō cōpatimur: omnino nō possumus cōregnare? Quod em̄ in nobis minus est ipse suppler: modicū tamē illud quodcūq; nostrū est: nō patit reseruari. ¶ Dō si fides cohertia sine morū cōformitate nequaq; saluat adultos: longe minus saluare poterūt opera sine fide. Facile em̄ membrū inherens capiti: si deforme est: reformat: ꝙ dissimile quālibet simile copulat. Et ipm tamen ꝙ deformē est: aut cōforme fieri imagini filij sui ⁊ capitis sui: aut certe tandem auelli ab eo: necesse est anathema esse a christo: ne in illa plenitudine corporis eius inueniat quippiā indecorū. ¶ Ubi ergo macula, ꝓprias: ꝓprias quoq; purgatio iure requirit: ⁊ si contaminatio multiplex: opus est etiā tribulatione multiplici. Vbi em̄ tribulatio: nisi dū resistitur cōtaminationi: cōcupiscētie repugnat? Quid vo in hoīe purū ab hac macula: immune ab hoc ꝓtagio poterit inueniri? Abimus manat: de corde exit pestiferū virus: ac dein ceps corpus occupat vniuersum: mentem defideriis accēdit: membra illecebris inficit. Inde puritus auriū: oculorum pernitia. inde olfaciendi voluptas: inde in fauces tam inordinata delectatio: inde in vniuerso corpore mollicies sensus ⁊ libido pniciosa tangendi: inde intus in aia ebrietas illa desiderioꝝ ⁊ fomax quedam ambitionis/auaricie/inuidie/cōtumacie/nequicie: ⁊ oīm denicq vitiorum affectib⁹ vehementer accensa. Quot em̄ corpus illecebras: quot oblectamenta mūdus habere videt: tot patitur tribulatiōes: tot sustinet tentatiōes vir iustus. Et quēadmodū ambulans quis in carne: sensuū voluptate delectatur: ⁊ delitias cōputat esse sub sentib⁹: sic ⁊ ois ꝙ in spū seminare desiderat: spinas ⁊ tribulos quos ꝓpria terra ex maledicto vtiq; germinat: porro eradicare ꝙ ꝓpagare cōtendit: q̄ppe qui cōuertit in crūna sua quotiens cōsigitur spina. ¶ Huic ergo tam multiformie pesti p singula quecq; resistere/ꝙ multiplex tribulatio? A planta pedis vsq; ad verticem nō est sanitas: in me totū infecit cōcupiscētia: lex peccati in membris oībus inuenit: vndiq; per fenestras moris intrare cōendit: ⁊ intus fomes totius nequicie periculosius seuit: crudelius malignat. Minime tm̄ in hac tā multiplici lucra deficiendū: aut desperatione cedendū est Licet em̄ abundent tribulationes ꝓ xꝓo: sed abundant et cōsolationes per ipsum. Denich audi cōsolationes. Peccatū in fores est: nisi ipse aperias nō intrabit. Apperit⁹ in corde p: urit: sed sub te estanisi spōte cesseris nil nocebit. Audi cōsolationē. Cōsensum cohibe ne ꝓtenalcant hec: et immaculatus eris: vt sine macula ingrediaris ⁊ ipe: ad habitandū in tabernaculo ⁊ requiescendū in monte sctō dñi dei tui. Si tui nō fuerint dīsari: nunc immaculat⁹ eris: ⁊ emūdaberis a delicto maximo. ¶ Maximū plane delictū ꝙd
ff Job. v. interior: em̄ ⁊ exterior: em̄ hoīem occupat vniuersum. Audi adhuc cōsolationē. In sex (inq̄t) tribulatiōib⁹ liberaberis
Exo. xxx. ⁊ in septima nō tāget te malū. Si puer hebr⁹: ⁊ sex annis seruiens liber egredieris in septimo. Sex tibi tribulationes sunt cōtra desideria cordis: ⁊ q̄nq; partita sensualitatis corporee voluptatē: sz in his sex liberaberis: a septima nō quidē ne veniat: sz ne ledat: ne nocet: ne tangat te malū. Veniet quidē mors: sed em̄ est septima tribulatio: sed somn⁹ eius dilectis dñi: ⁊ ecce hereditas ei⁹. Erit ianua vite: erit initiū refrigerij: erit scīs illi⁹ mōtis scala ⁊ ingressus in locū tabernaculi admirabilis: qd fixit de⁹ ⁊ nō hō. In septima itaq; nō tanget te malū. ¶ Malū vtiq; triplex qd
B eos manet in septima q̄ in sex tribulationib⁹ dissimulant ꝓfecte interim liberari: nec in sex hydrijs purificanf ad liquidū: vt exhibeanf in nuptijs sponsi nō habētes maculā neq; rugā. Monet em̄ eos hor: os: in exitu: dolor in transitu: pudor in cōspectu gl'ie magni dei. ¶ Un nobis ista dissimulatio est fratres mei? Un hec tam pniciosa repiditas: vn hec securitas maledicta? Quid seducimus miseri nosmetipsos: ꝑsorisitā iam diuites facti sum⁹: forsitan iā regnamus. Nonne ostiū domus nostre horribiles spūs illi obsident? Nōne exitū nostrū laruales ille facies prestolant?
Quis ille pauor: erit: o aia mea/ cū dimissis oib⁹ quoūq; ti
more bi est tam iocunda presentia: tam gratus aspectus: cohabitatio ipsa tam familiaris: sola ingredies incognitā regionem penitus: occurrantia tibi cateruatim ruere teterrima illa mōstra videbis? Quis nbi in die tante necessitatis occurret? Quis tuebit a rugientib⁹ ꝓparatis ad escam: qs cōsolabit: qs deducet? ¶ Filioli mei memoremur hec nouissima nra ne peccem⁹. Nam ⁊ per ignez nobis transcundū est: et vniuscuiusq; opus quale sit: ignis ꝓbabit. Ibi enim aurū nostrū verret in scoriā: ibi reuelabit vniuersa impuritas: ibi veritas ipa accepto tpe qd nobis interim datum contemnim⁹: iusticias iudicabit. Quid vo illic oēs iusticie nostre: nisi pannus mēstruate reputabunt? Quicqd nūc parumpendendo transim⁹: palpando tegim⁹: dissimulādo negligimus: quāto illic cruciatu vinder flamma cōsumet? Utinā magis nunc daret quis capiti meo aquas: ⁊ oculis meis fontem lachrymarū. forte em̄ nō reperiret ignis exurens/qd interim fluēs lachryma dilueret. Jam vero post ignem illū puras residuū aliquid inueniet in nobis? Aut tantū erit vt audeam⁹ illud vultui mai estatis offerre: aut eius fiscastare cōspectui? Quis ille pudor: erit: que vel confusio: post tanta beneficia: tam tepidos: tam impfectos: tam vacuos apparere ante faciem dei nostri? ¶ Fugiebat
Gen. iij. adam vt absconderetur ab eo: post vnius vtiq; pomi vetiti gustū: qd nos post tanta flagitia: post tanta facinora presumemus? Quādo ab hac ꝓfusione purgabit oculus cordis: cui nunc operā dare negligim⁹: vt ir reuerberata acie
pō. lxvij. veri illius solis radios valeat intueri? Sicut fluit cera a facie ignis: sic peribunt peccatores a facie dei. Ingrediatur vtiq; purredo in ossib⁹ meis: ⁊ subiter me scateat: vt requiescam in die tribulationis huius septime: ⁊ in ea nō tangat me malū. Malum hoc tripler: horror is/doloris/⁊ pudoris. ¶ Felix siquidem aia: que fiducialiter in inimicis suis loquetur in porta. Quid hic astas cruenta bestia? Nihil in me funeste reperies. Felicior cuius opus non arserit: quē superedificasse aurum/argentum/lapides preciosos examen illud inueniet. Felicissimus qui sine vlla nube confusionis reuelata penitus facie/gloriam dñi speculando in eandem imaginem transformabit: ⁊ similis erit illi vidēs eum sicuti est: vtiq; super oīa deus benedictus ⁊ laudabi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis et gloriosus in secula seculorum Amen.

¶ De diligendo deo. Sermo.

Z Iob.vij. NGlite diligere mundum: neq; ea q̄ in mūdo sunt. Quia em̄ q̄ in mūdo sunt: cōcupiscentia carnis: & cōcupiscentia oculorum: & ambitio spūs: q̄ nō sunt ex patre. Quid ergo? Sunt aliqua ex patre: quib⁹ nobis ista recōpensent? Sunt vtiq; oīno dulciora his & amabiliora sed hec non credunt seruis multo minus inimicis. Quis quis vō amicus voluerit esse huius mūditie inimicus dei cōsti

Iob.xv. tuetur. Amicis credit cōsiliū quib⁹ dicit. Quia oia q̄cūq;

M audiui a patre meo: nota feci vobis. Exponit beatus Gre

Iob.xxj gorius: q: amor: ipse notitia est. ¶ Est ergo triplex amor: qui tria illa excludat: q̄ nō sunt ex patre. Et ꝓpterea credo ter interrogat petrus: amas me: amas me: amas me. Et

Deut.vj & forte hec sunt de quib⁹ in lege precipit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: ex tota alia tua: & ex tota virtute tua: id est diliges dulciter siue affectuose: diliges prudenter: diliges fortiter. Siquidē amor cordis: simile quoddā habet carnalis amoris: nam affectiōes: ꝓprie cordis esse dicunt. Anima vō aliquāto iam superi⁹ sonat: vñ & merito dicit sedes sapientie: vt merito videat illi attribuendū: prudenter diligere deū. Sane ad affectuosum illū quē dicim⁹ cordis amorē: plurimū valet incarnatiōis xpi cogitatio: sed et totius dispēsatiōis quā gessit in carne & maxime passionis. ¶ Videns em̄ de⁹ hoies oīno carnales effectos: tātā eis dilectionē exhibuit in carne: vt durissimi cordis fit q̄s quis eū toto affectu nō diligat. Volens siquidem nobilez creaturā hoiem recuperare: si (inq̄t) inuitū coegero asinū habeo nō hoiem: q̄mōdo nō libēs veniet nec spōtane⁹: vt

Ps.lxij. possit dicere: volūtarie sacrificabo tibi. Nūquid asinis da

j.Cor.ix. bo regnū meū? Numq̄d de bob⁹ cura est deo? Ut ergo habeā volūtariū: terrebo eū: si fortis cōuerrat & viuat. Et cōminatus est acerbiora q̄ excogitari possunt: tenebras eternas: vermes immortales: ignem inextinguibilem. Cū autez nec sic homo reuocaret ait. Nō solū nimidus: sed etiā cupidus est: puniā ei q̄ potissimū desiderabile videat. Desiderant hoies aurū & argentū & filia: & sup hec oīa vitam desiderant. Manifestū est hoc: & valde manifestū. Si (inquit) tātopere desiderāt miserā hanc laboriosam vitam & momentaneā: quātū diligent vitā quietā & eternā: beatam? Prōmisit itaq; vitā eternā: promisit q̄ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit. Videās aūt q̄ nihil

Ps. ꝓficeret vnū (inq̄t) restat adhuc. Inest homini nō solum cxviij. timor: & cupiditas: sed & amor: nec quicq̄ in eo vehementius ad trahendū. Venit igit̄ in carne & tā amabilē se exhibuit: vt illā nobis impenderet charitatē: qua maiorem nemo habet: vt aiam suā daret p nobis. Quisquis sane nec ob hoc quidē cōuerti voluerit: nōne merito audiet: q̄d debui facere tibi & nō feci? ¶ Et vere in nullo sic cōmendat deus charitatē suā: quō in mysterio incarnationis eius et passionis: in nullo sic apparet benignitas: quō in humanitate: apl̄o teste qui ait:

O ad Tit.iij Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei.

Abac.iij Nam potentia quidem occultata est: q̄m in infirmitate venit. Unde abachuc. Absc̄ōdita est (inquit) fortitudo eius: haud dubiū quin in cruce: cui⁹ cōtrua in manib⁹ eius. Sapientia quoq; absc̄ondita est & incarnata. Placuit em̄ ei p stulticiam verbi saluos facere credentes. Nōne quodāmō stultū se fecerat: qui tradidit in mortem animā suā: & tulit peccata multorū: & que nō rapuit tunc exoluebat? Nonne ebrius erat vino charitatis & immemor: sui cōtra perfidum filiū dicentis: ꝓpitius esto tibi? Itaq; absc̄ōdita est fortitudo maximeq; velata & incarnata sapientia: sed benignitas nō potuit amplius declarari: nec abūdantius exprimi: nō euidem⁹ cōmendari. Porro id quidē ad affectuosiz cordis amorem dicimus pertinere. Nam videre est hoies sic affectos erga hmōi: vt vix fine lachrymis audiant vel recordentur. Dicit ergo amor: contra cōcupiscentiā carnis est. Quid em̄ dulce sit ei in carne: cui⁹ tanta dulcedo est in christi passione? Verū hec dulcedo falli pōt si desit prudentia: & iam difficile cauerī poterit in melle venenū. Necesse est igitur adesse prudentiā: qua diligenter interiora mysteria inuestigare possim⁹: vt parati simus omni petenti reddere rationem. Dic amor: prudens excludit curiositatē. Siquis dem animus his intentus: tempor aliū nō poterit esse cu

Ps. riosus: dicens cū ꝓpheta. Quomō dilexi legem tuā dñe: cxviij. tota die meditatio mea est. Tertiū est vt fortiter quisq; diligat: quatenus sicut falli nō pōt ira nec cogi possit: parat⁹ oia pari ꝓpter iusticiā. Quis aūt nesciat cū qui rex celi sit: terrena regna & honores nō ambire: sed magis abijcere.

Mat.v. Porro beati qui psecutionem patiunt propter iusticiam: q̄m ipsor est regnū celor. Itaq; de his tribus nūc petrus interrogat: q: prius inuentus fuerat minus habens. Audiens em̄ primo de passione dñi ferendā potuit: tanq̄ dulciter diligens: sed absit (inquit) a te: vtpote insipienter amans. Unde & audire meruit. Vade retro sathana: q̄m

mat.xvj. nō sapis ea que dei sunt. Simile aliquid in apostolis erat quibus dicebat. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; q: vado ad patrem: immo vero q: diligunt: dolent. Et diligūt

Jo.xiiij. & nō diligunt: diligūt dulciter: sed nō sapienter. Nocte vō ipsa qua tradendus erat dñs: & dulciter & prudenter diligebat petrus: cū diceret: recū paratus sum & in carcerem

Lu.xxij. & in mortem ire: sed nō diligebat fortiter: q̄m qui cecidit: stabili nō erat ille gradu. Nondū venerat virtus ex alto: qua accepta: nō negauit: sed libera voce vlus: vos (inq̄t)

Actu.iiij iudicate vtrū deo magis obedire oporteat an hoibus. An non cōgrue de dilectione requiritur: qui pascendo prepo nitur gregi? Ille em̄ preesse debet alijs: qui vino charitatis debriatus est ut immemor sui: vt nō querat que sua sunt: sed magis que iesu christi. Et nota q: reḡitus petrus an diligebat plus his: tantū respondit se diligere nō audens

Jo.xxj affirmare quod prius se dixisse temere cōfundebat: & fo mar.xiiij tasse ꝓpterea contristatus est. Dixerat em̄ prius. Et si oēs scandalizati fuerint in te: sed non ego.

¶ De ligno: feno: & stipula. Sermo.

P ABsquā est securitas fratres: neq; in celo: neq; in paradiso: multomin⁹ in mundo. In celo em̄ cecidit angelus sub presentia diuinitatis: Adam in paradiso de loco voluptatis: Judas in mundo de schola salua

Ps. tor⁹. Hec idcirco dixerim: ne quis sibi de loco isto blādiatur: q: dicitur locus iste sanctus est: quia non locus homines: sed homines locū sanctificant. ¶ Sunt enim etiā inter nos tria genera hominu: ipsaq; satis incongrua et ordini & homini qui hanc viam ingressus est. Sunt enim qui bene inceperunt: sed statim defecerunt. Et sunt q̄ nō q̄ inceperunt: sed in sua mollicie permanserunt & permanent. Et sunt qui rapiantur spiritu lenitatis: tardi ad audiendum: veloces ad loquendum: paratissimi cursim emunerare quod faciunt: si quid faciunt tamen. Nunquid vel istos repellet deus? Non: si in fundamento permanserint sed salui erunt: sic tamen quasi per ignem. Per quē ignem?

j.cor.iij. Dicit apostolus. Fundamentū aliud nemo potest ponere ꝓter id q̄ positum est: q̄ est christus iesus. ¶ Si quis edificauerit super fundamentum hoc: lignum: fenum: stipulam: derimentum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Fundamentum christus est: lignū fragile est: fenum molle: stipula leuis. Lignū sunt qui fortiter inceperunt: sed fracti non renodantur. Fenum sunt: qui fugienda mollicie repefacti: nec summitate digiti (vt dicitur) labores arduos attingere voluerūt. Stipula sunt qui leuitatis moribus ecrufflant: nunq̄ in eodem statu permanent. Et timendum quidem est de istis: sed non desperandum: quia si in fundamento christū habuerint: hoc est in hac via vitam finierint: salui erunt: sic tamen quasi per ignem. ¶ Ignis tria habet: fumum: lucem: ardorem. Fumus excitat lachrymas: lux vicina illuminat: ardor: adu

rit. Ita & qui eiusmodi est: fumū hoc est amaritudinem in mente habere debet: q: tepidus est: q: remissus est: q: leuis: q: ordinem quantū in se est: subuit & perturbat. Sed & lucem in ore: vt qualis est in mente: talem se in cōfessiōe ꝓdicat & plangat: vt & linguā acuat cōscientia: & conscientiam arguat lingua. Necesse est quoq; vt ardorem sentiat in corpore: id est penitentie tribulationē: & si nō multimodam: aliquā tamen. Putas q: sic cōpunctos corde: ore cōfessos: corpore fatigatos abijcier? qui oēs boies vult saluos fieri: & neminem vult perire? Sunt & alij qui edificāt super fundamentū hoc: aurum: argentum: & lapides pretiosos: qui vehementer incipiunt: vehementius proficiūt: vehementissime ꝓficiunt: non attendentes quid caro possit: sed quid spiritus velit.

¶ De triplici gñe cogitationū nostrarum. Sermo.

A Mmonet nos beat⁹ benedict⁹ fratres: solicitos esse circa cogitationes nostras: sapientis vtiq; consilium sequens: qui omni custodia cor: custodire sua

puerb. iiij. der: q̄m ex ipso vita procedit. Tria igitur occurrūt genera cogitationu: a quibus multa solicitudine cauere necesse sit eos qui cōuersi tendunt ad deū: & dignū deo in semetipsis templū exhibere festinant. Sunt em̄ nōnulle interdū cogitationes penitus otiose: & ad rem nō ꝓtinētes: quas tā facile abijcere: q̄ recipere facile possit aia: & dūmō sit secuz habitans in corde suo: & assistens dñatori vniuerse terre. Sūt & alie cogitationes violente magis & fortius adherētes: que videlz ad necessitates nature ꝓtinent: et quasi ex eodē assumpte limo de quo & nos facti sum⁹: si paululum insederint: auelli nequeūt sine lesiōe & difficultate. ¶ Sepe em̄ sic afficit nos cogitatio carnalis de cibo: de potu: si ue vestimēto: vt vix eradicari queat de cordib⁹ nostris: q̄ nō aliunde est: nisi q: & ipsa limosa & viscosa quodāmodo limosam nihilominꝰ & glutinosaz inuenerit terrā. Non sine causa em̄ dictū est: hoiem plasmatuz nō de terra qualiber: sed de limo. Vide enim q̄ limosum sit corpus: q̄ ipsi quoq; spūi tam fortiter & pene indissolubiliter inhereat: vt vix cū multa afflictione: possit aliquādo separari. Quid ergo agendū: cum limosa illa cogitatio mentem subierit? Plane exclamadū nobis est cū sancto iacob atq; dicendū

Ge.xlix. Ruben primogenitus meus nō cresces: ascendisti em̄ cubile patris tui. Rubea em̄ & carnalis atq; sanguinea huiusmodi cōcupiscentia est: q̄ nunc cubile nostrū ascendit: cū non solū memoriā tangit cogitatione: sed & ipm voluntatis stratū ingredit: & polluit prava delectatione. ¶ Bene aūt primogenitus noster dicit appetitus ille carnalis:

E qui ab ipso nimirū initio vite nostre: in nobis pullulat: cū cetera vitia peccatu ipis ex malicia mūdi hui⁹: variisq; occasionibus cōtrahant. Oportet ergo reprimere quem extinguere nō possum⁹ appetitū: vt q̄cito cubile nostrū ingrediatur: crescere cū nullatenus patiamur: sed sub nobis sit:

Heb.iij quemadmodum dicit scriptura: Subter te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius. Jam vero tertiū cogitationum genus immundū nimis ac fetidus est: quod nec admittere quidem vlla ratione debem⁹: sed alonge presentire fetorem: & tota virtute repellere: toto animo ꝓpulsare: et cōuersi statim ad genitus lachrymis atq; suspirijs invocantes spiritū qui adiuuet infirmitatem nostram. Sic nimirum cōfusus abscedens: nō tam facile deinceps simile aliquid viriliter resistentibus nobis malignus hostis

D offerre vel afferre presumet. ¶ Dico aūt cogitationes illas immundas penitus ac fetidas: que ad luxuriā: ad invidiam & vanam gloriā pertinent: ceteraq; vitia detestanda. Oportet em̄ si mundas conseruare volumus animas nostras: adhuc longe agentibus cogitationibus huiusce modi multa cū indignatione occurrere: & expulsare a nobis: vt nullus eis detur accessus. Et primū quidez genus cogitationum ociosarum: scilicet ad rem nō pertinentiū: luxum est: sed luxū simplex: id est non inherens nec feriens nisi forte diutius immoretur in nobis: & per incuriam ac negligentiam nostram in alterum genus cogitationum vertatur: quod quotidie experimur. Duz em̄ ociosa tanq̄ minima spernimus: ad turpia atq; inhonesta dilabimur. Secundum vero cogitationum genus nō lutum simplex: sz vt iam dixim⁹: viscosuz ac limosum est. Nam terrū quidem sic cauendū est: non tanq̄ lutum aut limus: sed tanq̄ immundissimum ac fetidissimum cenum.

¶ De triplici iudicio: ꝓprio: humano: & diuino. Sermo.

E Jc nos existimet homo vt ministros xpi: & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam requiritur: vt ex moribus exteriorib⁹ hois: qui videtur existimetur cōpositio interioris animi: qui nō videtur: nec vel ab alio: vel a seipso possit iudicari: sed dicat cum eodē

j.cor.iiij apostolo. Mihi pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab Ibidem humano die: sed neq; meipsum iudico: qui autem iudicat me dominus est. In quibus verbis notanda sunt tria iudicia: humanū: suum cuiusq; proprium: & diuinū. & humanum quidem potest iudicare de rebus exterioribus: q̄ sensibus corporis percipiuntur: de interioribus vero nō potest

j.Cor.ij hinc em̄ scriptum est: Quis enim scit hoīm que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui est in eo? Quapropter de his que sunt in homine: potest iudicare spiritus hominis qui in ipso est: longe vero prestantius de his ipsis iudicat deus: cuius necdum fatetur apostolus euasisse iudicium: qui tamen iam humanum transcendisset & proprium. Porro humanum contemnebat qui dicebat. Mihi autez pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed neq; propriū timebat qui dicebat. Sed neq; meipm iudico: nihil em̄ mihi cōscius sum. Solum ergo restabat diuinum de quo ait. Qui aūt iudicat me dñs est. Debet tamen quisq; quantū potest: se irreprehensibilem exhibere: primum quidem coram deo: sed deinde etiam coram hominibus. Hoc nempe est quod alibi loquitur idem apostolus dicens. Prouidentes bona: non tantum coram deo: sed

Ro. xij. etiam coram hominibus. ¶ Tribus siquidez modis quidemus bona coram hominibus. id est habitu: actione: sermone. Habitu ne sit notabilis: actione ne sit reprehensibilis: sermone ne sit contemptibilis. Tribus etiā modis cor deo: cogitatione: affectione: & intentiōe. Nam & cogitatio debet esse sancta. Unde scriptū est. Cogitatio sancta seruabit te. & affectio pura: & intētio recta. Sunt aūt tria ista id est cogitatio: affectio: intentio in aia. Sed in ea quoq; ꝓprijs singula locis distincta videntur. Nam cogitatio in memoria est: affectio in voluntate: intentio in ratione consistit. Atq; vt eor vsum ac differentiā clarius videam⁹: sumamus nobis exemplū de rebus exterioribus. ¶ In corporibus si quilibet deformis color: cutem tantum inficiat: corpus quidez turpius redditur: sed nihil ei de sua sanitate ex hoc adimitur. Si ergo carni putredo aliqua: vel liuidus humor: insederit: iam nō solum decus corporis: sed sanus quoq; ꝓturbatur. Nō si languor: forsitan inualescens cum ipsa carne ossa quoq; medullinus occuparit: nunc demum deuita nō immerito potest desperari. Eodem mō in anima: si peccatū suggeritur memorie per cogitationem: nullum tamen prebuerit aut voluntas affectū: aut deliberatio ipsa cōsensum: fateor: quidem deformitas est: nec audire interim anima illa merek: tota pulchra es amica mea & si nemus est: sed nō moribus. Nō si voluntas quoq; preoccupata sensu delectationis afficitur: resistit tamen adhuc deliberatio rationis: infirmak quidem: sed necdū moritur

hic.xvij. anima: clamet tamen necesse est: Sana me dñe & sanabor. Tunc vero mori dicitur: quādo & ipsa ratio ad peccatum per intentionem curuat: nunc em̄ consentit. Et de tali dicitur. Anima que peccauerit ipsa morietur. Hunc triplicem

eze. xviij gradum deplorauit dauid ex persona adam: dicens domino expellenti de paradiso in laram huius seculi euagationem. Confirmasti super me manum tuam. Et quoniā car

Universidad de Deusto
Biblioteca

nalia desideria fuit pena peccati. non est sanitas in carne mea a facie ire tue. Jam vero nec robur est rationis. Non est pax ossibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ. Qui rursum pſ.lxxvj colsdez gradus ex persona iusti decantat dicens. Memor fui dei ⁊ delectatus sum ⁊ exercitatus sum. Delectatus eñ per voluntatem: exercitatus per rationem. ¶ Ne ergo a memoria repellat deum/irruens turba plurimaruꝫ cogitationuꝫ: que solent effluere tanq̃ vilis plebs in atrium: ponatur ad eius portam ianitor: cuius nomen est recordatio propositi: vt cum turpib⁹ sese cogitationib⁹ senserit animus pregrauari: increpet se ⁊ dicat sibi. Tu ne hec debes cogitare: qui sacerdos es: qui clericus es: q̃ monachus es? Ultor: iusticie debet in sequicq̃ iniquũ admittere? Decet seruũ christi: amatoꝝ dei/tale aliquid ad modicum meditari? Nec dicendo: excludet fluxũ illicite cogitationis/per recordationem propositi. Similiter ad portã voluntatis in qua solent manere carnalia desideria: tanq̃ in domo/domestica familia/statuak ostiarius/ qui vocatur recordatio celestis patrie. Hic eñ potest pauuꝫ desideriũ quasi cuneus cuneũ expellere: ⁊ ipsum qui air: Apo.iij. Ecce sto ad ostium ⁊ pulso: sine cunctatione recipere. Jam vero ad thalamũ rationis talis et tam ferox adhibendus est custos qui nemini pareat: sed quicũq̃ hostis siue clam siue palam ingredi presumpserit: procul eum arceat: ⁊ hic fit recordatio gehenne. In ceteris siquidem/id est memoria ⁊ voluntate: nõ ita est intolerabile: si vel memoria recipiat quandoq̃ vagam cogitationem: vel voluntas impuram affectionem. Hoc vero grauissimũ ⁊ omnino damnosum: si vnq̃ ratio perdiderit rectitudinem intentionis.

¶ De verbis psalmi. xxiij. Quis ascender. Sermo.

J

B Eterũ iã ⁊ volũtate mutata: ⁊ in seruitutẽ redacto co:rpe velut siccato iã aliquate⁹ fonte ⁊ oppilato fo:ramine: tertiũ adhuc idq; grauissimũ restat/de purgãda sez memoria: ⁊ exhauriẽda sentina. Quo em̃ a memoria mea excidet vita mea. Mẽbriana vilis ⁊ tenuis atramentũ fo:rte p:rsus ebibit: q̃ deinceps arte delebiꝫ? Nõ em̃ sufficieremus tinxit: sed p:rsus tota intinxit. ſFrustra conarer eradere: tante scindi tur charta q̃ characteres miseri deleanꝫ. Ipsum em̃ fo:rte memoriã delere posset obliuio: vt videlz mẽte capt⁹ eo tũ nõ meminerim q̃ cõmisi. Ceterũ vt memoria integra maneat: ⁊ ipsi⁹ macule deleanꝫ: q̃ nouacula posset efficere? Solus itaq; sermo vi⁹ ⁊ efficax: ⁊ penetrabilio: oĩi gladio ãcipiti: dimittunꝫ ribi pcã tua. Murmuret pharisẽus ⁊ dicat. Quis põt dimittere pcã niſi sol⁹ de⁹? Mihi em̃ q̃ id loquiꝫ de⁹ est: ⁊ nõ estimabiꝫ ali⁹? ab illo: q̃ ad inuenit oẽm viã discipline: ⁊ dedit illã iacob puero: ⁊ isrl̃ dilecto suo: post hec in terris visus est: ⁊ cũ hoĩb⁹ cõuersat⁹ est. Hui⁹ indulgẽtia delet pcm̃: non q̃dẽ vt a memoria excidat: ſz qõ ꝑus ineſſe pariter ⁊ inficere ꝓsueuisset: sic de cetero insit memorie: vt eã nullatenus decolo:ret.

Mar. ij Luce. v. Baruch iij. Multo:r em̃ nũc pcto:r q̃ vel a nobis: vel ab aliꝭ cõmissa nouim⁹ recoꝺamur: sed ꝓpia q̃dẽ in q̃nam aliena non nocẽt. Ut q̃d ꝺ: nisi q̃ in his erubescim⁹ singulariter: hec nobis singulariter iputãda veremur? Tolle dãnationẽ: rolle timo:rẽ: rolle ꝓfusionẽ: q̃ quidẽ oĩa plane plena remissio tollit: ⁊ nõ mõ nõ oberũt: sed etiã cooperabũtur in bonũ: vt denotas ei referam⁹ gr̃as qui remisit.

B ¶ De mĩa que ꝓmittit̃ miserenti. Caplin. xxiij.

Mat. v. Am vo supplicanti p ea cõgrue rñdeꝫ. Beati miserico:des: q̃m ipsi mĩam cõsequẽtur. Miserere g̃ aie tue q̃ deũ tibi vis misereri. Laua p singulas noctes lectũ tuũ: lachr̃ymis tuis strata tuũ rigare memẽto. Si cõpateris tibi ꝑpsi: si laboras ĩ gemitu pnĩe: ꝑmus hic gradus mĩe est: mĩam vtiq; ꝓsequ̇ris. Nõ si forte magn⁹ ⁊ multus pctõ: es: ac magnã q̃ris mĩam ac multitudinẽ miserationũ: tu q̃ mĩaz tuã magnificare ⁊ multiplicare labo:ra: recõciliaꝰ esto tibi ꝑpsi: nã ⁊ tibi grauis factꝰ eras: q̃ posit⁹ esses cõtrarius deo. Et hec sane in domo ꝓpria refo:mara pace/eandez necesse est ꝑus erga ꝓmos dilatari: vt nouissime osculeꝫ te et ipse osculo oris sui: ⁊ quẽadmodũ scriptũ est. Reconciliatus pacẽ habeas ad deũ. Dimitte his q̃ in te peccaue-

Mat. vj

Eccl. f.

E

Mat. v.

f. Jo. iij.

Jo. xvij.

Sap. iij.

Mat. vj

Ro. viij.

Rom. v

Job. xix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

monis: ⁊ destinum⁹ vltra q̄ oporteret. Ex ꝟ tam fine lo/
quacitati nostre: quē non imperat verecundia: videtur
imperare vel hora. Memento tamen apostoli quē ali
quādo verbum predicationis vsq; in mediam noctem le
Act.xx. gitis protraxisse. Utinam adhuc (vt ipsius verbis vtar)
ij.cor.xj sustineatis modicum quid insipientie mee. Emulor enim
vos dei emulatione.

¶ Increpatio ad ambitiosos/q̄ nō mūdato corde deuz
alijs pacificare presumūt. Capm.xxvij.

ꝟ Filioli mei quis demōstrabit vobis fugere a
ventura ira? Nemo em̄ magis irā meret: q̄
amicū simulans inimicus. Juda osculo tra
dis filiū hois: hō vnanimis: q̄ simul mecuz
dulces capiebas cibos: q̄ in parapsidē ma
Luc.xxiiij num pariter intrauisti? Nō est tibi pars in ore qua orat
ad patrē ⁊ dicit: p̄ ignosce illis: q: nesciūt q̄d faciūt. Ue
vobis q̄ clauē tollitis nō scie solū: sed autoritatis: nec ipi
introitis ⁊ multos impeditis quos introducere debui
stis. Tollitis em̄ ⁊ nō accipitis claues. De q̄bus dns que
osee.viij rit̄ p̄ pphetā. Ipsi regnauerūt ⁊ nō ex me: p̄ncipes exti
terunt: ⁊ ego nō vocaui eos. ¶ Uñ tātus plationis ar
ꝟ dor: vñ ambitionis ipudentia tāta: vñ vesania tāta p̄sum
ptiōis humane: Audeat ne aliquis vestrū terreni cuiusli
bet regulī: nō p̄cipiēte ante etiā phibēte eo: occupare mi
nisteria: p̄terire dñificia: negocia disputare? Nec tu deū
putes q̄ in magna domo sua a vasis ire aptis in interitū
sustinet appropinquare. Multi quidē veniūt: sed p̄sidera q̄s
Mat.v. vocet. Ordinez ipm dñici sermonis attende. Brī inquit
mūdo corde: q̄m ipsi deū videbūt. Ac deinde. Brī pacifi
ci: q̄m filij dei vocabunt. Mundicordes vtiq; vocat p̄
celestis: q̄ nō q̄runt q̄ sua sunt: sed q̄ ielu xp̄i: nec q̄ sibi
Job.xxj vtile: sed q̄ multi. Petre inq̄t amas me? Dñe tu scis quia
amo te. Pasce oues meas. Uñ em̄ sic amaras oues com
mitteret nō amāti? Nimirū ꝟ querit inter dispēsatores: vt
fidelis q̄s inueniat. Ue ministris infidelib⁹: q̄ necdū recō
ciliati/recōciliatiōis aliene negocia q̄si homines qui iusti
cia fecerint appehendūt. Ue filijs ire/q̄ se ministros gre
p̄sitent. Ue filijs ire/q̄ pacifico⁹ sibi vsurpare gradus ⁊
noīa nō verēt. Ue filijs ire/q̄ fideles sese mediatores pa
cis: vt pcā ppli comedant: mētiunt. Ue q̄ ambulātes in
carne deo placere nō possunt: ⁊ placare velle p̄sumūt.

¶ Qō quidam pacifico⁹ um gradus sibi vsurpent.
ꝟ Capitulum.xxvij.

On miramur fratres quicūq; p̄sentem sta
tū ecclie miserea mur: nō miramur de radi
ce colubri/regulū orientē. Non miramur si
vindemiat vineā dñi: q̄ instituta a dño p̄ter
gredit viā. Impudēter em̄ pacifici graduz
⁊ filij dei vices occupat ho: q̄ nec p̄ma quidē adhuc voce
dñi ad eo: rauocātis audiuit: aut si q̄s forsitan ceperit au
dire: resiliēs fugit ad folia vt abscōderet i eis. Propter
ea necdū peccare quieuit: sed longā adhuc trahit restem
Apoc.iij nec dū factus est vir vidēs pauptatē suā: sed dicit q̄nia di
ues sum ⁊ nullius egeo: cū sit paup ⁊ nudus ⁊ miser ⁊ mi
serabilis. Nihil illi de spū mansuetudinis: q̄ occupatos
in delicto possit instruere: p̄sideras scipm ne ⁊ ipse tente
tur. Cōpunctiōis lachrymas nescies/erat magis cū ma
lefecerit: ⁊ in reb⁹ pessimis exultat. Nimirū vn⁹ eo⁹ est q̄
Luce.vj bus dns ait. Ue vobis q̄ ridetis nūc: q̄m flebitis. Pecu
niā nō iusticiā p̄cupiscunt oculi eius: ⁊ oē sublime videt
insatiabiliter esurit dignitates: gliam sitit humanā: pcul
ab eo mie viscera: seuire potius ⁊ tyrannū exhibere lera
tur: questū estimat pietatē. Quid de mundicia cordis lo
quar? Utinā nō illud oblitioni dedisset tanq̄ mortuus a
corde: vtinā nō esset colūba seducta nō habēs cor: vtinā
Esa.lij. esset q̄d vel deforis est mūdū: nec ea q̄ cor p̄cipalis est ma
culata tunica inueniretur vt obediret vel in hac pte dice
ti. Mūdamini q̄ fertis vasa domini.

¶ Exp̄hobratio q̄ incontinentes sacros ordines non ve
rentur Capm.xxix.

On accusam⁹ vniuersitatē: sed nec vniuersita
tē possum⁹ excusare: reliqt sibi dns multa mi
lia. Alioqn nisi eo⁹ nos excusaret iusticia: ⁊ il
Esa.j. lud nobis semē scrm dns sabaoth reliqsset: oli
bi sicut sodoma subuersi essem⁹: ⁊ sicut gomorra sim⁹ pe
rissemus. Dilatata siqdē videt ecclia: ipse etiā cleri sacra
tissim⁹ ordo fratrū numerus sup numerū multiplicat⁹ est.
Uerū ⁊ si multiplicasti gentē dne nō magnificasti leticiā
dū nihil min⁹ apparet decessisse meriti: q̄ numeri accessit
se. Currit passim ad sacros ordines: ⁊ reuerēda ipsis q̄s
spiritib⁹ angelicis ministeria/hoies apphendūt sine re
uerentia: sine p̄sideratiōe. Neq; em̄ signū regni occupa
re celestis: aut illi⁹ timent iperū gestare coronā: in quib⁹
auaricia regnat: ambitio iperat: dnāt superbia: sedet iniq
tas: luxuria etiā p̄ncipat: in q̄b⁹ ⁊ pessima forte appareat
Eze.viij. intra parietes abominatio: si iuxta ezechielis ppheriam
parietē fodiam⁹: vt in domo dei videam⁹ horrendū. Siq
dē post fornicationes: post adulteria: post incestus/nec
ipse quidē apud alios iguominie passiones/⁊ turpitudi
nis opa desunt: vtinā nō fierēt q̄ vsq; adeo nō cōueniūt:
vtinā nec ap̄lm hec scribere: nec nos dicere oporteret: vt
Gen.xix nec dicēib⁹ crederet q̄ humanū aliqn occupauerit aīm
tā abomināda cupido. Nūq̄d nō oli ciuitates ille spurci
tie hui⁹ marres: diuino p̄dānate iudicio ⁊ incēdio sunt de
lete? Nunq̄d nō gehēnalis flāma mox: ā nō sustineret: exe
crabilē illā p̄uenit tollere nationē: q̄ ipsi⁹ spāliter essent
pctā manifesta p̄cedentia ad iudiciū? Nunq̄d nō ⁊ ipsam
vtpote osciā tante p̄fusionis tellurē absumpsit ignis/sul
phur ⁊ spūs p̄ellarū? Nunq̄d nō in lacū horribilē soluz
oē redactū est? Imputara sunt hydre capita q̄nq; ⁊ heu
innumera surrexerūt. Quis reedificauit vrbes flagitij: q̄s
turpitudinis menia dilatauit: q̄s extēdit ꝓpagines viru
lentas? Ue ve inimicus hoīm sulphureis illis? incēdijs reli
quias infelices circūquaq; dispersit: execrabili illo cine
re ecclie corpus asperfit: ⁊ ipsoz⁹ quoq; ministroz eius
nōnullos sanie fetidissima spurcissimaq; respersit. Heu
genus electū: regale sacerdotiū: gens sancta: ppls acq̄si
tionis: quis inter tua illa p̄moꝛdia tā diuina ⁊ spiritalib⁹
affluentē charismatib⁹ christiane religiōis ortū credere
posset: posse talia in te aliqn reperiri? Jugrediūtur cum
hac macula: tabernaculū dei vīētis inhabitāt cū macula:
remplū sanctū dñi polluētes: iudiciū multiplex acce
pturi: q̄ ⁊ tam grauissimas ꝓscientias gerūt: ⁊ nihilomi
nus sese ingerūt in sanctuariū dei. Tales em̄ nō mō non
placāt deū: sed magis irritant: dū vident in cordib⁹ suis
dicere: nō requiret. Irritant plane ⁊ inimicum reddunt
sibi: vereor ne in his q̄bus eum reprehēdere debuerant.
Utinā magis turrim inchoaturi sedentes cōputarent: ne
forte sumptus nō haberāt ad p̄ficiendū. Utinā q̄ p̄tinere
nō valeūt: p̄fectionē temerarie p̄sequi: aut celibatui dare
noīa verereūt. Sumptuosa siquidē turris est: ⁊ verbum
grāde q̄d nō oēs capere possunt. Esset aūt sine dubio me
lius nubere q̄ vri: ⁊ saluari in humili gradu fidelis ppli
q̄ in cleri sublimitate: ⁊ deterius viuere: ⁊ districtius iu
dicari. Multi em̄ non quidē oēs: sed tñ multi certum est
nec latere queūt p̄ re multitudine: nec p̄ impudentia q̄
rūt. Multi vtiq; libertatē in qua vocati sunt: in occasio
nē carnis dedisse vident: abstinētes remedio nuptiali: et
in omne deinceps flagitiū effluentes.

¶ Exhortatio ad penitentiam: vt prius humiliati/post
exaltentur. Capm.xxx.

Arcite obsecro fratres: parcite aīabus vestris
parcite sanguini q̄ p̄ vobis effusus est: horrē
dum cauete periculum: ignem qui paratus est
declinate. Inueniat tandē nō irrisoria p̄fectio
nis p̄fessio: exhibeatur etiam filius in specie pietatis:
nō sit inanis celibis vite forma/⁊ vacua veritas. Quid/
ni periclitetur castitas in delitijs: humilitas in diuitijs:
pietas in negocijs: veritas in multiloquio: charitas in
hoc seculo nequā? Fugite de medio babylonjs; fugite et

saluate aīas vestras. Cōuolate ad vrbes refugij: vbi pos
sitis ⁊ de preteritis agere penitētiā: ⁊ in p̄senti obtinere
gratiā: ⁊ futurā gloriā fiducialiter p̄stolari. Nō vos re
tardet cōscientia pcōz: q̄ vbi illa supabūdauerūt: super
abūdare gra cōsueuit: nō penitētie austeritas ipsa deter
reat. Neq; em̄ condigne sunt passiones huius tp̄oris ad
preteritā culpā que remittit: nō ad p̄sentē cōsolatiōis
gratiā que immittit: non ad futurā gloriā que promittit
nobis. Denicq; nulla est tāta amaritudo: quā nō ꝓpheti
ca farina dulcoret: quā nō sapidā reddat sapiētia lignuz
vite. Si verbis nō creditis: operib⁹ credite: exēplis acq̄
escite plurimoz. Currūt vndiq; peccatores ad peniten
tiā: ⁊ natura pariter ⁊ cōsuetudine delicati: exteriorē om
nino asperitatē nō reputāt: vt exasperate conscientie le
niant. Nihil credentib⁹ impossibile: nil amātib⁹ difficile:
nil asperū mitib⁹: nil humilib⁹ arduū reperit: q̄b⁹ ⁊ gra
tia fert auxiliū: ⁊ obedientib⁹ deuotio lenit imperiū. Quā
diu ambulatis in magnis ⁊ mirabilib⁹ sup vos? Magnū
p̄ro: sus ⁊ mirabile est ministrū esse christi: ⁊ mysteriozz
(alis ministeriozz) dei esse dispēsatorē: longe sup vos est
ordo pacificozz: nisi forte omissis gradib⁹ p̄ceptis salu
tare magis q̄ ascēdere liber. Utinā tñ quisq; sic intrat:
si fieri posset: tā fideliter ministraret q̄ fiducialiter se in
gessit. At difficile fortassis ⁊ impossibile est: vt ex amara
Deu.xxiij. radice ambitionis/suauis fructus ꝓdeat charitatis. Dico
ego si vultis audire: immo nō ego sed dns. Cū vocatus
fueris ad nuptias: recūbe in nouissimo loco: q: ois q̄ se
exaltat humiliabitur: ⁊ qui se humiliat exaltabitur.

¶ De persecutione sustinenda fm vltimā
beatitudinem. Cap. xxxi.

A Mat.v. Eati (inquit) pacifici: q̄m filij dei vocabuntur.
Cōsidera diligēter nō pacidicos: sed pacificos
cōmendari. Sunt em̄ qui dicūt ⁊ nō faciūt. Si
ne q̄ēadmodū nō auditores legis iusti sunt:
sed factores: sic nō annūciatores pacis sunt beati: sz acto
res. Utinā tñ vestri quicūq; videre nt hodie pharisei: fo
te em̄ aliqui sunt: ersi nō facerēt: saltē dicerēt q̄d oporteret.
Utinā qui sine sumptu euāgelizant vt mā ducarent.
Job.x. Mercēnarius (inquit) videt lupū venientē ⁊ fugit. Utinā hodie quicūq; pastores nō sunt: mercennarios gregi
vellēt se exhibere: nō lupos: vtinā ipsi nō lederēt: vtinā
nō fugerēt nemine p̄sequente: vtinā nō exponerēt gregez
donec lupus veniēs viderēt. Nimirū sustinēdi fuerāt: si
inuenirent p̄sertim tēpore pacis recipientes mercedem
suā: ⁊ p̄ mercede sua saltē in custodia gregis laborantes: dūmodo nō ipsi turbarēt gregē: ⁊ grauis auerterēt
a pascuis iusticie ⁊ veritatis. Nā persecutio quidē indu
bitater mercēnarios a pastoribus segregat ⁊ discernit. Qui
em̄ trāsitoria dāna nō timeat: qui tēporalia lucra secrat?
Uñ terrenā sustineat p̄secutionē ꝓpter iusticiā: q̄ terre
Mat.v. nā mercedē plus q̄ iusticiā querit? Beati (inq̄t) qui p̄se
cutionē patiunt ꝓpter iusticiā: q̄m ipsoz est regnū celo
rū. Pastoz hec beatitudo nō mercenarioz: multominus
latronū est vel lupoz. Usq̄adeo siquidē p̄secutionē nō
sustinēt ꝓpter iusticiā: vt p̄secutionē malint: q̄ iusticiam
sustinere. Nēpe cōtraria est operib⁹ eoz: grauis est eius
eis ad audiendū. Ceterū ꝓpter auaricia: ꝓpter ambitio
nē paratos eos videas vniuersa pericula subire: suscitare scandala: sustinere odia: dissimulare opprobria: negli
gere maledicta: vt non minus gnciosa fit animositas ta
lium: q̄ pusillanimitas mercenarioz. Veris ergo pasto
ribus dicit pastor eoz: pastor bonus qui ꝓ ouib⁹ suis aīam
Mat.v. suā ponere nō pepercit. Beati eritis cū vos oderint ho
Luce.vj mines: ⁊ cū separauerint vos: ⁊ eiecerint nomen vestrū
tanq̄ malū ꝓpter filiū hois. Gaudete in illa die ⁊ exulta
te: q̄m merces vestra copiosa est in celis. Siquidē nō est
q̄ fures timeāt qui sibi in celo thesaurizāt. Nō est q̄ cau
sent de multiplici tribulatione: vbi multiplicationē mer
cedis attēdunt. Quinimmo gaudeāt magis vt dignū est
q̄ non tam persecutio/q̄ remuneratio augeatur: ⁊ exul
tent eo abūdanti⁹/quo plura sustinent ꝓpter christū: vt
eos perside copiosioz merces maneat apud ipsum. Quid
timidi estis modice fidei: fidelis extat sentētia irrefraga
bili veritate subnixa: q: nulla nocebit aduersitas si nulla
dominet iniqtas. Sed parū est nō nocere: etiā ꝓderit et
copiosi⁹ ꝓderit: dūmodo sit iusticia in intētione: christ⁹
in causa: apud quē patiētia pauperū nō peribit in finem.
Ipsi gloria ⁊ nūc ⁊ semp ⁊ in secula seculoz. Amen. pō.sr.

¶ Expliciūt sermones beati Bernardi de tēpore/⁊ san
ctis: et de diuersis vtilibus materijs.

Incipiūt beati Bernardi parui sermones.

¶ Sermo.j.

Eata illa ⁊ sempiterna trinitas pater ⁊ filius ⁊ spūssanct⁹:
vnus deus/scz summa potētia: summa
sapiētia: summa benignitas creauit quā
dam trinitatē ad imaginem ⁊ similitudi
nem suā: anima videlz rationalē: que in eo p̄fecit vestigiū quoddā illi⁹ summe trinitatis: qō ex memoria rōne ⁊
volūtate cōstitit. Creauit autē eā hoc modo: vt manēs in
illo participatione ei⁹ esset beata: auersa ab illo quocūq;
se conferret: remaneret misera. Sed hec trinitas creata
elegit potius p motum ꝓprie volūtatis cadere: q̄ ex gra
tia cōditoris per arbitriū stare. Cecidit ergo p suggestio
nē/delectationē/cōsensum/ab illa summa ⁊ pulchra tri
nitate/scz potētia/sapiētia/puritate/in quandā cōtrariā
et fedā trinitatē: scz in firmitatē/cecitatē/immūdiciā. Des
mo: ia em̄ facta est imporēs ⁊ infirma: ratio imp: udēs ⁊
tenebrosa: volūtas impura. Postro memoria q̄ simplicis
diuinitatis potentia sibi cogitabat: ab illa cadens/⁊ vol
uit sup sua cornua/in tres partes cōfracta dissiliit: scilz
in cogitatiōes affectuosas/onerosas/ociosas. Affectuo
sas voco illas in quib⁹ ipsa afficit: vt in curis rerū neces
sariarū edēdi/bibēdi/ceteroz⁹q̄ similiū. Onerosas in ex
terioz⁹ib⁹ amministrationib⁹ et occupatiōib⁹ duris. Ocio
sas/quib⁹ nec afficit/nec onerat: ⁊ ab eterno⁹ cōtem
platione p illa distēdit: vt si cogiter vbi gra equū curren
tē/aut auē volantē. Rōnis q̄s triplex calus est. Siquidē
ei⁹ erat discernere inter bonū ⁊ malū: verū ⁊ falsum: con
modū ⁊ incōmodū. In quib⁹ discernēdis tāta mō caligi
ne cecat: vt sepe in cōtrariū ducat iudiciū: recipiēs malū
p̄ bono: falsum p̄ro vero: noxiū p̄ro cōmodo. ⁊ ecōuerso.
Tunq̄ vo in his fallerer: si unq̄ lumine: a quo creata
est: p̄uaret. Sed q: ⁊ ipsa inde cecidit: peculdubio nihil
aliud q̄ tenebras sue cecitat⁹ inuenit. Uñ factū est vt ⁊ in
strumētū ꝓderet: scz illud triuiū sapiētie: ethicā/logicā/
physicā: quas nos possum⁹ alijs vocare noīb⁹: moralē/
inspectiuā/⁊ naturalē sciētiā. Siquidē p ethicā eligit bo
nū/reprobat malū: p logicā cognoscit verū ⁊ falsum: per
physicā cōmodū ⁊ incōmodū. i. q̄d in vsuz assumēdū sit:
q̄d respuēdū. Sequit volūtas: cui⁹ ruina fuit triplex: cui p̄ri
ta est. Que em̄ summe benignitati ⁊ puritati inhērere: et
eā solā diligere debuit: per ꝓpria imiqtatē a supnis in hec
infima lapsa p cōcupiscētia carnis ⁊ concupiscētia oculoz
⁊ ambitionē seculi/terrena dilexit. Quid ꝫ infelici⁹ casu
pōr estimari: vbi pereūte memoria/rōne/volūtate/totā
die substātia perimit? Uerūtamē hūc tā grauē: tam tene
broſum: tā sordidū lapsum nostre nature/reparauit illa
beata trinitas memor: misericordie sue: memor: culpe no
stre. Uenit ergo a parte missus dei filij ⁊ dedit fidē: post
filiū missus spūssanct⁹ ⁊ dedit charitatē. Per hec duo. i.
fidē ⁊ charitatē/facta est spes redeūdi ad patrē. Et hec
est trinitas scz fides/spes/charitas: p quā velut p tridē
tē/reduxit de limo pfundi ad amissaz beatitudinē illa incō
mutabilis ⁊ bta trinitas/mutabilē/lapsaz/⁊ miseram trini
tatē. Et fides quidē illuminauit rationē: spes erexit me

Universidad de Deusto
Biblioteca

moriam: charitas vo purgauit voluntatē. Cū ergo venit (vt dictū est) dei filius: factus est hō qui erat deus: tanq̄ medicus bonus dedit p̄cepta: quib⁹ obseruatis/reformaretur salus amissa. Ut vo p̄ceptis faceret fidez: exhibuit signa. Ut eo⁹dē p̄cepto⁹ p̄suaderet vtilitatē: p̄misit beatitudines. Est igit fides alia p̄cepto⁹: alia signo⁹: alia p̄miſſo⁹. i. qua credimus in deū: qua credimus deū: qua credimus deo. Per fidē p̄cepto⁹ credimus in deū. Credere aūt in deū: est in eū sperare ⁊ diligere. Per fidē signo⁹ credimus deū: qui talia pōt ⁊ oīa pōt. Per fidez p̄miſſo⁹ credimus deo: qui quicq̄d p̄mittit: veraciter cōpler. Similiter q̄ spes tripler est: ⁊ p̄cedit de p̄dicta triplici fide. Nā de fide p̄cepto⁹ oritur spes venie: de fide signo⁹ spes gratie: de fide p̄miſſo⁹ spes glorie. Charitas itidem ternario numero colligitur: de corde puro: ⁊ cōscientia bona: ⁊ fide non ficta. Puritatē debemus p̄mo: cōscientiā nobis: fidem deo. Puritas autē est: vt quicq̄d agit: aut ad vtilitatē p̄mi: aut ad honorē fiat dei. Magnime aūt exhibēda est p̄mo: q: deo manifesti sumus: p̄mo aūt nō possumus: nisi inquantū illi cor nostrū aperimus. Cōscientia bona faciūt in nobis duo: penitētia et cōtinētia: q̄n scz per penitentiā peccata cōmissa punim⁹: ⁊ per cōtinētiā deinceps puniēda nō cōmittimus: ⁊ hāc debem⁹ nobis. Post hec supest f. des nō ficta: q̄ deo vigilanter exhibēda est: vt nec p̄pter p̄mū/cui nos impendimus: offendamus deū: nec p̄pter cōscientiā/quā p penitentiā ⁊ cōtinentiā in humilitate custodire volum⁹: minus exequamur mādato⁹ dei obedientiā: ⁊ hec est fides nō ficta. Nō ficta aūt ponit ad differentiā mortue fidei et ficte. Mortua fides est q̄ sine operib⁹ est. Fides ficta/q̄ ad tēpus credit: ⁊ in tēpore tētationis recedit. Unde etiā ficta. i. fragilis dr. Hec oīa breuius possumus colligere: vt facilius cōmendent memorie. Dicam⁹ ergo. Est trinitas creatrix: pater ⁊ filius et spūssanctus: ex qua cecidit creata trinitas/memoria/ratio/⁊ voluntas. Et est trinitas per quā cecidit: videlz p̄ suggestionē/delectationez/cōsensum. Et est trinitas in quā cecidit: videlz/impotentia/cecitas/immundicia. Rursus trinitas q̄ cecidit. i. memoria/ratio/volūtas. Singule cuiusq̄ tripartitus excidit casus. Memoria cecidit in tres species cogitationū: affectuosas: onerosas: ociosas. Ratio in triplicē ignorātiā: boni et mali: veri et falsi: cōmodi ⁊ incōmodi. Voluntas in cōcupiscentiā carnis: cōcupiscentiā oculo⁹: ambitionē seculi. Est trinitas per quam relurgit: fides/spes/charitas. Que trimēbres habēt subdiuisiones. Est enim fides p̄ceptoꝝ/signoꝝ/promissoꝝ: est et spes vnie/gratie/glorie: et est charitas de corde puro/⁊ cōscientia bona/et fide non ficta. ¶Sermo.ij.

Ue maria gratia plena. Non in sola virginitate cōstare poterat gratie plenitudo: neq̄ cū omnibus est de ea accipere. Felices qui nō inquinauerūt vestimēta sua: ⁊ cū regina nostra virginitatis p̄uilegio gloriant. Sed num vnam tm̄ būdictionē habes o domina? Et mihi obsecro vt benedicas. Perijt virtus illa a me: nō est iam vel aspirare ad illā. Cōputrui in stercore meo: vt iumentū factus sum. Nunq̄d nō erit mihi etiā aliquid apud te: nō erit vbi possim esse tecū quia iam sequi nō valeo quocūq̄ ieris? Querit angelus puellam: quā p̄parauit dñs filio dñi sui. Bibit ipse de hydria tua cognata tibi virtute delectatus: sed nunquid nō et iumentis potū tribues? Bibit angelus ꝙ virū non cognoscis: bibant iumenta ꝙ de humilitate singulariter gloriaris. Respexit (inquit dñs) humilitatē ancille sue. Nam virginitas sine humilitate habet fortasse gloriam: sed nō apud deū. Humilia semper excelsus respicit: ⁊ alta alonge cognoscit. Humilibus dat gratiā: superbis resistit. Sed forte ne in his quidez duabus meretis plena est hydria tua: capax est etiam tertie: vt non modo angelus ⁊ iumenta: sed ipse iam bibat architriclinus. Hoc enim vnū bonū quod seruauimus vsq̄ ad hūc: minister angelus hauriat: sed vt ferat architriclino. Patrez loquor: qui principiū trinitatis architriclinus iure vocatur. Ait sane angelus fecunditatē marie cōmēdans: que tertia est metrera. Quod enim de te nascetur sanctum: vocabitur filius dei. Ac si dicat. Cum eo solo tibi est generatio illa cōmunis. Luce.ſ.

¶Sermo.iij.

E

Ue maria gratia plena. Bene plena: q: deo et angelis ⁊ hominib⁹ grata. Hominib⁹ per fecūditatē: angelis p̄ virginitatē: deo p̄ humilitatē. In hoc tertio a dño se respectā testatur qui humilia respicit: ⁊ alta alonge cognoscit. Sicut enī oculi sapiēs omne sublime vident: ita oculi dñi oēm humilē intuentur. Unde ait in cantico canticoꝝ. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere: vt intueamur te. Quater dicit reuertere p̄opter quadruplicē superbiā: p̄ quaz auersa a dño nō videbatur. Est enī superbia cordis: superbia oris: superbia operis: superbia habitus. Superbia cordis est: quādo homo in oculis suis magnus est. Contra quā sapiens orat dicēs: Extollentiā oculoꝝ meoꝝ ne deseris mihi. Et alibi. Ue qui sapientes estis in oculis vestris. Superbia oris vel lingue: que ⁊ iactantia dr: est: q̄n homo nō solū magna de se sentit: sed etiā loquit. Unde psalmista. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa: ⁊ linguā magniloquam. Superbia operis est: q̄n homo exteriori quadā superbia vt magnus appareat: agit. de qua idem psalmista ait: Nō habitabit in medio domus mee: qui facit superbiā. Superbia habitus est: q̄n hō vt gloriosus videatur: p̄cciosis se ornat vestibus. Un̄ paulus. Nō in veste p̄ciosa. Et dñs. Qui mollibus vestiūtur in domib⁹ regū sunt: vbi superbia abūdat. Sunt autē quinq̄: q̄ adtenedium tam mortifere pestis/a dño rationali aīe sunt posita: locus/corpus/tentatio diaboli/p̄dicatio christi/⁊ eius cōuersatio. Locus/quia ei filiū: corpus/q: onerosum: tentatio/quia inquietat: christi p̄dicatio/q: edificat: ⁊ eius cōuersatio/q: informat. Dis quasi q̄q̄z sensibus deus humiliratē operat in anima. Sicut enim aīa vita est corporis: ita deus vita est anime: ⁊ sicut corpus mortuū est q̄ per quinq̄ sensus ab anima nō vegetatur ita anima mortua est que per hec a dño non humiliatur. Ecclī.ſ. Pſal. cxxxvij. Job.xlj. Lañ.vj.

¶Sermo.iiij.

Ntrauit iesus in quoddā castellum: ⁊ mulier quedā martha noīe/excepit illū in domū suā. Castellum vbi christus intrauit volūtaria est paupertas: q̄ habitatores suos a gemina impugnatione: qua hui⁹ mundi amatores expugnant: reddit securos: scz p̄p̄ia inuidia ⁊ aliena. Pauptas em̄ duz putat misera: aliena caret inuidia: ⁊ q: est volūtaria: nemini q̄q̄ inuidet. Due iste sorores: duas vitas amatorū paupratis significāt. Quidā cū martha soliciti dño iesu duo pulmētaria p̄parāt: scz correctionē operis cū salsamēto cōtritionis: ⁊ opus pietatis cū cōdimēto deuotionis. Ibi vo qui cū maria soli deo vacāt: cōsiderātes quid sit deus in mūdo: quid in hoībus: q̄d in angelis: quid in seipso: quid in reprobis: cōtemplātur q: deus est mundi rector: ⁊ gubernator: hominū liberator: et adiutor: angelo⁹ sapor et decor: in seipso p̄incipiū ⁊ finis: reproboꝝ terror: ⁊ horror. In creaturis mirabilis: in hoībus amabilis: in angelis desiderabilis: in seipso incōprehensibilis: in reprobis intolerabilis. Ecclī.ſ.

¶Sermo.v.

Jes dici cruciat verbū. Dies dici/angelus virgini. Dies angelus p̄pter beatitudinez: virgo dies p̄pter integritatis fructē. Et nox nocti indicat sciētiā. Serpēs nox p̄pter malitiā: mulier nox p̄pter ignorātiā. Dies dici cruciat verbū. Deitas virginitati de vtero paterne maiestatis: in vtero materne integritat. Aliter. Dies dici cruciat verbum: deus pater anime rationali per fidē illuminate. Et nox nocti indicat sciētiam: creatura rationalis/anime rationali nondū per fidē illuminate. Unde apls. Inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciūtur Pſ. xviij. Rom.ſ.

a creatura mūdi. Undenos dicimus verbū indicatum: verbū inspiratū: verbū eructuatū. Primū fecit cognitionem: scōm cōuersionē: tertiū viuificationē. Primū obfuit: scōm nō profuit: tertiū viuificauit. Primū obfuit: quia cū cognouissent deū: nō sicut deū glorificauerūt: aut gratias egerūt: sed euanuerūt in cogitationib⁹ suis: ⁊ obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Scōm nō profuit: q: non data est lex que posset viuificare. Tertiū viuificauit: q: p crucem redemit. Primū totū de foris: scōm foris ⁊ intus: tertiū totū intus. Et nota q: qō eructuatur: de plenitudine eructuātis cū quodā ipsius substātie sapore ꝑferk: ⁊ idcirco sapiēcia incarnata dr: habēs in se oēm plenitudinē. Ubi.ō. Osee.vj

Jn miraculis cognitionē: in doctrina cōuersionē: in passione viuificationē. Unde ait ꝓphera. Venite ⁊ reuertamur ad dñm: q: ipse cepit ⁊ sanabit nos: percutiet ⁊ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: scz cognitiōis ⁊ cōuersionis: in die tertia suscitabit nos: voce verbi incarnati per primā suā resurrectionē: ⁊ viuemus in cōspectu eius viuificati p̄ passionē: serenius illuminati p̄ miraculoꝝ cognitione: sequemurq̄ vt cognoscam⁹ dñm: instructi per doctrine conuersionem. ¶Sermo.vj. A Lañ.iij.

Gredimini filie syon: ⁊ videte regē salomonē. Nō dicit ecclesiastes aut ydidan. Nā ⁊ his nominib⁹ appellat⁹ est rex ille: ⁊ significat iesuz christum nostrū verū salomonē: qui est salomō. i. pacificus in exilio: ecclesiastes. i. concionator: in iudicio: ydida. i. dilect⁹ dñi in regno. Ubiq̄ rex. In exilio rector: moꝛuz: in iudicio discretor: meritoꝝ: in regno distributor: premioꝝ. In exilio māsuetus: in iudicio iustus: in regno gloriosus. In exilio amabilis: in iudicio terribilis: in regno ammirabilis. In diademate quo coronauit eum mater sua. Est aūt hec corona misericordie: ⁊ in hac imitabilis. Coronauit eū ⁊ nouerca sua corona miserie: ⁊ in hac cōemptibilis. Synagogā loquor: q̄ se ei nō matrē exhibuit: sed nouercā. Coronabit eū familia sua corona iustitie: ⁊ hac terribilis. Coronat eū pater suus corona gloꝛie: ⁊ in hac desiderabilis. Videāt ergo eū petōres in corona miserie. i. spinea: ⁊ cōpungant. Videāt eū filie syon anime affectuose in corona misericordie: ⁊ imitentur. Ui debūt eū impij in corona iustitie: ⁊ peribūt. Uidebūt eū sancti in corona gloꝛie: ⁊ ꝓpetualiter gaudebūt. Egredimini filie syon: anime delicate de sensu carnis/ad intellectum mentis: de seruitute carnalis cōcupiscētie/ad liberatē spiritalis intelligētie: ⁊ videte regē salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua. Coronant̄ quidē et alij imitatores ipsi⁹: sed b ex industria adiuti per gratiā. Solus iste a matre coronat⁹ est: q: solus cū ordinatis affectionib⁹/tanq̄ spōsus et thalamo ꝓcessit ex vtero matris. Sunt aūt affectiones iste quattuoꝛ: notissime: amoꝛ ⁊ letitia: timoꝛ ⁊ tristicia. Absq̄ his nō subsistit humana aīa: sed quibusdā sunt in coronā: quibusdā in cōfusionē. Purgate em̄ ⁊ ordinate: gloriosam in virtutū coꝛona redduntanimā. Inordinate: per cōfusionē delectam ⁊ ignominiosam. Purgant aūt sic. Si amātur q̄ amāda sunt: si magis amātur q̄ magis amāda sunt: si nō amātur q̄ amāda nō sunt: amoꝛ purgat⁹ erit. Sic ⁊ de ceteris. ¶Ordinantur aūt sic. In initio timoꝛ: deinde letitia: post tristicia: in cōsummatiōe amoꝛ. Cōpositio quarū talis est. De timoꝛe ⁊ letitia nascit ꝓudētia: ⁊ est timoꝛ causa ꝓudentie: letitia fructꝰ. De letitia ⁊ tristicia nascit rēperātia: cuius est tristicia causa: letitia fructus. De tristicia ⁊ amoꝛe nascitur fortitudo: ⁊ est tristicia causa fortitudinis: amoꝛ fructus. Claudit̄ circulus coꝛone. De amoꝛe et timoꝛe nascitur iustitia: et est timoꝛ causa iustitie: amoꝛ fructus. ¶Cōsidera ergo quō iste affectiones ordinate virtutes sunt: inordinate perturbationes. Si timoꝛ sequat̄ tristicia: desperatione generat: si amoꝛ letitia: dissolutionez. Sequat̄ ergo timoꝛ letitia: q: timoꝛ futura cauet: letitia de ꝓsenti gaudet: ꝓudētia cautele finē letitia possidet. Probet ergo letitia timoꝛē. Probat⁹ timoꝛ: nihil aliud q̄ ꝓudentia est. Comitetur letitia tristitia: q: moderate lesta amplectitur: qui tristia reminiscit. Teneret ergo letitia tristicia: tēperata letitia nihil aliud q̄ tēperantia est. Jungat̄ amoꝛ: tristicie: q: fortiter sustinet tristia: qui per amoꝛē que sunt amāda: desiderat. Confortet ergo amoꝛ tristiciā: cōfortata vo tristicia nihil aliud q̄ fortitudo est. Jungat̄ amoꝛ: timoꝛi: q: ordinate amādis inhereat qui timenda nō negligit. Ordinet ergo amoꝛ timoꝛē: ordinat⁹ timoꝛ: nihil aliud q̄ iustitia est. Due affectiones letitia et tristitia nō se extendunt ad alia: in nobis em̄ letamur: ⁊ in nobis tristamur. Amoꝛ: et timoꝛ ad alia se extendunt. Timoꝛ em̄ affectio est naturalis: que nos cōiungit superiori per inferiorē partē: ⁊ habet se ad solū deū. Amoꝛ affectio est: que nos coniungit supiori ⁊ inferiori ⁊ equali: et habet se ad deum et proximū. In his autē duobus perfecta cōsistit iustitia: vt timeamus deū ꝓpter potētia: amemus ꝓpter bonitatē: ⁊ proximū ꝓpter nature societatē. ¶Sermo.vij. D

Uid est q̄ dicimus beatā mariā purificari? Quid vo q̄ ipsum iesuz dicimus circūcidi? Uniuerū tam nō indiguit illa purificatiōe: q̄ nec ille circūcisione. Nonne ergo ⁊ hic circūciditur: ⁊ illa purificat: p̄debētes exemplū penitētib⁹: vt a viris cōtinentes: p̄mū per ipsam continentiam circumcidamur: deinde a commissis per penitētiam purificemur. ¶Sermo.viij. E

Uid est aūt q̄ maria portat iesum in vtero: ioseph in humero/in egyptum sciens ⁊ inde rediens: symeon portat in brachijs? Significant isti tres/tres electoꝝ ordines. maria/ꝑdicatores: ioseph penitentes: symeon bonos operatores. Qui em̄ alijs euāgelizat: quasi iesuz i vtero portat: vt eū alijs vel poti⁹ alios ei pariat. De talib⁹ erat beat⁹ paulus q̄ dicebat: Filioli mei quos iterū parturio: donec christ⁹ formet in vobis. Qui vo ꝑ christo laborib⁹ fatigātur: q̄ ꝑsecutiones patiunt̄: q: nulli mala inferūt: sed ab alijs illata patiēter ferūt: merito isti portare eū in humeris dicūtur: quib⁹ ⁊ ab ipsa veritate dr: Qui vult venire post me abneget semetipm ⁊c. Si q̄o aūt est q̄ portigat panē esurienti: potū sitienti: cet̄eraq̄ misericordie opa solicite impēdat egenti: nōne iste recte videtur eū portare in brachijs? Huiusmodi em̄ dicturus est in iudicio dñs. Quādiu fecistis vni ex minimis meis: mihi fecistis. ¶Sermo.ix. Luce.ix. mat. xxv

Apiētia edificauit sibi domū ⁊c. Cū multis modis sapiētia intelligat: querēdū est q̄ sapientia edificauit sibi domuz. Dicit em̄ sapiētia carnis que inimica est deo: ⁊ sapiētia hui⁹ mūdi/q̄ stulticia est apud deum: vtraq̄ ista fm̄ iacobū apl̄m/terrena est: aīalis: diabolica. Scōm hāc sapiētiā dicunt sapientes vt faciāt mala: bñ aūt facere nesciūt: ⁊ in ipsa sua sapiētia arguunt̄ ⁊ perdunt̄: sicut scriptū est. Cōp: ehēdā sapientes in astutia eoꝝ: ⁊ perdā sapientiā sapientiū: ⁊ prudētiā prudentiū reprobabo. Et vnq̄ talib⁹ sapientib⁹ videtur mihi digne ⁊ cōpetenter dictū salomonis aptari: quo ait Est malicia quā vidi sub sole: virum qui videt apud se sapiēs esse. Nulla talis sapiētia sive carnis/sive mūdi edificat: immo destruit quācunq̄ domuz inhabitat. Est ergo alia sapiētia que desursum est: primū quidē pudica: deinde pacifica. Hic est christus dei virtus ⁊ dei sapientia: de quo apl̄s. Qui factus est (inquit) nobis sapiēcia a deo ⁊ iustitia: ⁊ sanctificatio ⁊ redēptio. Hec itaq̄ sapiētia que dei erat: ⁊ deus erat/de sinu patris ad nos veniens: edificauit sibi domū: ipsam scz matrē suā virginem mariam: in qua septē colūnas excidit. Quid est in ea septē columnas excidere: nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide et operibus preparare? ¶Numerus ternarius numerus ad fidē ꝓpter sanctā trinitatē: quaternarius primer ad mores/ꝓpter q̄tuoꝛ: principales virtutes. Cū aūt in beata maria sancta trinitas fuerit: fuerit dico p̄ presentiā maiestatis: vbi solus filius erat per susceptionē humanitatis Jaco.iij. Deu. iiij Job.v. ſ. Lo. ſ. Jaco.iij. ſ. Lo. ſ. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

restatur nūciūs celestis qui ei arcana mysteria reserans/ait: Aue gratia plena dñs tecū. Et post pauca. Spūssanctus supuenier in te:ꝛ virtꝰ altissimi obūbrabit tibi. Ecce habes dñm: habes virtutē altissimi: habes spūssancū: habes patrē ꝛ filiū ꝛ spiritūsanctum. Neq; em̄ pōt esse aut pater sine filio: aut sine patre filiꝰ: aut sine vtroq; procedens ab vtroq; spūssancꝰ: ipso filio dicēre: Ego in patre ꝛ pater in me est. Et iterū. Pater aūt in me maneno: ipse facit opera. Manifestū est fuisse in corde virginis fidez sancte trinitatis. ¶ Utrū aūt ꝛ quattuo: pncipales vtutes/tanq̄ quattuo: colūnas possederit: inquisitione dignū videt. Primū ergo videamus an fortitudinē habuerit. Que nimirū virtus/quomodo illi abesse potuit: que abiecꝫ secularib⁹ pōpis: spretisq; voluptatib⁹ carnis: soli deo in virginitate viuere ꝓposuit: Nisi fallo: hec vgo est que apud salomonē legitur. Mulierē fortē quis inueniet: Procul ꝛ de vltimis finib⁹ pretiū ei⁹. Que adeo fortis fuit: vt illius serpētis caput cōtereret: cui a dño dictū est. Inimicitias ponā inter te ꝛ mulierē: ꝛ inter semē tuū ꝛ semē illius. Ipsa cōteret caput tuum. Porro q̄ temperans prudēs ꝛ iusta fuerit: ex angeli collocutione/et sua ipsius respōsione luce clarius comprobamus. Salutata quippe tam venerabiliter ab angelo: Aue gratia plena dñs tecū: nō se extulit quasi que ex singulari gratie priuilegio bñdicerētur: sed siluit ꝛ qualis esset insolita hec salutatio secū cogitauit. Qua in re quid nisi tēperans fuit? At vo cū de celestib⁹ mysteriis ab eodē angelo doceret: diligēter quesiuit/quomodo conciperet ac pareret: que virū vnq̄ nō cognosceret: ꝛ in hoc sine dubio prudens extitit. Justicie aūt prefert insigne: vbi se ancillā dñi cōfitetur. Nam q̄ iustꝰ sit cōfessio: restat qui ait: Uerūtamen iusti cōfitebunt nomini tuo: ꝛ habitabūt recti cum vultu tuo. Et alibi iustis dr: Et dicetis in cōfessione opera dñi vniuersa bona valde. ¶ Fuit igit beata virgo maria fortis in ppōsito: tēperans in silentio: prudēs in interrogatione: iusta in cōfessione. His itaq; quattuo: morum colūnis/ꝛ tribus fidei pdictis/extruxit in ea sibi domū sapiētia celestis: que adeo mentē eius repleuit: vt de plenitudine mentis fecundaret ꝛ caro: ac virgo singulari gratia eandē ipsam sapientiā carne tectā pareret: quā prius mente pura cōceperat. Nos q̄s si eiusdē sapiētie fieri domus volumus: necesse est vt eisdē septē colūnis extruamur. i. vt fide ꝛ moꝛib⁹ ei preparemur. Et in moꝛib⁹ quidē solā puto sufficere iusticiā: ceteris mī virtutib⁹ circumfultā. Itaq; ne erroꝛe fallatur atq; fortitudo: me fortē labatur vel in dexterā vel in sinistrā partē declinādo.

¶ Sermo.x.

ET vocabitur nomē eius admirabilis/consiliarius/deus/fortis/pater futuri seculi/princeps pacis. Admirabilis est i natiuitate: cōsiliarius in predicatione: deus in operatione: fortis in passione: pater futuri seculi in resurrectione: princeps pacis in ppetua beatitudine. Hec etiaz noīa possunt ei cōgrue assignari in opere nostre salutis. Nā primo dr admirabilis in cōuersione nostre voluntatis: q̄ mutatio est soli⁹ dextre excelsi. Postmodū dr: cōsiliarius in revelatiōe sue volūtatis: q̄s revelat q̄d sequendū sit iaz cōuersis. Un paulus cōuersus dicebat: Dñe q̄d me vis facere? Conuersi aūt necesse est cōpungaꝫ ꝓ ꝓteritis delictis: in quoꝛ remissione dr deus: cuius tm̄ est peccata remittere. Unde est q̄ saluatoꝛe nostro in terra remittēre peccata: indei dicunt cū blasphemare: quasi qui assumeret sibi q̄d erat solius dei. Quarto dr fortis. Juxta sententiā em̄ apostoli/necesse est vt oēs qui pieVo iunt viuere in chriſto iesu: persecutionem patiātur. Sed quis sustineret: nisi ille iuuaret? Un Dauid. Nisi q: dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aīa mea. Cum ergo nos in tribulatione ꝓtegit: cū ipsas aerias potestates arcet a nobis ac repellit: q̄d aliud in hoc operē dici potest nisi fortis? Unde dicuꝫ est. Dñs fortis ꝛ potens: dñs potēs in prelio. Et quoniā ipsa conuersio ꝛ vita nostra in chriſto agenda est nō intuitu temporaliū rerū: sed spe futuroꝝ bonoꝝ: ideo quinto loco ponitur pater futuri seculi. Pater fez in regeneratione coꝛpoꝝ nostroꝝ. Quia vo omnes quidē resurgemus: sed nō oēs immutabimur: vt discernat immutatione iustoꝝ ab iniquorū resurrectione: ponitur sexto loco princeps pacis. Qua obtēta/tota perfectio impletur: nec iam vltra aliud q̄ꝫ apperendū relinquitur. Ipsa est enim in cuius exultatione cōcinit psalmista dicēs: Lauda hierusalē dominū: lauda deum tuū syon. Quoniā cōfortauit seras portarū tuarū: benedixit filiis tuis in te: qui posuit fines tuos pacē. Notum fez nominū cōsequentiā ꝛ virtutem breuiter atq; eleganter comprehēdit vno nomine angelus loquēs ad ioseph. Et vocabis (inquit) nomen eius iesum. Cuius videlz nominis exponens rationem: Ipse enim ait: saluum faciet populum suum a peccatis eoꝝ. ¶ Sermo.xi.

IJlius dei apparuit vt nos adiuuaret et eruderet: quod potest: quia est virtus patris et sapientia. Virtus adiuuat: sapientia erudit et informat. Infirmitati auxilium est necessarium. Cecitas eruditione indiget ꝛ doctrina. Eruditus sane faciens abnegare impietatē et secularia desideria: vt sobrie et iuste et pie viuamus. Impietas erat incredulitas: quia deū nec credebamus: nec colebamus. Deum em̄ sicut piū est colere: sic impiū est abnegare. Secularia desideria sunt cōcupiscētia carnis: cōcupiscentia oculoꝝ: superbia vite: que trahunt et inclinat ad amoꝛe seculi. Istis abnegaris/viuit hō sobrie: refrenans cōcupiscentiā carnis: cōcupiscentiā oculoꝝ: superbiā vite. Postq̄ vo incipit esse sobrius: cōtra duplicē ebrietatē duplicē ponit sobrietatē. Ebrietas exterioꝛ: voluptatū effusio: interioꝛ: curiositatū occupatio. Ecōtra sobrietas exterioꝛ/voluptatū refrenatio: interioꝛ/curiositatū exclusio. Ita vinit hō sobrie quantū ad seipsum: iuste quātum ad proximū: cui exhibet quod iustū est. ¶ Justicia est in duobus: in innocētia/ꝛ in beneficientia. Innocētia iusticiā inchoat: beneficiētia cōsummat. Pie quantū ad deū. Pietas est in duob⁹: vt de nobis nō presumamus: sed in deo perfecte cōfidamus: vt p̄ eū omnia mūdi impedimēta vincamus. In deo nō est diffidendū: sed securē ꝛ fiducialiter est agendū. Ipse tanq̄ pius ꝛ laudabilis medicus prius bibit potionē quā parabat suis. i. passionē ꝛ mortē sustinuit: ꝛ sic sanitatē immoꝛtalitatis accepit et impassibilitatis: docens suos vt cōfidenter biberēt potionē que generat sanitatē et vitam: et qui post passionē vita eterna vinit: spem dat nobis vt idem speremus ab eo securi.

¶ Sermo.xii.

PRantibi posite lapidee sex hydrie ꝓ purificationē iudeoꝝ. Intelligamus has sex hydrias positas/esse sex observātias seruis dei ꝓpositas: in quibus tanq̄ iudei purificari debeant. Sunt autē iste: silentiū/psalmodia/vigilie/ieiuniū/opus manuū/carnis mundicia. In hydria silētij purificamur a peccatis: que verbo siue cogitatione cōtraximus. Cuius vitij sunt octo species. Est em̄ verbū stultū/vanū/mendax/ociosum/dolosum/maledicū/impudicū/exculatoꝛiū. Que nimirū pestis de loquacitate nascitur: ꝛ per silentij censurā/aut euertitur funditꝰ: aut certe ne multū noceat reprimitur. In psalmodia fit duplex cōfessio: vbi ꝛ peccatoꝝ: de culpis cōpungitur: ꝛ deo laudes super iudicia iusticie sue dicūtur. In hac ergo hydria iudeus quisq̄/qui sex recte cōstituta purificatur ab immūdo spiritu blasphemie: cui ante cōuersionē subiacebat. Dū em̄ seipsuz laudaret ac deū accusaret: quid aliud q̄ blasphemꝰ erat? An nō sunt blasphemi q̄ dicūt: nō est equa via dñi? An nō insipiens ille blasphemus: q̄ dicit in coꝛde suo nō est deus? Jam vo cōuersus ꝛ confessus canticisq; diuinis instructus: coꝛrecta vita coꝛrigit et verba;

secq̄ ipsum accusans mala sibi cōputat: deū aūt laudās/bonū q̄ in se videt: nō sibi sed illi applicat: ꝛ hoc totum agitur in psalmodia. Per psalmodiā accipe quicq̄d deo agitur cū mētis melodia: siue sint psalmi: siue hymni: siue etiā quecūq; cārica. Tertia hydria posui superius vigilias: has semp debet comitari oratiōnū instātia. Unde ꝛ dñs in euāgelio legitur in oratione pnoctasse: ꝛ discipulos suos exhortās vtriusq; simul cōiunxit dicēs: Uigilate ꝛ orate: vt nō intretis in tēptatiōē. Tales vigilie abluūt nos a sordib⁹/quas cōtraximus p̄ somnolentiā resoluti dū obliuione quadā a via salutis intepuimus ac toꝛpuimus. Quarta hydria est ieiuniū: de quo q̄s dubitet an ꝛ ipsum purificet? Uera est illa sententia: cōtrarijs curātur cōtraria. Si ergo per gulā peccauimus ꝛ ingluuiē: quid restat nisi vt per abstinentiā reparemur? Nec solū huius vitij fit per ieiuniū purificatio: insup ꝛ virtus ad expellēdos demones cōparatur: dicēte dño. Hoc genus in nullo pōt exire: nisi in oratione ꝛ ieiunio. Sequit̄ quinta hydria que dr opus manuū. In quo si querat an sit aliqua purificatio: facile pōt inueniri q̄ multa. Nam vt plurima pretereā: hoc solū quāri sit preconij: quante gratie: quis digne estimet suo se quēq; laboꝛe trāsigere: ac nulli⁹ alij quid desiderare: Ac ne me quisq̄ puter hec magis declamatoꝛie q̄ꝫ ex veritate ꝓferre: audiat ipsum doctoꝛem nostrū in fide ꝛ veritate apostolū paulū scribentē ad thessalonicēses: hec ipsa docentē ꝛ precipientem. Rogamus vos (inquit) fratres vt abūdetis magis ꝛ operam detis vt quieti sitis: ꝛ vt vestrū negociū agatis: ꝛ operamini manib⁹ vestris ꝓcipimus vobis: ꝛ vt honeste ambuletis ad eos q̄ foris sunt: ꝛ nullius aliq̄d desideretis. Audiat eūdem ipsum facientē que docebat. Ipsi em̄ scitis (inquit) quēadmodū oporteat vos imitari nos: qm̄ non inquieti fuimus inter vos: neq; panē gratis manducauimus ab aliquo: sed in laboꝛe ꝛ fatigatione: nocte ꝛ die operātes ne quē vestrū grauaremus. Jte audiat docētē que faciebat. Cum essemus apud vos: hec denūciabamus vobis: qm̄ si quis nō vult operari nec mādūcet. Uides q̄ solicite obseruandū ꝓcepit doctoꝛ: genius opus manuum: Cur hoc tantopere curauit: nisi q: sicut bonus ꝛ diligēs pastoꝛ: hoc ouiū saluti plurimū expedire ꝓuidit? Restat vltia carnis mūdicia. In hac fit purificatio ab illa q̄nq; partita coꝛpis illecebra: visus/auditus/gustus/odoratꝰ tactus. Et cetera quidē predicta: idest silentium/psalmodia/vigilie/ieiuniū/opus manuū: exerceri sine ista possunt: sed si iuuabi ꝓcincti nō sint. i. si defit carnis mundicia lucerne ardētes quid ꝓderunt? Unde ergo colligēdū est/q̄ sit necessaria huius hydrie purificatio: q̄ sola omnibus supradictis equipollentem obtinet vim saluris.

¶ Et notādū q̄ in his oībus obseruātijs/quattuoꝛ prīmas debemus nobis: quintā proximo: sextā deo. Nā silentium/psalmodiā/vigilias/ieiuniū/debet quisq̄ exercere ꝓpter seipsum: hoc est ꝓpter suam disciplinā: opus manuū ꝓpter proximū ne q̄ gravet: sed magis habeat vñ tribuat necessitatē patiēti: carnis mūdiciā ꝓpter deū: vt illi placeat: ꝛ eius volūtatē faciat. Un scriptū est. Hec est em̄ volūtas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisq; vestrū vas suū possidere in sanctificatione ꝛ honoꝛe. Dō aūt ille hydrie/lapidee dicunt: significat q̄ sine aliqua difficultate obseruari nō possunt: ꝛ q̄ dura ꝛ aspera est via q̄ ducit ad vitam. Uel certe lapidee dicūtur ꝓpter fortitudinē: ne facile frāgant: aut dissoluant: ꝛ effundat liquoꝛ: gre q̄ in eis continet: qō vtiq; cito ꝓgere posset: si vel ficticles essent: vel lignee: seu cuiusliber alteri⁹ fragilis materie. Uel etiā lapidee. i. chriſtiane a lapide chriſto: vt sez i fide chriſti fiāt.

¶ Sermo.xiii.

DIcite⁹ singule metretas binas vel ternas. Dic primū sciendū est q̄ hmōi hydrie aliq̄n sunt vacue: aliquādo sunt plene. Plene autem aliquādo veneno: aliquādo aqua; interdum etiā vino. Uacue quippe ꝛ inanes sunt: cum proinani gloꝛia/vel aliquo tēpoꝛali emolumēto flūt. Plene veneno sunt: si cuz murmure/ꝛ animi rancoꝛe gerantur. Aqua plene dicūtur: cū ex timoꝛe dei obseruanꝫ. Siquidē per aquā timoꝛ intelligitur. Un ꝛ apud salomonē legitur: Timoꝛ dñi fons vite. Uino aūt plene sunt: cum timoꝛ vertitur in amoꝛē: cū charitas excludit timoꝛē: cū ea que ꝓius obseruabātur timoꝛe pene: iam exercenꝫ delectatioe ꝛ amoꝛe iusticie. Ut vacue vel veneno infecte sint nō vult dñs. vt impleantur aqua iubet dñs: vt aūt aqua in vinum vertatur: hoc facit dñs: sed quibus implere hydrias aqua imperat dñs? Ministris vtiq; quos ꝛ constituit super familiā suā: vt dent illis in tēpoꝛe tritici mensurā: quibus tñ maria ꝓmū suggesserit dicēs: Quodcūq; dixerit vobis facite. Quo exēplo innuitur q̄ officiū predicationis nō debēt vsurpare sibi: nisi quos maria: idest mater gratie ꝓius instituerit. Alioquin dicetur eis. Regnauerūt ꝛ nō ex me: principes exiterūt: ꝛ ego ignoraui ¶ Implent ergo ministri hydrias aqua: predicant mira de dulcedine regni: intētant horrēda de terroꝛe: supplicij: sic summis auditoꝛib⁹ de vtroq; timoꝛe: ne vel illo fraudētur: vel isto plectant: ꝛ ita capiūt hydrie metretas binas. Quid est autē vel ternas? Addatur illis duob⁹ tertius timoꝛ: ꝛ capiūt hydrie metretas ternas. Et illi quidez duo predicti timoꝛes de futuro/sunt valde viles. Sed est alius timoꝛ de presenti multo ꝓbabilioꝛ: quo timet homoꝛ: ꝛ semper est pauidus: ne interna gratia deseraꝫ. Quisq̄s igitur hoc timoꝛe repletus fuerit: ꝓfecto binis metretas ternas addidit. Norādum autē q̄ cuz hydrie plene facte sunt vsq; ad summū: tūc aqua versa est in vinū bonū: q: nūmirū oꝛdo rationis est: vt si timoꝛ: est initiū charitatis: perfectū sequatur etiā plenitudo dilectionis. Un etiā archiſtriclinus dicit ad sp̄osuz. Omnis hō primū vinū bonū ponit: ꝛ cū inebriati fuerint: tunc id qō deterius est. Tu autē seruasti vinū bonū vsq; adhuc. Consuetudinis est secularīū hominū: vt cū aliquē honoꝛem adipisci desiderant: ceteros sibi ꝓius per amoꝛē acquirāt. Cum vo adepti fuerint: elati pōtestare/eos ipsos per timoꝛē sibi postmodū subiiciāt: quib⁹ prius priuati nō terroꝛe: sed amoꝛe exhibuerant. Isti ponūt primū bonū vinū. i. amoꝛē: ꝛ cū inebriati fuerint: tunc id qō deterius est. i. timoꝛē. Ecōtrario facit sp̄osus noster. Semper em̄ seruat ad vltimū bonū vinū: quod vo in eius cōparatione deterius est: anteꝓpinat dicens: Fili accedens ad seruitutem dei: sta in timoꝛe. Si ex timoꝛe te feceris ipsius seruum: faciet te ex charitate amicū suū. Et sic aqua timoꝛis/cōmutabitur in vinū dilectionis. Ad hoc enim purificaris in illis sex hydrijs aquis timoꝛis: ad hoc in timoꝛe accedis ad ipsum tanq̄ seruus ad dñm: vt de seruo ꝓmoueaꝛis in filium.

¶ Sermo.xiiii.

ECce vicit leo de tribu iuda: radix dauid aperire libꝝ̄: ꝛ soluere septē signacula eius. Septem signacula sunt: tempoꝛalis natiuitas/legalis circūcisio/matris purgatio/fuga in egyptum/carnis necessitudo/baptismus/passio. Hec siquidē sunt vere quedam humanitatis insignia: quibus se teneri alligari voluit incarnata dei sapientia. Ipsa quippe est tertia in trinitate persona: et licet eandem incarnationez simul fecerint pater et filius ꝛ spiritussanctus: non tamen pater aut spiritussanctus est incarnatus: sed solus filiꝰ. Impleuit quidem ꝛ pater ꝛ spiritussanctus carnē filij: a quo neuter eoꝝ potuerat separari: sed impleuit maiestate: nō susceptione. Ideoq; filius ostendit in carne potentiā patris per opera: exhibuit bonitatē spiritussancti/remittēdo peccata: ꝛ qō ipse erat. i. sapiētia/occultauit per illa predicta signacula. Facta est igitur res mira ꝛ obstupenda. In firmata est virtus summa: ꝛ (vt ita dicā) si dici liceat: quod tamē reuerēter dico: quasi infatuata est sapientia. Nec erubesco dicere: quod nō erubuit doctoꝛ gētium docere. Sic nēpe credidit: sic docuit: sic scriptum re

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſ. Cor.ij. liquit. Nos (cũqnit) ꝓdicamus christũ crucifixũ: iudeis quidẽ scandalũ: gentibus aũt stulticiã: ipsis autẽ vocatis iudeis atq; grecis: christũ dei virtutẽ: ⁊ dei sapientiã: q; qđ stultũ est dei/sapiẽtius est hoibus: ⁊ qđ infirmum est dei/fortius est hoibus. Verũtamẽ hec virtus absc̃ôdêda erat: ⁊ in humilitate perficiẽda: vt oĩa implerent ꝙcũq; scripta ꝓphetarũ. Passus est ergo in cruce impassibilis deꝰ: ⁊ in carnẽ nostra mortali mortuꝰ ac sepultꝰ immortalis dei filiꝰ. Sed ecce tertia die resurrexit a mortuis: ⁊ q̃ agnus extitit in passione: leo factus est in resurrectione. Surrexit ⁊ vicit leo de tribu iuda: quia mortẽ quã ex infirmitate nostra pertulit: ex virtute sua resurgendo calcauit.

Ro. vj. Resurgẽs em a mortuis iã nõ moritur: mors illi vltra nõ dominabit. Resurgẽdo aũt/⁊ in celũ ascẽdendo librum aperuit: q; nimirum ex autoritate sacre scripture: ꝙ deus esset innotuit. Vñ scriptũ est. Exaltare sup celos deus: ⁊ super oẽm terram gloria tua. Seprẽ quoq; eiusdem libri signacula soluit: qñ eloquia sacra fideliũ mentibꝰ reserauit: ⁊ quicq̃d de mysteriis suis lex ⁊ ꝓphete sub allegoriis prędixerãt: de hiis scz q̃ per hoiem tẽporaliter gessit: de se ꝑdicta/⁊ in se/ac p se cõpleta: luce clariꝰ indicauit.

¶ Sermo.xv.

B ¶ Minuendi sanguinis duplex est causa. Interdū qualitas: interdū quātitas obest. Nec min⁹ pniciosa ī moderata abūdantia: q̄ corruptio. Liber meus est iste. Sāguis aīe mee volūtas. Nature siq̄dē cognat⁹ p̄ ceteris humoribus sanguis dr: ⁊ aīe vita in volūtate est. Minuatur ḡ ꝓaua volūtas: que mor: bi cā est spiritalis. Minuatur in quā dū penit⁹ exhauriri criccariq; nō pōt. Scindak ⁊ aperiak vena ferro cōpūctiōis: vt pcti ⁊ fi nō oīs sensus: cerre ꝓsensus effluat ⁊ abiciak. An dubitas inueniri ⁊ in aia/sanguinis nō inutilis inutilē abūdantiā? Audi sapientes medicū: q̄ ipm docet iusticie sanguinē minuendū. Noli
Eccs. vij Ro. xij. inq̄t nimiū esse iustus. Simile est ⁊ illud apli. Nō plus sape q̄ op⁊: sed sapere ad sobrietatē. Cui putas vene parcē dū est: si ⁊ iusticia/⁊ sapia egēt minutiōe? Quis em̄ sanguis vtilior? Illud tm̄ memēto: nec nimis iustū/iustū: nec ebriā (vt ita loquar) sapiam op⁊ sapientiā noīari. Sic nimirū ⁊ in sanguine corpis inuenire est: vbi excreuerit nimis: nō iam nutrimentū afferre corpori: sed detrimētū. Quāobrē si peccare delectat adhuc sanguis vitiosus est ⁊ minuere festinato. Si vis agere pniaz: castigare vt op⁊ membra: corpus affligere: iudicare temerip̄m: vt nō iudicaris in manus dei viuētis: iustū id q̄dez: sed ne q̄d nimis. Alioq̄n repiimēdus est feruor: immoderatus ne nocetur vnitari: seruiat indiscretioni.

¶ Pars tua sumus dñe: quaz tulisti de manu amor: rei in
E Gen. xlviij. gladio ⁊ arcu tuo. Gladius tuus sermo viuus et efficax: arcus tuus incarnatio tua. Ibi em̄ velut curuato sapienDeb. iij. tie ligno: ⁊ pio quodāmodo flexa diuinitate neruus carnis vehemēter extensus ⁊ humanitas ineffabiliter aucta cognoscit. Pars ergo tua sum⁹ ꝓ populus acquisitionis
j. Pe. ij. tue: quē acq̄sisti verbo pdicatiōis: ⁊ mysterio incarnatiōis.

¶ In circūcisione dñi nec neruꝰ rūpit: nec os cōminuit: vt robustior: a queq; ⁊ firmior: a seruent illesa. Aperit aūt
D cutis: āputat caro: sanguis effundit: vt illecebrosa mollicies casliget. In carne q̄dē pctī q̄ō in ea manet intelligere por: o in cure operimētū ei⁹: in sanguine vo inēctiū. Hec igit vera circūciō spū nō lra: si velamē excusatiōis ⁊ dissimulationis p cōpunctionē cordis: ⁊ confessionem oris amoueas: si peccati ꝓsuetudinē correptione conueersionis abscindas: si denicq; vt necessariū est: occasiones quoq; pcti/⁊ fomitē fugias ꝓcupiscentiarum.

¶ Obtulerūt magi dño: aurū/thus/⁊ myrrhā. Hec forMat. ij. E tassis p loco ⁊ tpe necessaria videbant. Auri pciū ob pauperatē: myrrhe vnguēta ob infantilis: vt assolet: corpis teneritudinē: thuris odor: amētū ob fordidā stabuli mansionē. Nos vo q̄m illa iā oīa trāsierūt: offeram⁹ ei accepta
biliora munera: myrrhe vnctionē in cōtinentē sanandis vitijs: thuris speciē in suaue olēria bone fame: auri splēdorē in ꝓscie puritate: quo videlz nec de officiosa cōuersatiōe familiarē grām: nec de laudabili opinione inanē gloriam: sz honorē dei/⁊ fratrū vtilitatem q̄rere studeamus.

¶ Caueam⁹ frēs ne vasor: interim vacuo splēdore decepti: sero cōqueri habeam⁹/q̄ lāpades nre extinguūtur. Ego em̄ reor minime fuisse accēsas: q̄ tūc videnk extingui. Sic nēpe habes. Si⁹ est regnū celor̄ decē vginib⁹ q̄ ac
F Matth xxv. cipiētes lāpades suas. Accipientes dixit: nō accendētes. Quō em̄ accēderūt: q̄ nō sumpserūt oleū secuz? Aut vbi ignis materia defuit: quō ignis fuit? Ar lucet castitas etiā ex seipa. Sz quāto lucidior lāpas ardēs quā sine igne: tāto pclarior: casta gnatio cū charitate. Sic ⁊ a ceteris voluptatib⁹ rēperātia: ⁊ patiētia in aduersitatibus: honestas in cōuersatiōe: ⁊ circūspectio in sermone: elemosyna q̄ ⁊ eiusmodi opa pietatis naturali quadā placere gra/⁊ velut ingenito decore: etiā apud fatuas vgines retinere vidēnk. Ar q̄m vitrea magis q̄ ignea claritate fulgebāt: eo
G ipso lāpades suas arbitrabanē extingui: quo nimirū ima nē hūc splēdorē/ab eterna ꝓsperint luce reparabati.

¶ Quāta est miseria nostra: ⁊ indigētia nostra q̄ multiplex: etiā vbis opus habem⁹. Et cū vtriq; sit miserum:
j. Cor. ij. Lu. xvj. nō iā mirū q̄ inter nos: mirū magis q̄ etiā ad nosipsos. Nemo scit q̄ sint in hoīe: nisi spūs hois q̄ est in ipso. Chaos magnū inter nos firmatū est: nisi iteruenīte q̄ī ī strumēto vbor̄/fiat adimicē trāsitus q̄dā cor: diū in cōitatione cogitationū. Hac necessitate inuēta sunt verba. Quis nesciat? Uerūtā ⁊ nosipsos vbis iā alloq̄ necesse est. Nō
Pos. lxxix ne deo subiecta eris aīa mea: p phera ait? Ab ipso em̄ salutare meū. Et cui nō frequēter necesse est aiam reuocare suā: aduocare rōnē suā: suos cōuocare affect⁹? Cui nō apus est crebro seipm̄ ꝓuenire vbis: increpare minis: solicitare monitis: vigere accusatiōib⁹? Quinetiā ratiocī

Universidad de Deusto
Biblioteca

ps.xlij. ps.cxlv. ps.xxxix

nūs suadere expedit quale est. Ab ipso eīm salutare meū: ⁊ cōsolari aliqn iurta illud: Quare tristis es aīa mea: ⁊ cōturbas me: Et interdū velut excitare ⁊ dicere. Lauda aīa mea dñm. Et nōnūq̄ diligēcius cōmonere de qb⁹ oporteat: vt est: Iudic aīa mea dño: et noli obliuiscī oēs retributiones ei⁹. Nēpe cor meū dereliq̄t me: ⁊ necesse habeo ad meipm: imo ad me alterū loq̄. Atq̄ id interī tāto amplius: quāto min⁹ sum adhuc reuersus ad cor: reuersus in me: vnit⁹ denicq̄ mihīpsi. Nā ne inuicē q̄dē erit iā vbius vti: vbi i vnū vtiq̄ virū pfectū occurrem⁹ oēs. Opportune igīt lingue cessabūt: nec medi⁹ requirēt interpres: vbi vsq̄adeo mediū oē charitate p̄struerit ille vnic⁹ media tor: vt ⁊ nos in vnū facti sim⁹ in ipsis: q̄ vere sempiterneq̄ vnum sunt: deo patre ⁊ ipso dño iesu christo.

D Cāti.iiij. Eccs.xij ps.liiij. ps.cxl.

EI ⁊ lac sub lingua eius. Id q̄dē necesse. Nam qđ in lingua est: duruz sonat. Verba sapientis quasi stimuli: ⁊ sicut claui in altū defixi. Alius est cui⁹ molliti sunt sermones sup oleū: s̄z oleū pcōtias nō impinguet caput meū. Corripiat me magis iustus ⁊ increpet: mā hoc in mia est: q̄ illud impiguet oleū caput meū: in quo est dolus. Pulchre eīm nō molles: sed molliti dicūtur sermones: vel suasoris adulatoris: vl⁹ suasoris iniqui: q̄ fit in eis nō tam vera ⁊ solida q̄ supducta ⁊ simulata suauitas. Siquidē ipi sunt iacula. Denicq̄ sub lingua eius q̄d: Audi ꝓphetā. Labor: ⁊ dolor. Porro sub lingua eius mel ⁊ lac: q̄ in ꝛta eundē ꝓphetā/Labor: ē fingit in p̄cepto. Miraris fingere veritatē: nā mirari licet: dubitare nō licet. Si ⁊ alterum teste queris: lege in euāgelio: q: finxit se longius ire. Quidni figmentū figmento exhibeat: Siquidē ipe nouit figmentū nostrum: vtiq̄ laboris ipatiēs/dilationē nō sustinēs: fragile ad vtrūq̄. Pie q̄ puidit vt haberet pietas pmissionē vite eius que nūc est: ⁊ future: nec labor: ē veruz imponeret: sed magis fingeret in p̄cepto. Audi quō labor: ē fingere ipse se p̄dat

pō.xxxix

Mat. xj Ibidem

Tollite iugū meū sup vos: ⁊ inuenietis requiē aiab⁹ vestris. Jugū eīm meū suaue est: ⁊ onus meū leue. Quō nō fictus labor: vbi nō labor: sed requies inuenit? Jta q̄ labor: in lingua: mel sub lingua. Quid sup: a linguā? Inexplicabilia: q̄ non licet hoī loqui. Miseri q̄ solū qđ in lingua sonuit attendentes: nec qđ sub lingua reconditū: nec qđ sup: a repositū fuit: capere potuerūt. Durus est ꝺ sermo inquiūt. Durus equidē: sed tñ idē est verbū vite. Qui nō baiulat crucē suā ⁊ sequit⁹ me: nō est me dign⁹. Si q̄s venit ad me ⁊ nō odit patrē ⁊ matrē: adhuc aūt ⁊ aiam suā nō est me dignus. Quid durius poterat dici? Noli errare Lapis videt: panis est. Durus in cortice: sed suauissim⁹ in medulla. Tentat te dñs deus tuus. ſfidei exercitatio ⁊ pbatio dilectiōis/est fictio ista laboris. Esto tñ lapis sit. Tū tu credis qđ ⁊ demones credūt. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Oēs nouim⁹ quis hoc dixit. Nō dubitat ille posse solo dictu Cuncta quidez facili⁹ nihil est Jex lapide panē facere: quē filiū dei esse credit. ſfas est ⁊ ab hoste doceri. Dicam? ⁊ nos filio dei: dic vt lapides isti panes fiant. Nā ⁊ ille qui hoīm vtiq̄: nō demonū venerat in salutē: sic ꝓfutauit aduersarios vt paruulos erudiret. Non eīm dicens qđ ille voluit: sed qđ oportuit nos audire: vt videlz noster hic lapis panis fieret non illius. Non in solo inq̄t pane viuit hō: sed in oī vbo qđ ꝓcedit de ore dei. Quid tu ad hec veritatis inimice submurmuras? Nō q̄dē ipe fateris ⁊ negare oīno nō pores: potens est filius dei dicere vt lapides panes fiant. Ubi ergo ille de vbis dei ait ⁊ gn̄aliter ait: q: sic viuitur: ⁊ in talib⁹ vita spūs mei: qđ tu mihi sub fibilas ad quoduis eor dices Durus est hic sermo! Que dei filius dixit: ⁊ facta sunt alimenta vite: tu ne fata dixeris q̄ filius dei nō es. Non sum ego q̄ te arbitrer q̄ temeraria p̄sumptus rapina arbitratus es ipse esse te equalē deo: vt dicēte te panis in lapidez reuertat: qui filius dei non es: sine causa dicas vt lapides isti panes fiant. Nec minus frustra tuū nobis apponas ꝑ panē lapidē: scorpionē pro ouo: ꝑ pisce serpentez. Ue

Ibidem ⁊ deute. viij.

Phil. ij.

em̄ his q̄ panē lapidē: lapidem panē dicūt: ponētes lucē tenebras: ⁊ tenebras lucē: iugū xp̄i asperū: ⁊ esse sub sentibus delitias reputāres. Das delitias ego nolim. Opto magis gustare ⁊ videre: qm̄ suauis est dñs. Hoc eīm non frustra is ipse qui moner studuerat experiri. Denicq̄ ait. O dulcia fauc⁹ meis eloquia tua. Et rursum. O magna inq̄t multitudo dulcedinis tue dñe: quā abscōdisti timentib⁹ te. Ubi putas abscondit? Nēpe sub lingua sua: sub capite ei⁹ q̄ dicit. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illi⁹ amplexabit me. Licet eīm in ꝓmissione vite eius q̄ nūc est: dulcedo ⁊ multitudo dulcedinis: ⁊ magna q̄s et q̄ magna sit multitudo: ꝓfecto nō nō nisi in ꝓmissione future. Perfecisti inq̄t his q̄ sperāt in te: in cōspectu filioz hoīm. Quid ꝓfecit? Non est hic sermo in lingua: s̄z sup: a linguā. Jdeo eīm auris nō audit: q: nec lingua ꝓtulit: qđ ꝓparauit deus his qui diligunt eum. Nec sane in abscōdito consummatio illa: sed in ꝓspectu filioz hoīm erit. Congrue vero nō adhuc perfecturū: sed iam ꝓfecisse cuz sperantibus ait. Spe eīm salui facti sumus.

ps.cxxxix ps.xxxv. Cant. ij ps. xxx. Ro.viij. Z Ro.vj. Actuū.ij

Ter babylone ⁊ hierusalem nulla par est: s̄z guerra cōtinua. Habet vnaquęq̄ ciuitas regē suum. Rex hierusalē xp̄s dñs est: rex babylonis diabolus. Et cū alterū in iustitia: alterum in malicia reguare delectet: rex babylōis quos pōt de ciuibus hierlm p ministros suos/scz spūs imūdos seducere: vt seruire eos faciat iniquitati ad iniquitatē: in babylonē trahit. Ubi dum vnū de ciuibus suis/cōstitutus speculator: sup muros hierlm/trahi cerneret: nunciauit regi captā p̄dā in babylone duci. Rex vero hierlz aduocās spm timoris militē in talibus strenuū: vade inquit eripe p̄dā nostrā. Ille vt semp ad oīa imperata parat⁹/cū velocitate hostes psequitur: ⁊ in auribus eoz fact⁹ est repente son⁹ tanq̄ aduenientis spūs vehementis. Timor eīm super eos intonuit. ⁊ ad vocē vtutis ei⁹ hostiū robur oīne cōtremuit: quos in fugā conuersos/timor nō longius p̄secutus est: sed ereptū cōciuē reducebat ad ꝓpria. Verū vnus ex aduersarijs tristicie spūs nō erat cū eis q̄n timor aduenit. Hic cum cerneret socios subito fugientes: ab insidijs: i quib⁹ latebat: ocius aduolauit. A timore inq̄unt solo factū est istud: ⁊ est opprobriū oībus nobis. At ille Ne timeatis a timore isto. Scio eīm quid facto o pus sit. Jbo ⁊ ero spūs mēdax in angulis semitarū: ⁊ amicū me simulabo timoris. Noui eīm hoīem: nec est agendū cū eo vi: sed fraude. Uos aūt expectate finē. ſfecit vt dixerat: ⁊ viarum cōpendia captans p̄cessit timorem. Referēsq̄ iter per viā qua gradiebat timor: obuiā ei factus est: amica/sed iniqua cū eo colloq̄a cōmiscēs: ita vt seducere eum ceperit: ⁊ timor: nescio bono aio sequebat. Ꝑ spe iā erat vt eos in foueā desperatiōis spellerer. Sed spectator: regi indicat qđ agat. Rex aūt vnū de militib⁹ suis/spem scz p̄cepit accersiri: quē cū equo desiderij/⁊ ense leticie/in auxiliū iuber accelerare timoris. ſfidelis miles ad imperiū egrediēs/cū peruenisset ad locū: vibrās ensem leticie tristicia effugauit. Sicq̄ liberatū conciue ⁊ ipositū equo desiderij/p̄cedēs trahebat funiculo ꝓmissionū: ⁊ timor sequēs vigebat facto flagello de funiculis pcōtū. Ubat igitur voluntarius equus: hinc attract⁹: inde cōpulsus: s̄z in tam rapido cursu timendū ei fuerat ab incursu. Ubi et collegerunt milites babylonici cōsiliuz dicentes. Quid facimus q: sic euadit: quē tam quasi cū securitate possidebamus? Quō plausus inferni versus est in planctuz: ⁊ p solos duos milites gaudiū est i celis sup sui liberatiōe cōciuis? Quō perijt versutia diabolice fraudis? Un⁹ aūt ex eis ceteris nequior: cū sceleris huius opifex esset/pfanū ꝓtulit cōsilium dicens. Uos nescitis quicq̄/nec cogitatis: q: modo ad capiendū facilio: fit: ⁊ si captus difficilio⁹ eripi possit. Uos igit alōge ꝓsequimini: ego me in angelū lucis trāsfiguro: vt ignaros vie/tāq̄ aduenas ⁊ peregrinos docēdi simulatōe decipiā. Dūc igit i modū ꝺ spositā regi nro speculatori ānūciat venire q̄dē hoiez equo

impositū desiderij: sed plus q̄ oporteat ꝓperare: eo q̄ frenū ⁊ sella deesset. Hostes inquit alōge ꝓsequunt: alij tanq̄ inueterati malor viarum cōpedia captant. Sed ⁊ nūc vnū video/in quo armor nostror relucet effigies: a nobis nō ille exiuit. Necesse est eat q̄ interrogare nouerit eū: noster ea an aduersarior? Porro rex cui⁹ animum cura semp solicitat aīaz: duos consiliarios suos emittit: p̄udētiā ⁊ tēperātiā. Quarū tēperātia q̄dē equo frenuz discretiōis ipositū: ⁊ spē moderati⁹ cedere p̄suasit. Prudētia vo timorē increpās/⁊ arguēs ipm obtrectāt/de futuro cōmonuit: ⁊ equo sella circūspectiōis apposuit: vt nō caderet a sceleri: retro: sed retro ꝓteriti cōfessione pcti: ante meditatiōi iudicij: a finistris patiētie inniteret: a dextris humilitati. Porro spes ⁊ timor dedere calcaria: spes in dextro pede expectationē p̄mij: timor in finistro supplicij metū. Et facta mora cū aduesperasceret ⁊ inclinata esset iā dies: rursus cōgregati sunt hostes in multitudine vt dimicēt cōtra eos. Pauet timor: spes accelerat: sed vir tādē ad cōsiliū eos prudentia tēperātiaq̄ reuocauit. Et illa. Videris inq̄t q: dies p̄cessit: ⁊ nox appropinquauit: ⁊ q̄ ambulat i tenebris nescit q̄ vadat. Porro vobis grādis restat via: nec parua est hostiū multitudo. Est aūt miles q̄dā regi nostro fidelissim⁹/quē ego noui: cuius habēs ꝓpe nos positū: ⁊ firmissimū est habitaculū: q: in petra posuit nidū suū. Dirtamur ad illū si placet q: bonū est illic esse. Dō cū placuisset oībus: ⁊ ducē itineris q̄fissent: ait prudētia. Armiger meus ratio p̄cedet nos: est eīm guarus viarū/⁊ nor⁹ iusticie: vtpote consanguine⁹ ei⁹. Precedēte itaq̄ rōne: ceteris subsequētibus/ antecenit ratio: ⁊ salutata iustitia: nūciauit hospites aduentare. Queritilla q̄ sint/vñ/ad qđ venāt scisciteat. Et cū rē cognouisset: hilari vultu surgēs fugiētib⁹ occurrit cū pauc⁹: ⁊ obuiauit illis q̄si mater honorificata: susceptaq̄ aiam ab equo deposuit: ⁊ in penetralib⁹ dom⁹ auis dā collocauit. Insequit hostilis exercitus: ⁊ castrū obsidēs vndiq̄ inq̄rit si q̄s forte pateret ingressus: ac tanq̄ leo circuit querēs quē deuoret. Sed cū vndiq̄ illud munitū inueniūt: tētoria figūt: ⁊ excubias ordinār: ne quis ingredi aut egredi valeat: vt mane facto/ instructis machinis diruāt et irruāt sup eos. Interim pauor pauidita te ⁊ solicitudine nō piger/nec vnq̄ securus cōmilitones excitat: iusticiā cōuenit: de munitiōe loci/de ꝓparatione armor q̄rit: adijciēs ⁊ illud ne forte sustētatiōi deficiāt alimēta. Ad hec iustitia rndit. Situs loci: vt aīa duertere potestis: facilis ⁊ faccessibilis est: nec i armis: nec in machinis/inimicor timet i sultū. Sed q: aridus est: paucos hz indigenas: q̄s arido ordeacei panis cibo vtcūq̄ sustētat. Et nūc supsunt nobis quinq̄ panes ordeacei ⁊ duo pisces. Et tim⁹. Quid hec inq̄t sunt inter tantos? Cepit igit magis pauere ⁊ tedere: ⁊ arguēs aiam q̄ ab eq̄ desiderij descendisset. Illud sepi⁹ memorabat esse nouissima hoīs illius peiora priorib⁹. Equus eīm ille p̄repeti cursu festinus aduolabat ad vbē: nunc solius rōnis cōmissus ducatui. Ipse inq̄t videris si nō melius erat tibi tunc magis q̄ nūc. Prope iā erat: vt aduersus spē cōtraria sentiēte timor insurgeret: sed tēperātia prudētiā aduocauit. Accersita prudētia improbitatē timoris obiurgās: in aduersarios inq̄t tu? o timor! mucro desecuiat. Nescis q: rex noster rex virtutū est/dñs fortis ⁊ pōtes: dñs pōtēs in prelio: Eat igitur nūcius q̄ suor necessitates exponat: adiutoriū flagiter: auxiliator adducat. Et q̄s ire poterit ait timor: Tenebre operiūt terrā: ⁊ muros obsidet hostiū pugil multitudo: ⁊ nos ignari vie/tanq̄ in regione longinqua. Aduocauerūt igitur hospitē suū iusticiā: si quid inquiunt pores: adiuua nos. Quis⁹ illa. Bono aio estote. Est eīm mihi nūcius fidelissimus regi bene nor⁹ ⁊ curie: oratio scz q̄ in secreto noctis silentio/p ignoras semitas arcana celi penetrare/⁊ cubiculū regis adire: ⁊ opportuna importunitate piū regis animū flectere nō indoctus: supplicatiōe miserabili labor: ārib⁹ auxiliū solit⁹ impetra-

Esa.v.

Ro. xiij. Job. xxj. iij.re.xix.

Job xxxix.

Job.v.

Luce.xj.

pō.xxiij.

re. Erat ille si placet: ecce enim p̄stolo est. Cūq̄ rndissent oēs/placere: prudētia quid regi insinuet dicrante iusticia vt fideliter agat: ⁊ ne vacu⁹ reuertat⁊ pcipiente: ceteris ⁊ maxime timore/vt iter accelerarent dep̄recātib⁹: ꝑ occultos quosdā muri exit⁹ dimissus est. At ille hostiū cuneos penetrās securus: omni aue velocior/in momēto/in ictu oculi/vsq̄ ad portas noue hierusalē peuenit. Quas cum clausas repperisset ⁊ pulsasset: ianitor⁹ egre ferētib⁹ q̄ intrepeste noctis silētio ciuitatē impleret clamorib⁹: ⁊ regi ipsi importunus esse non vereret: ille pseuerabat pulsans: ⁊ amplius loquebat. Aperite mihi inq̄t portas iusticie: ⁊ ingressus in eas cōfitebor dño regi nostro in oratione meo sm multitudinez doloz meoz q̄ sunt in corde meo. Hec inq̄t porta dñi mei iusticia me misit ad vos: vt introducar ad regez: q: ad ipm habeo secreta q̄ perferā. Vox turbinis audita est in terra nostra. Et cū cognouisset nūcius esse iusticie: introduci eū p̄cepit. Ingressa oratio ad regē: ado: auit ⁊ ait: Rex in eternum viue. Et ille. Recte ne sunt oīa circa dñm tuū: ⁊ q̄ illi sunt? Et oratio. Recte dñe: vestri gra. Porro vnū ē necessariū. Seru⁹ ille vester a comib⁹ vnic⁹ miū/ad imperiū regis erept⁹/diuertit ad militē vestrum dñm meuz: ⁊ dñe mi terra illa australis ⁊ arēs est ⁊ cibū nō hz. Det dñs benedictionē/⁊ terra nostra det fructū suū: ⁊ cōgregati hostes in multitudine vt dimicēt cōtra nos. Da nobis dñe auxiliū de tribulatione q: nō est alius q̄ pugnet ꝓ nobis: nisi tu de⁹ noster. Porro rex noster cui⁹ natura bonitas motus his lachrymis: ait: Quē mittemus? Ad quē charitas. Ecce ego dñe: mitte me. Rex aūt querebat de socijs: sed charitas domestica sibi familiā rndit sufficere. Exit ergo vna cū nobili illo comitatu suo: gaudio/pace/patiētia/ longanimitate/ benignitate/bonitate/mansuetudine. Dis stipatus dux insignis ꝓgreditur: cernuq̄ de victoria/erecto signo triumphali: primā perrūpit inimicoz: secundāq̄ custodiā. Cūq̄ venisset ad portaz: vltro aperta est ei. Ad cuius ingressum facta est leticia magna in oppido. Cūq̄ suadēte gaudio/vociferarentur oēs ⁊ acclamarent: exortus clamor extero⁹ castra perterruit. Et illi. Que est ista inquisunt vox exultatiōis in auribus nostris de castris israel? Nō ita erat heri ⁊ nudiustertij? Forte venit eis auxiliū: ⁊ imperū faciēt in nos. ſfugiam? ergo israel: dñs enim pugnat ꝓ eis cōtra nos. Interim charitas more impatiens ordinari exercitū: aperiri portas: ⁊ psequi p̄cepit inimicos: aperte denūcians: vadā ad portas inferi. Sicq̄ vno impetu vniuersus charitatis exercit⁹ ꝓcedit: quos babylonij nō ferētes fugiūt: sed nō effugiūt. Ladūt a latere ⁊ mortis mille: ⁊ a dextris charitatis decem milia.

ps.xc.

Cſſinūnt diui Bernardi sententie.

Incipit expositio venerabilis Bernardi abbatis clareuallis/in cātica cāticoz. Sermo. ſ.

A Religiosa docendi secularia

ſ. Cor.iij

ſ. Cor.ij

Jbidem

ps.ſ. B

Obis fratres alia q̄ alijs de seculo: aut certe aliter dicēda sunt. Illis siquidē lac potū dat⁹ ⁊ nō escā qui apl̄ formā tenet in docēdo. Nā spiritalib⁹ solidiora apponēda esse: itidē ipse suo docet exēplo. Loquimur iquiēs/nō in doctis humane sapiētie verbis: sed in doctrina spūs/spūalib⁹ spūalia cōparātes. Jtē sapiētiā loquimur inter ꝓfectos: quales vos nimirū esse cōfido: nisi frustra forte iā ex longo/studijs estijs celestib⁹ occupati: exercitati sensib⁹? ⁊ lege dei meditātes die ac nocte. Fratēs parate fauces nō lacti: sed pani. Est panis apud Salomonē: iscz admodum splēdidus sapidusq̄: libū dico q̄ Cātica cāticoz inscribit. Proferatur si placet ⁊ frāgat. Nā de verbis Ecclesiastes satis (ni fallor) ꝓ dei gratia instructi estis/mūdi hui⁹ cognoscere et cōtenere vanitatē. Quid et parabolas! An nō vita ⁊ mores vestri iurta eā/que in ipīs inuenit doctrinā;

Universidad de Deusto
Biblioteca

sufficiēter emēdāri sunt ⁊ informati? Proinde illis ambobus prelibaris: quos nihilominus de amici arca ꝑstitos accepistis: accedite ⁊ ad tertiū hūc panē: vt ꝓberis fortiā potiora. ¶ Cū em duo sint mala: q̄ vel sola vel maxime militāt aduersus alam: vanus scz amor: mūdi: ⁊ superflu⁹ sui: pestis vtriq; duo illi libri obuiare noscunt. alter farculo disciplīe/prauaq; queq; in moribꝰ ⁊ carnis superfluā resecās: alter luce rōnis in omni gr̄a mūdi fucū vanitatis sagaciter deprehēdens/veraciterq; distinguēs a solido vitatio. Deniq; vniuersis humanis studijs ac mūdanis desiderijs ꝑtulit deū timere: eiusq; obseruare mādata. Merito quidē. Vere erenī sapiētie primū illud initiū: scdm cōsummatio est. Si tñ cōstat vobis nō aliud verā ⁊ cōsummatā esse sapiētiā: q̄ declinare a malo et facere bonū. itēq; recedere a malo neminē posse perfecte absq; timore dei: nec bonū opus oīno esse ꝑfecte absq; timoꝛe dei: nec bonū opus oīno esse ꝑfecte observantiā mādatoꝝ. Depulsis ergo duob⁹ malis/duoꝝ lectione liboꝝ: cōpetēter iam accedīt ad hunc sacrū theoriā cūq; sermonē: qui cū sit amboꝝ fructꝰ: nō nisi sobꝝ mētib⁹ et auribꝰ oīno credēdus est. Alioq̄n ante carnē discipline studijs edomitā et mancipatā spiritui: ante spretā et abiectā seculi pompā ⁊ sarcinā: indigne ab impuris lectio sancta ꝓsumit. Quō nēpe lux succassuz circūfundit oculos cecos vel clausos: ita animalis homo nō percipit ea que sunt spūs dei. Quippe spūssanct⁹ disciplīe effugiet ficū: qđ est vita incōrinēs. Sed nec erit ei vnq̄ para cuz mūdi vanitate: cū vitatis sit spūs. Que em societas ei q̄ desursum est sapiētie: ⁊ sapientie mundi que stulticia est apud deū: aut sapiētie carnis que et ipsa inimica est deo? Puto aut ēq̄ iam nō habebit vñ aduersum nos murmuret is/qui nobis de via venit amicus: cū et tertiū istū insimpserit panē. Sed quis franget? Adest paterfamilias cognoscite dñm in fractione panis. Quis em alter idoneus? Nō equidem ego mihi istud temere arrogauerim. Sic spectetis ad me vt ex me non expectetis. Nam ⁊ ego vnus sum de expectātib⁹/nūdicans ⁊ ipse vobiscū cibū aīe mee: alimoniaz spūs. Reuera pauper ⁊ inops pullo ad eū qui aperit ⁊ nemo claudit: sup sermonis huius ꝓfunditissimo sacramēto. ¶ Oculi omniū in te sperāt dne. Paruuli petierūt panē: nō est qui frangat eis. Speraturā a benignitate tua. O pissime frange esurientib⁹ panē tuū: meis quidē (si dignaris) manibus: sed tuis viribus. Die quesο nobis a quo: de quo: ad quē ve ħ;; Osculetur me osculo oris sui? Aut quale est istud ita subitaneū: ⁊ factum repēre de medio sermonis exordiū? Sic quippe in verba ꝓrumpit quasi quēpiā loquentē premiserit: cui cōsequēter respōdentē ⁊ hāc introducat ꝑsonā: quecūq; est ipsa/q̄ osculū flagitat. Deinde si se osculari a nescio quo vel petit vel ꝓcipit: cur figr̄aliter a noīatim oīe: ⁊ oīe suo illius quasi aliud q̄ os: aut alienū ⁊ nō potiꝰ suū exhibere sibi soleāt osculātes? Quāq; nec hoc quidē dicit: osculetur me oīe suo: sed aliud ꝑfecto inusitatius/osculo inquit oris sui. Et quidē iocūdū eloquiū: qđ ab osculo ꝓcipiū sumit: ⁊ blāda ipsa quedā scriptura facies facile afficit et allicit ad legēdū: ita vt qđ in ea later: delectet etiā cū labore inuestigare: nec fatiget inquirēdi forte difficultas: vbi eloquiū suauitas mulcet. Verū que nō valde attentū faciat istiusmodi principiū fine ꝓncipio: ⁊ nouitas locutionis in veteri libro? Vñ cōstat hoc opus nō humano ingenio: sed spūs arte ita cōpositū: vt q̄uis sit difficile intellectu: sit tñ in q̄situ delectabile. Sed q̄d? Titulum ꝓterimus? Nō oportet ne vnū quidē iota: q̄n ⁊ minutias subemur colligere fragmētoꝝ ne pereāt. ¶ Titulus talis est. Incipiūt cātica canticoꝝ Salomonis. Obserua in primis pacifici nomē qđ est Salomō: cōuenire ꝓncipio libri q̄ icipit a signo pacis. i. ab osculo: simulq; aduerte huiusce modi ꝓncipijs solas ad hāc intelligēdā scripturā/mētes imitari pacificas: q̄ sese iā a vitioꝝ vēdicare ꝓturbationib⁹: ⁊ curarū tumultib⁹ ꝓualent. Dehinc ne hoc q̄ ociosum putes: qđ non simpliciter cantica; sed Cantica canticoꝝ habet inscriptio. ¶ Multa q̄ppe legi cantica in scripturis: ⁊ nullū illoꝝ memini taliter appellari. Cecinit israel carnē dño: q̄ gladiū pariter et iugum euaserit pharaonis: gemino maris mirabiliter liberatus simul ⁊ vindicatꝰ obsequio. Non tñ qđ cecinit: dictum est canticum canticoꝝ: sed si bene recolo: cecinit Cait scriptura) israel carnē hoc dño. Cecinit etiā delbora: cecinit et iudith: cecinit et mater samuelis: ꝓphete q̄ aliqui cecinerūt: ⁊ nemo eoꝝ legit appellasse canticū suū cantica canticoꝝ. Bene oēs (si fallo:) cecinisse reperies ꝓ quocūq; suo suoꝝ ve percepto cōmodo. Verbi gr̄a: ꝓ obtētu victorie: ꝓ euasione periculi: aut ꝓ cupite rei qualiscūq; adepto bñficio. Ita ergo plerique cecinerūt singuli ꝓ singulis causis: ne ingrati diuinis bñficijs inuenirentur: iuxta illud: Confitebīt tibi cū benefeceris ei. At vo rex iste Salomon sapiētia singularis: sublimis gr̄a: reb⁹ affluēs pace securus: nullius taliū eguisse cognoscitur: ꝓ quo accepto ista decātare libuerit. Sed nec scriptura ipsa sui vsuī tale aliquid significare videt. Itaq; diuinit⁹ inspiratus christi ⁊ ecclesie laudes: ⁊ sacri amoris gratiam: et eterni cōnubij cecinit sacramēta. simulq; expressit sancte desideriū aīe: et epithalamiū carmē exultās in spū iocundo cōposuit eulogio: figurato tñ. Nimirū velabat et ipse instar moysi/faciē suam nō minus forsitan in hac ꝑte fulgentē: eo q̄ illo adhuc in rēpore/nemo aut rarus erat q̄ reuelata facie gloriam istā speculari sufficeret. ¶ Igitur ꝓ sui excellentia/reor: nuptiale hoc carmē hymēi titulo ꝓsignirī: vt merito Cantica canticoꝝ singulariter appelletur: sicut is quoq; cui canit singulariter est dictus/rex regū et dño dominātiū. Ceterū vos si vestrā experiētiā aduertatis: nōne in victoria qua vicit mundum fides vestra: ⁊ in exitu vestro de lacu miserie ⁊ de luto fecis/castastis ⁊ ipsi dño canticū nouū q: mirabilia fecit? Rursus cū adiecit primū supra petrā statuere pedes vestros: ⁊ dirigere gressus vestros: puto q̄ ⁊ tūc nihilominus ꝓ inducta nouitate vite/immissum sit in os vestrū canticum nouū carmen deo nostro. Quid cū penitētib⁹ vobis non solū peccata dimisit: sed insuper ꝓmisit et ꝓmia: nō multo magis spe gaudētes futuroꝝ bonoꝝ/cāstastis in vijs dñi q̄n magna est gloria dñi? Et si cui forte vestrum clausum vel obscurū aliquid de scripturis interdum eluxerit tunc ꝓ: cuius necesse est ꝓ: o percepta celestis panis alimonia/diuinas mulceat aures in voce exultatiōis et cōfessionis sonus epulātis. Sed ⁊ ī quotidianis exercitijs ⁊ bellis q̄ nulla hora pie in christo viuētib⁹ desunt: a carne/a mūdo/a diabolo/sicut militiā esse vitā hoīs sup terrā incessanter exprimini in vobismetipsis: quotidiana necesse est cātica ꝓ assecutis victorijs inouari. ¶ Quotiēs tētatio supgrauat: aut vitiū subiugat: aut iminēs periculū declinat: aut laqueꝰ insidiātis deprehēdit: aut annosa ⁊ inueterata quecūq; aīe passio semel ꝑfecteq; sanat: aut multū diuq; cupita/⁊ sepiꝰ petita/virtus tandē aliqñ dei munere obtinet: quid nisi toties iuxta ꝓphetā/personat gratiarū actio ⁊ vox laudis: ⁊ ad singula queq; bñficia bndicitur deus in donis suis? Alioq̄n ingratus reputabit: cū discussio venerit: qui non poterit dicere deo: Cantabiles mihi erant iustificatiōes tue in loco pegrinationis mee. Arbitro: vos in vobismetipsis illa iam recognoscere que in psalterio nō Cantica canticoꝝ: sed cātica graduū appellant: eo q̄ ad singulos ꝑfectꝰ vestros/iuxta ascensiones quas quisq; in corde suo disposuit: singula sint cātica de ꝓmeēda ad laudē ⁊ gloriā ꝓmonētis. Quonā modo impleat aliter ille versiculus nō video: Vox exultatiōis ⁊ salutis in tabernaculis iusto: uz: aut certe apīs illa pulcherrima saluberrimaq; exhoꝛtatio: In psalmis/hymnis/⁊ cāticis spiritalib⁹ cāntates ⁊ psallentes in cordibꝰ vestris dño. ¶ Sed est canticū qđ ex sui singulari dignitate ⁊ suauitate/cūctis merito q̄ memoꝛamus: ⁊ si qua sunt alia antecellit: ⁊ iure hoc appellauerim Canticū canticoꝝ; quia ceteroꝝ omniū ipsum est fructus. Istiusmodi

di canticū sola vncio docet: sola addiscit experiētia. Experti recognoscāt: inexperti inardescāt: desiderio nō tā cognoscēdi q̄ experiēdi. Nō est em strepꝰ oris: sed iubilus cordis: nō sonus labioꝝ/sed motus gaudioꝝ: voluntatī/nō vocum cōsonantia. Nō auditur foris: nec em in publico personat: sola q̄ cantat audit ⁊ cui cantat. i. spōsus ⁊ sponsa. Est quippe nuptiale carmen exprimens castos iocūdosq; cōplexus animoꝝ: morum cōcordia: affectuūq; cōsentanea ad alterutrū charitatē. ¶ Ceteruz nō est illud cantare seu audire aie puerilis/⁊ neophite adhuc ⁊ recēter cōuerse de seculo: sed ꝓuecte iam ⁊ erudite mētis: que suis nimirū ꝓfectib⁹ deo ꝓmouēre inrantū iā creuerit: quatenus ad perfectā etate: ⁊ ad nubiles quodāmodo puenerit annos: annos dico meritoꝝ nō tēporꝝ facta nuptijs celestis spōsi idonea: qualis deniq; suo loco plenius describetur. Sed preterit hora: q̄ nos exire vrget ad opera manuū: ⁊ pauptas/⁊ institutio regularis. Eras in nomine dñi qđ ceperamus: ꝓsequemur de osculo: quia de titulo hodiernus sermo nos expediuit.

¶ De incarnatione christi per patriarchas ⁊ prophetas prenūciata: ⁊ ardētissime ab eis expectata. Sermo. ij.

Rdoꝛez desideriꝫ patrū suspirantiū christi in carne ꝓsentiam/frequētissime cogitās/cōpungoꝛ ⁊ confundoꝛ in memetipso: ⁊ nūc vix cōtineo lachrymas. ita puder repotia toꝛpoisq; miserabiliū rēpoꝝ horum. Cui nāq; nostrū tantū ingerat gaudiū gratie hui⁹ exhibitio: quantū veteriꝫ sanctis accēderat desideriū promissio? Ecce em q̄multi in hac eius q̄ proxime celebrāda est natiuitate: gaudebūr: sed vtiā de natiuitate: nō de vanitate. Illoꝝ ergo desideriū flagrās ⁊ pie expectatiōis affectū spirat mihi vox ista: Osculetur me osculo oris sui. Senserat nimirū in spū quisqs tūc spūalis esse poterat: quāra foret gr̄a diffusa in labijs illis: ꝓpterea loquēs in desiderio aīe aiebat: Osculet me osculo oris sui: nimirū oīmodis cupiēs tāte suauitatis participio nō fraudari. Sicebat em perfectus quisq;: Quo mihi oꝛa hec femininebia ꝓphetarū? Ipse potiꝰ spēciosus forma ꝓ filijs hominū: ipse me osculet osculo oris sui. Nō audio iā Moysen: impediti oꝛis siquidē lingue factus est mihi. Esaie labia immūda sunt. Hieremias nescit loq̄: q: puer est: ⁊ ꝓphere oēs elingues sunt. Ipse ipse quē loquunt: ipse loquat: ipse me osculet osculo oris sui. Non in eis iā: aut ꝓ eos loquat mihi: qñ tenebꝛosa aqua in nubibꝰ aeris: sed ipse me osculet osculo oris sui: cuius gratiosa ꝑsentia/⁊ admirāde fluēta doctrine fiant in me fons aq̄ saliētis in vitā eternā. ¶ Quē vnxit pater oleo leticie ꝓ cōsoꝛtib⁹ suis: numqd nō ex ipso mihi vberio: infundit gr̄a: si tñ dignet me osculari osculo oris sui? Cuiꝰ vtiq; sermo viuus ⁊ efficax osculū mihi est: nō quidē cōiunctio labioꝝ: que interdū pacē mentit animoꝝ: sed plane infusio gaudioꝝ reuelatio secretoꝝ: mira quedā ⁊ quodāmodo indiscreta cōmixtio supni luminis ⁊ illuminate mētis. Adhereō quippe deo vnus spūs est. Merito ꝓinde vitiōes ⁊ somnia nō recipio: figuras ⁊ enigmata nolo: ipsas q̄ angelicas fastidio spēs. Quippe ⁊ ipsos lōge supat iesus meꝰ spē sua ⁊ pulchritudine sua. Nō ergo aliū siue angelum/siue hominē: sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Nec sane ꝑsumo me osculatū iri ab oꝛe ipsius: est em hoc assumpti hoīs vnice felicitatis ⁊ prerogatiue singularis sed humilius ab osculo oris sui peto me osculari: qđ cōmuneq; est multoꝝ q̄ dicere possunt: ⁊ nos oēs de plenitudine eius accepimus. ¶ Intēdite. Sit os osculans verbū assumēs: osculatū caro que assumit: osculum vo qđ pariter ab osculāte ⁊ osculato cōficitur: persona ipsa et vtroq; cōpacta/mediatoꝛ dei ⁊ hominū homo christus iesus. Hac ergo ratione sanctoꝝ nemo dicere ꝑsumebat. Osculet me oꝛe suo: sed tm̄ osculo oris sui: ipsi sane seruantes prerogatiuā istā/cui singulariter semelq; os verbi impressum tūc est: cū el se coꝛpoꝛaliter plenitudo omnis diuinitatis indulsit. Felix osculū/ac stupēda dignatione mirabile: in quo nō os os tm̄ ipsius: ꝓpterea loquēs in desiderio aīe aiebat: Osculet me osculo oris sui: nimirū oīmodis cupiēs tāte suauitatis participio nō fraudari. Sicebat em perfectus quisq;: Quo mihi oꝛa hec femininebia ꝓphetarū? Ipse potiꝰ spēciosus forma ꝓ filijs hominū: ipse me osculet osculo oris sui. Nō audio iā Moysen: impediti oꝛis siquidē lingue factus est mihi. Esaie labia immūda sunt. Hieremias nescit loq̄: q: puer est: ⁊ ꝓphere oēs elingues sunt. Ipse ipse quē loquunt: ipse loquat: ipse me osculet osculo oris sui. Non in eis iā: aut ꝓ eos loquat mihi: qñ tenebꝛosa aqua in nubibꝰ aeris: sed ipse me osculet osculo oris sui: cuius gratiosa ꝑsentia/⁊ admirāde fluēta doctrine fiant in me fons aq̄ saliētis in vitā eternā. ¶ Quē vnxit pater oleo leticie ꝓ cōsoꝛtibꝰ suis: numqd nō ex ipso mihi vberio: infundit gr̄a: si tñ dignet me osculari osculo oris sui? Cuiꝰ vtiq; sermo viuus ⁊ efficax osculū mihi est: nō quidē cōiunctio labioꝝ: que interdū pacē mentit animoꝝ: sed plane infusio gaudioꝝ reuelatio secretoꝝ: mira quedā ⁊ quodāmodo indiscreta cōmixtio supni luminis ⁊ illuminate mētis. Adhereō quippe deo vnus spūs est. Merito ꝓinde vitiōes ⁊ somnia nō recipio: figuras ⁊ enigmata nolo: ipsas q̄ angelicas fastidio spēs. Quippe ⁊ ipsos lōge supat iesus meꝰ spē sua ⁊ pulchritudine sua. Nō ergo aliū siue angelum/siue hominē: sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Nec sane ꝑsumo me osculatū iri ab oꝛe ipsius: est em hoc assumpti hoīs vnice felicitatis ⁊ prerogatiue singularis sed humilius ab osculo oris sui peto me osculari: qđ cōmuneq; est multoꝝ q̄ dicere possunt: ⁊ nos oēs de plenitudine eius accepimus. ¶ Intēdite. Sit os osculans verbū assumēs: osculatū caro que assumit: osculum vo qđ pariter ab osculāte ⁊ osculato cōficitur: persona ipsa et vtroq; cōpacta/mediatoꝛ dei ⁊ hominū homo christus iesus. Hac ergo ratione sanctoꝝ nemo dicere ꝑsumebat. Osculet me oꝛe suo: sed tm̄ osculo oris sui: ipsi sane seruantes prerogatiuā istā/cui singulariter semelq; os ver-

Lege integrū hunc sermonē tunc assumes eo mirabit' et dilatabit' cor tuum

Universidad de Deusto

Esaie xxviii. Eccli xxxvi. Ibidem Abuc. ii. esa. xiii. Esa. lxvi

hoc idē ⁊ vos recognoscitis de scripturis. Inde ꝓfecto erāt querule ille ⁊ plene murmure voces. Māda remāda. Expecta reexpecta. Modicum ibi: modicū ibi. Inde anxie ille ⁊ plene pietate ꝑces. Da mercedē dñe sustinentibus te: vt ꝓphete tui fideles sueniant. Itē. Suscita dñe precatiōes quas locuti sunt in noīe tuo ꝓphete p:iores. Inde blāde ille ⁊ plene cōsolatiōe ꝓmissiones. Ecce apparebit dñs ⁊ non mentiet: si moꝛa fecerit expecta eū: q: veniēs veniet ⁊ nō tardabit. Itē. Ꝓpope est vt veniat tēpus ei⁹: ⁊ dies ei⁹ nō elōgabunt. Et ex ꝑsona ꝓmissi. Ecce ego (inquit) declino in vos vt flumē pacis: ⁊ vt torrēs inūdans gloꝛie gētiū. In quib⁹ bis satis apparet ⁊ predicatoꝛ istātia: ⁊ difficultās ꝓpoꝛ. Sic itaq; ⁊ plebs murmurabat: ⁊ fides mutabat: ⁊ (iuxta esaie vaticiniū) angeli pacis amare flebāt. ¶ Ne ḡ vniuersus gen⁹ hūanū moꝛā faciēre christo/desperatiōe piret: dū se cōtemni suspicaret in firma moꝛtalitas: fuerit recōciliatiōis cū deo de grātotiēs reꝛomissa differeret: scīs q; dei spūs certi erāt: certitudinē de carnis ꝑsentia exoptrabāt: ac signū reformande pacis ꝓpter pusillanimes ⁊ incredulos/omni instantia reqrebāt. Oꝛadix iesse qui stas in signū populoꝛ: q;

Esa. xi. Luce. x. ps. xcv.

multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt te videre ⁊ nō viderūt: ſfelix tū es ioseph symeon: cui senectꝰ in misericordia vberi. Ita nēpe exultauit vt videret desiderū signū: ⁊ vidit ⁊ gaudiuꝫ est. Acceptoq; osculo pacis/in pace dimittit: ante tū aperte ꝓnūcians iesum esse natū in signū cui cōtradicēdū erat. Omnino ita fuit. Cōtradictum est exoꝛto signo pacis: sed ab his qui oderūt pacē. Nā pax hoib⁹ bone volūtatis. Maliuolis aūt petra scādali ⁊ lapis offensionis. Herodes denicq; turbat⁹ est: ⁊ oīs hierosolyma cū illo. Siquidē in ꝓpria venit: ⁊ sui eū non receperūt. ſfelices illi in sua ꝓnoctatione pastoꝛes: q̄ signi hui⁹ visione digni habiti sunt. Jā tūc se absc̄debat a sapiētib⁹ et ꝓudentib⁹: ⁊ reuelabat parunlis. Et herodes videre voluit: sed q: nō bona volūtate: non meruit. Pacis siquidem signū erat datū tm̄ hoibus bone volūtatis. Herodi vo ⁊ similib⁹ eius/nō dabit nisi signū Jone ꝓphete. ¶ Poꝛro ad pastoꝛes: ⁊ hoc (ait angelus) vobis signuꝫ: vobis humilib⁹: vobis obedientib⁹: vobis nō alta sapientib⁹: vobis vigilātibus: ⁊ i lege dei meditātib⁹ die ac nocte. Hoc (inquit) vobis signuꝫ. Quod? Nō angeli ꝓmittebant: q̄ populi requirebāt: quod ꝓphete predixerāt: hoc fecit dñs nūc ⁊ ostēdit vobis: i quo recipiant increduli fidem: pusillanimes spem: perfecti securitatem. Hoc ergo vobis signū. Cuius rei signū? Jndulgētie/gratie/pacis/ ⁊ pacis cuius non erit finis. Hoc est ergo signum. Jnuenietis infantē pānis quidē inuolutū ⁊ positū in ꝓsepio.

Luce. ii. Luce. iii. Mat. iii. Joh. i. Luce. x. ps. cxl. ps. xcv. Heb. iiii. Luce. vii. Esa. lii. Luce. vii. ps. cxlv. Exodi xxxiii. Rom. v Esa. viii.

Deus est tū in ipso mundū recōciliās sibi. Mouetur ꝓpter peccata vestra: ⁊ resurget ꝓpter iustificationem vestrā: vt iustificati p fidem/pacē habeatis ad deū. ¶ Hoc signū pacis ꝓphēta quōdā regi Achaz ꝓponebat petendū a dño deo suo: siue in inferno deoꝛsum. Sed impius rex recusauit/nō credēs miser/q̄ in signo hoc ima summis in pace sociāda essent: quatenus ⁊ inferi dño descēdēre salutati in osculo sancto signū pacis ⁊ ipsi recipiant: ⁊ supni spūs idipm nihilomin⁹ cū ad celos redierit: eterna suauitate participēt. Sermo finiendus est: sed vt q̄ō i eo dispurati⁹ est: breui recolligā summa: pater hoc sancti osculū duabus ex causis necessarie indultū mundo: vt i firmis faceret fidē: ⁊ desiderio satisfaceret ꝓfectoꝛ. Poꝛro ipm osculū esse nō aliud q̄ mediatoꝛē dei ⁊ hoim: hoiem iesuꝫ existū. Qui cū patre et spūsctō viuit ⁊ regnat deus p oīa secula seculoꝛ. Amen.

¶ De osculo pedis/manus/⁊ oꝛis dñi ⁊c. Sermo. iii.

Odie legimus in libꝛo experiētie. Couertimini ad vosipsos: et attendat vnusquisq; cōsciētiā suā sup his q̄ dicēda sunt. Exploꝛare velim si cui vnq̄ vestrū ex sentētia dicere datū fit: Osculet̄ me osculo oꝛis sui. Nō est em̄ culusuis hoim ex affectu hoc dicere: sed si quis ex oꝛe christi spūale osculū vel semel accepit: hūc ꝓpriū experimētum ꝓfecto solicitat ⁊ repetit libēs. Ego arbitꝛoꝛ neminē vel scire posse q̄d sit: nisi q̄ accipit. Est q̄ppe manna absc̄ditū: ⁊ solus qui edit adhuc eluriet. Est fons signat⁹ cui nō cōicat alienus: sed solus q̄ bibit adhuc sitiet

Ps. l.

Audi exꝑtū quō reqrit. Redde mihi (inquit) leticiam salutaris tui. Minime ergo id sibi arroget mei sitis aīa onerata peccatis: fuerit adhuc carnis obnoxia passioīb⁹ que suauitatē spūs necdū senserit: internoꝛ ignara atq; inexperta penitus gaudioꝛ. ¶ Ostendo tū ei que hmōi est: locū in salutari sibi cōgruentem. Nō temere assurgat ad os serenissimi spōsi: sed ad pedes seuerissimi dñi meā pauida iaceat: ⁊ cū publicano terrā tremēs/nō celum aspiciat: ne cōfusa in luminaꝛib⁹ celi facies assueta tenebꝛis/opp:imat a gloꝛia: atq; insolitis reuerberata splendoꝛib⁹ maiestatis dēfioꝛis rursum cecitate caliginis obvoluat. Nō tibi o quecūq; es talis aīa/nō tibi ille locus vilis aut despicabilis videat: vbi sancta peccatrix peccata deposuit: induit sanctitatē. Jbi ethiopissa mutauit pellē: ⁊ in nouū restituta candoꝛe: iam tūc fiducialiter veraciterq; respōdebat exꝓbꝛatib⁹ sibi verbū. ¶ Nigra sum sed formosa filie hierusalē. Miraris quanam id arte potuerit: vel quib⁹ obtinuerit meritis? Paucis accipe. ſſleuit amare: ⁊ de intimis viscerib⁹ longa suspiria trahens/ salutarib⁹ intra se succussa singultib⁹/ felleos humoꝛes euomuit. Celestis medicus celerrime subuenit: quia velociter currit sermo eius. ¶ Nūquid nō potio est sermo dei? Est vtiq; fortis ⁊ vehemēs ⁊ scrutans coꝛda ⁊ renes

Cañ. i. Psal. cxl vii. Ps. Heb. iiii.

Denicq; sermo dei viu⁹ ⁊ efficax ⁊ penetrabilioꝛ omni gladio ancipiti: pertingēs vsq; ad diuisionē anime ac spūs: cōpagum q̄q; ⁊ medullaꝛū: ⁊ discretoꝛ cogitationū. Qui⁹ ergo beate penitentis exēplo ꝓsternere ⁊ tu o misera/vt desinas esse misera: ꝓsternere ⁊ tu in terraꝫ: amplectere pedes: placa osculis: riga lachꝛymis: quib⁹ nō illū laues sed te: ⁊ fiaovna de grege tonsarum que ascendūt de lauacro. Jta sane vt suffusum pudoꝛe ac meroꝛe vultum nō ante sustollere audeas: q̄q; audias ⁊ ipsa: dimittūtur tibi peccata tua: q̄q; audias. Consurge consurge captiua filia syon: cōsurge excutere de puluere. ¶ Sumpto itaq; ad pedes primo osculoꝛ: nec sic quidem ꝓsumes statim ad osculum oꝛis assurgere: sed erit tibi gradus ad ipsum mediū quoddam aliud osculū: q̄ scōo loco ad manū accipies. De quo ⁊ ralem accipe rationē. Si dixerit mihi ie⁹ sus: dimittūtur tibi peccata tua: nisi ego peccare desiero quid ꝓderit? Exui tunicā meā: si reinduero eā quantū ꝓfeci? Si rursus pedes meos quos lauerā: inquinauero nūquid aliq̄d latuisse valebit? Soꝛdēs omni genere vitiorū iacui diu in luto feci: sed erit sine dubio recidēti q̄ iacenti deteri⁹. Denicq; qui me sanū fecit: ipsum mihi dixisse recoꝛdoꝛ. Ecce sanus factus es: vade iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi cōtingat. Qui aūt dedit voluntatē penitēdi: opus est vt addat ⁊ cōtinēdi virtutē ne iterē penitēda: faciāq; nouissima mea peioꝛa prioꝛib⁹. Ve em̄ mihi etiā penitēti/si statim subtraxerit manū: sine quo nihil possum facere. Nihil inquā: q: nec penitere nec cōtinere. Audio ꝓinde q̄d cōsulit sapiens. Verbuꝫ (inquit) in oꝛatione ne iteres. Paueo ⁊ q̄d iudex intentat arboꝛi nō faciēti fructū bonū. Fateoꝛ ꝓ hmōi nō sum omnino cōtentus ꝓioꝛi gratia: qua iam maloꝛ sum penitēs: nisi ⁊ scōam accepero: vt videlz dignos faciā penitētie fructꝰ: ⁊ deinceps nō reuertar ad vomitum. ¶ Hoc ergo restat mihi primus petendū ⁊ accipiēduꝫ: q̄ ꝓsumā altioꝛa ⁊ sacratioꝛa cōtingere. Nolo repēte fieri summus paulatim ꝓficere volo. Quantū displicet deo impudentia peccatoꝛis: tantū penitētis verecundia placet. Citius placas eū si mensurā tuā seruaueris: ⁊ altioꝛa te nō quesieris. Vōgus saltus ⁊ arduus est de pede ad os: sed nec accessus cōueniens. Quid em̄? Recēti adhuc respersus puluere: oꝛa sacra cōtinges? Veri de luto tractus: hodie

Luc. vii. Esa. lii. Ps. Mat. iii. ij. Pe. ii. Ecc. iii.

vultui glorie ꝓsentaris? Per manū tibi trāsitus fit. Illa ꝓinus te tergat: illa te erigat. Quō erigar: dādo vnde ꝓsumas. Quid istud: Deco: cōtinētie ⁊ digni penitētie fructꝰ: que sunt opera pietatis. Hec te de sterco:e erigēt in spem audēdi potioꝛa. Sane accipiēdo donū osculare manū: hoc est nō tibi: sꝫ nomini eius da gloriā. Da semel ⁊ da iterū: tum ꝓ donatis criminib⁹: tū ꝓ collatis virtutib⁹. Aut certe videto vñ munias frontē cōtra ictus istos

ps. cxiii. ſ. cor. iiii B

Quid habes q̄d nō accepisti: Si aūt accepisti: q̄d gloriaris quasi nō acceperis: ¶ Jam tandē in osculis duobus geminū habēs diuine dignatiōis experimentū: forsan nō cōfunderis ꝓsumere sanctioꝛa. Quātū quippe crescis in gratiā: tantū ⁊ in fiduciā dilataris. Jnde sit vt ⁊ ames ardētius: ⁊ pulses fidentius ꝓ eo q̄d tibi deesse sentis. Poꝛro pulsanti aperiet. Jā summū illud quodcūq; est: summe dignatiōis/⁊ mire suauitatis osculū/credo non

ps. cxiii

negabit sic affecto. Hec vsa: hic oꝛdo. Primo ad pedes pcidimus ⁊ ploꝛamus coꝛā dño q̄ fecit nos: ea q̄ fecim⁹ nos. Sc̄do manū querimus subleuātis ⁊ roborantis genua dissoluta. Postremo cū ista multis precib⁹ ⁊ lachꝛymis obtinemus: Tū demū audemus fortitan ad ipsum os gloie caput attollere: panēs ⁊ tremēs dico nō solum speculandū: sed etiā osculādū: q: spūs ante faciē nostrā christus dñs: eni adherētes in osculo sancto/vnus spūs ipsi⁹ dignatiōe efficimur. Tibi dñe iesu/tibi merito dixit coꝛ meū: exquisiuit te facies mea: faciē tuā dne requirā.

ps. xxxvi. B

¶ Nēpe audītā fecisti mihi mane misericoꝛdiā tuā: cū iacenti ꝓimū in puluere: tuaq; deosculāri reuerēda vestigia: q̄ male viterā remisisti. Poꝛro in ꝓgressu diei letificasti aiam̄ serui tui: cū deinde in osculo manus etiā bene viuēdi gratiā indulsisti. Et nūc q̄d restat o bone dñe: nisi vt iā in plenitudine lucis/in feruoꝛe spūs/ad oꝛis q̄ osculū dignāter admitrēs/admpleas me leticia cū vultu tuo? Jndica mihi o suauissime/o serenissime/dica mihi vbi pascis: vbi cubas i meridie. Fratres bonū est nos hic esse: sed ecce aduocat nos diei malicia. Hi siquidē qui modo supueniſſe nūciantur: gratū cogūt rūpere magis q̄ finire sermonē. Ego exibo ad hospites: ne q̄d desit ofᵭ

Cañ. i.

ficijs eius de qua loquimur charitatis: ne forte ⁊ de nobis audire contingat: dicūt enim et nō faciūt. Vos oꝛate interim vt volūtaria oꝛis mei beneplacita faciat deus: ad vestrā ipsoꝛ edificationē/⁊ laudē et gloriā nois sui.

mat. xxiii

¶ De triplici ꝓfectu anime qui fit per osculum pedis/manus/⁊ oꝛis domini. Sermo. iiii.

C

Riplicem quendam

mar. xiii

On sum ego profundi sensus: neq; adeo ꝓspicacis ingenij: vt noui quippiā ex me adinuenire possim. Sz est fons magnus ⁊ indeficiens os pauli qō patet ad nos. De ipso haurio mihi eriā nunc in ostensione vberū sponse: sicut et frequenter soleo. Gaudere (inquit) cū gaudentib⁹: flere cum flentibus. Materni breuiter exprimunt affectus: q: nec dolere parumli: nec valere queūt absq; illa que genuit Utrobiq; necesse est suis eam cōformari viscerib⁹. Igitur iuxta pauli sniam duas illas affectiōes duob⁹ sponsevberibus assignabo: cōpassiones vni: ⁊ cōgratulationē alteri. Alioquin parvula est: ⁊ nondū nubilis si nondum vbera misit: si se videt neq; ad cōgaudendū sentiat promptam: neq; ꝓnā ad condolendū. Talis si forte ad regimen animarū seu ad officiū predicationis assumit: alīs quidē nō prodest: sibi vo obest plurimū. Porro sese ingerere quante impudentie est. ¶ Sed redeam⁹ ad vbera sponse: ac ꝓ diuersitate verbum/ diuersas ⁊ lactis species ꝓponamus. Nam cōgratulatio quidē exhortationis: cōpassio vo cōsolationis lac fundit. Porro vtriq; speciem vbertim celitus irrorari p̄o pectoris suo spiritalis mater rorīes sentit: quotiens oculū sumit. Videas ei mox plenis vberib⁹ parvulis incubare lactādis: ⁊ exuno quidē cōsolatorio ia: ex altero vero exhortatoria vberius ministrare ꝓout singulis conuenire videbit. Verbi causa. Si qđ forte ex his quos genuit in euāgelio: deprehenderit forti aliqua tentatione cōcussum: ⁊ inde turbatū ac tristem pusillanimēq; factū: nō posse iam ferre vim tentationis: quō cōdolet: quō mulcet: quō plangit: quō cōsolat: quot argumenta pietatis mox reperit quib⁹ erigat desolatū? Cōtra: si ꝓmptū: si alacrē si bene ꝓficientem cognouerit: exultat: aggredit salutaribus monitis: accendit amplius: instruit de quibus pōt vt ꝓfecerit: vtq; in melius semp ꝓficiat: exhortat. Gibbus se cōformat: oīm in se transfert affectus: matrem se denīq; probat nō minus deficientiū: q̄ ꝓficientiū. ¶ Quāti hodie secus affectos se ostendūt: de his dico qui alias regere susceperūt. Qđ em̄ sine miserabili gemitu dicendū nō est: christi opprobria ⁊ puta flagella/ clauos/ lanceā/ crucem/ et mortes: hec oia in fornace auaricie cōflant ⁊ ꝓfligant in acquisitiones turpis questus: ⁊ preciū vnitatis/ suis marsupijs includere festinant. Hoc solo sane a iuda scharioth⁹ differentes: q̄ ille ho: ū omne emolumentū denarior⁹ numero cōpensauit: isti vo tacioni ingluuie lucrorum infinitas exigunt pecunias. His insatiabili desiderio inhiant: ꝓ his ne amittant timent: ⁊ cū amittūt dolent: harum in amore quiescūt quātū dūtaxat liberū eis est a seruandi vel augmentādi cura. Animarū nec reputant casus: nec salus. Nō sunt ꝓfecto matres: q̄ cū sint de crucifixi patrimonio nimiū incrassati/ impinguati/ dilatati: nō cōpatiuntur sup cōritione ioseph. Que mater est nō dissimulat: habet vbera ⁊ nō vacua. Gaudere cū gaudentib⁹: flere cum flentib⁹ nouit: nec cessat exprimere de vbere quidē cōgratulationis lac exhortationis: de vbere vo cōpassionis lac consolationis. Et de sponse vberib⁹ ⁊ vberū lacte ista sufficiant. ¶ Jam qualib⁹ etiā vnguētis eadē vbera redoleant: indicabo: si m̄ vestris orationib⁹ iuuer: vt qō inde mihi sentire dar̄ est: deus ⁊ eloqui digne ad audientiū vtilitatem. Alia sponsi: atq; alia spōse vnguēta sunt: quēadmodum ⁊ sua cuiq; vbera. Sz de spōsi quo in loco tractandū sit: superi⁹ ꝓtulimus. Nunc spōse vnguētis intendamus. Idq; attenti⁹ tanq̄ his q̄ scptura nō mediocriter cōmēdauit: ita vt ea ꝓnūciauerit nō simpliciter bona: sed optima. Et pono diuersas species vnguentor⁹: quo ex plurib⁹ ea q̄ potissimū spōse vberib⁹ cōgruāt: eligam⁹. Est vnguētū contritionis: ⁊ est vnguētū deuotionis: est ⁊ pietatis. Primū pūgitiuū dolorē faciens. Secūdū temperatiuū/ dolorē leniens. Tertiū sanatiuū etiā mor: bū expellens. Nūc de singulis latius disseram⁹. Est ergo vnguentū qō sibi cōficit aīa multis irrcita crimini⁹: si cū incipit cogitare vias suas: colligat/ cōgerat/ cōteratq; in mortariolo ꝓscientie multas ac varias species pctōr suor⁹: ⁊ intra estuātis pectoris ollā/ simul oia coquat igne quodā pnie ⁊ doloris: vt possit dicere cū pphera. Ecaluit cor meū intra me: ⁊ in meditatione mea exardescet ignis. Ecce hoc est vnū vnguentū quo aīa peccatrix sue ouersionis p̄mordia cōdire debet: plagisq; suis recentib⁹ adhibere. Primū nāq; sacrificium deo spūs tribulatus. Quāditi ergo nō habet tanq̄ pauper ⁊ inops/ vñ sibi melius ac preciosius cōponat vnguētum: nō negligat parare interim istud: licet deuilib⁹ speciebus: q: cor: cōritū ⁊ humiliatū de⁹ nō despicier. Tanto aūt minus vile diuinis apparebit ꝓspectib⁹: quanto plus sibi illa viluerit in recordatione pctōr suor. Tamen si illo visibili/ quo visibiliter vncti a peccatrice cor: ꝓsei pedes dei referūtur in euāgelio: inuisibile hoc ⁊ spuale fuisse dicimus figuratū: nō oīno vile reputare poterim⁹? Quid em̄ deillo legitur. Et domus (inquit) implcta est ex odore vnguēti. Peccatricis manib⁹ distillabatur: ⁊ extremis membris cor: porīs: id est pedibus fundebat: ⁊ tamen non ꝓsp adeo cōtemptibile/ aut vile fuit: quin tota domū vis aromatis et suauitas replerer odoris. Qđ si attendamus quanta in vnius peccatoris ouersion fragrantia resperg atur ecclesia: et quantis fiat odor vite ad vitā quinis penitens si publice perfecteq; penitear: ꝓfecto et de hoc eque indubitāter pronunciabimus: q: domus impleta est ex odore vnguenti. ¶ Denīq; ⁊ supernas beatorū mansiones attingit pnie odor: ita vt Creste ipsa veritate) magnū gaudiū fit inter angelos dei/ sup vno pctore pniaz agente. Gaudere penitentes: pusillanimes cōfortamini: vobis dico quos nuper cōuersos de seculo: ⁊ a vijs vestris prauis recedentes excepit mor amaritudo ⁊ cōfusio animi penitentis: accelerat recentiū adhuc vulnerū dolor: nimius excruciat ⁊ grauabar. Secure manus vestre distillent myrrhe amaritudinē in salubrem hanc vnctionē: q: cor contritū ⁊ humiliatum deus nō despiciet. Nō est oīno sperēda: nec vilis estimāda huiusce modi vnctio: cui⁹ odor: nō solum hoies ꝓuocat ad cor: rectionem: sed ⁊ angelos ad exultationem inuitat.

¶ Sed est vnguentū tanto isto ꝓfecto preciosius: quāto de melioribus cōpositū speciebus. Huius siquidem species ne longe queram⁹: penes nos ⁊ absq; difficultate reperimus: ac de nostris horticulis taliū ꝓfacile copiā rollimus quotiēscūq; necessitas poscit. Quis em̄ non satis de ꝓprio: cum vult ad manū habet iniquitates ⁊ peccata: si nō dissimulat? De aūt sunt: sicut recognoscitis: species vnguenti primi qō iam descripsimus. Ar vo secūdi huius aromata/ terra nostra nequaq̄ ꝓferr: sed procul ⁊ de vltimis finibus ea nobis cōquirimus. Nempe oīe datū optimū: ⁊ omne donū perfectū desursum est descendens a patre luminum ſſit em̄ vnguentū istud de diuinis collatis humano generi beneficijs. ſſelix qui ipsa sibi studiose colligere: et ante mentis sue oculos/ digna cū gratiaz actione reducere curat. Porro cum fuerint in vasculo pectoris pistillo crebre meditationis cōtusa/ atq; trita: deinde q̄ igne sancti desiderij simul decocta oia: ⁊ demum impinguata oleo letitie: erit vnctio longe preciosior: excellentior q̄ prior: e. Sufficit ad probandū eius testimoniū qui ait: Sacrificiū laudis honorificabit me. Nec dubiū quin excitet ad laudandum beneficio⁹ recordatio. Porro cū scriptura hoc soluz testetur de illo alio q: nequaq̄ despicit: liquet amplī⁹ esse cōmendatū quod ⁊ honorificat. Denīq; illud pedibus apponitur: hoc capiti. Sic em̄ in christo/ caput ad diuinitate referendū est: dicēte paulo: caput christi deus: ꝑ quid dubio caput vngit qui gratias agit: q̄m deum tangit: nō hoiem. Non q: nō sit homo qui deus est: siquidem deus ⁊ homo vnus est christus: sed q: oīe bonum a deo: nō ab hoie est: etiam ip̄m qō per hoiem ministratur. Profecto em̄ spūs est qui viuificat: caro nō prodest quic̄q̄. Propterea ⁊ maledictus qui spem suā ponit in hoie: q̄m ⁊ si spes nostra tota merito pender ex hoie deo: nō tamen q: homo: sed quia deus est. Itaq; illud pedibus: hoc capiti exhibet: q̄m ⁊ humiliatio cōritī cordis humilitati ꝓgruit carnis: ⁊ maiestatem decet glorificatio. En quale vnguentū ꝓposui vobis quo se nimirū tangi caput illud tremendū principatibus nō ducit indignū: immo ⁊ honoris insigne iudicat dicēs. Sacrificiū laudis honorificabit me. ¶ Quāobrē non est pauperis ⁊ inopis seu pusilli cordis/ animē cōficere istius modi vnctionem: nempe cuius aromata ⁊ species sola cōfidentia possider: q̄ tamen de liberate spūs ⁊ cordis puritate descendat. Que enim pusillanimis est ⁊ modice fidei mens: rei sue familiaris tenuitate constringitur: nec valet ꝓ inopia ociari ad vacandū diuinis laudibus: seu his q̄ laudes pariunt intuendis beneficijs. Et si quādo certe conatur assurgere: cōfestim domesticarū necessitatum curis vrgentibus reuocatur ad sua: ⁊ in se cōpunxi ꝓpria egestate cōpellitur. ¶ Qđ si huius miserie queritur a me causa dicā q̄ ipsi in vobis (ni fallor:) aut esse: aut fuisse recognoscetis. Duabus de causis videt mihi huiusce modi animi egritudo ⁊ diffidentia solere cōtingere: aut de nouitate vitez ouersionis: aut certe de ouersionis repositeria: eiā si in cōuersione longius tps habuerit. Verūq; profecto humiliatur deiicit cōscientia: ⁊ inquietā facit: dum siue ꝓ tpe: siue ꝓ repositione antiquas animi passiones necdū in se emortuas sentit: ⁊ necesse perinde habens rescindis intendere bonis cordis horticulo spinis iniquitatū ⁊ vitijs cupiditatū: longius a semetipsa euagari non sinitur. Quid em̄? Qui laborat in gemitu suo: poterit ne simul ⁊ in dei laudib⁹ exultare? Quonā modo in ore gementis ⁊ plāgentis sonabit pariter illud Esaie: gratiarū sz actio: ⁊ vox laudis? Nam ficut a sapiēte accepim⁹: Musica in luctu importuna narratio est. Denīq; gratiarū actio/ beneficiū sequit: nō precedit. Que aūt adhuc in tristicia est aīa: beneficio non gaudet: sed indiget. Habet ergo vnde preces offerat: nō autez vnde referat grates. Quo em̄ recoler beneficiū/ qō nō accepit? Merito p̄inde dixi nō esse anime pauperis cōficere hoc vnguentū: qō de recolendis diuinis beneficijs cōponi debet: q̄m nō potest videre lucez/ donec tenebras inuetur. Nempe in amaritudine est: occupatq; memoriā tristis recordatio peccatorū: nec liber terū quippiā simul admittere. Idcirco talib⁹ denunciat spūs ꝓphet icus dicens. Uanum est vobis ante lucem surgere. Quod est. ſſrustra surgitis ad inuenda beneficia q̄ delectant: misi prius recepto lumine ꝓsolationis de cetibus qui cōturbant. Nō est ergo pauperū hoc vnguentū. Sed videre quinā de ei⁹ copia nō immerito gloient. Ybant gaudētes apostoli a cōspectu cōcilij: q̄m digni habiti sunt: ꝓ noie Jesu cōtumeliam pati. Multū sibi profecto instillauerant de pingue dine spiritus: quorū lenitas nō dico verbis: sed necverberibus cessit. Erant em̄ diuites in charitate: q̄ nullis exhauritur expensis: ⁊ de ipsa facile holocausta medullata offerre sufficiebant. ſſundebāt passim sudantia pectora liquorem sanctū quo imbuta plenius erant: quādo loquebant varijs linguis magnalia dei: ꝓout spūs sanctus dabat eloqui illis. Nec dubiū quin ⁊ illi abūdarent hisdem vnguentis: quib⁹ apls testimonū ꝓhibebat dicens. Gratias ago deo meo semp ꝓ vobis in gra dei que data est vobis in christo iesu: q: in oibus diuites facti estis in illo in oi verbo ⁊ in omni scientia: sicut testimoniū christi cōfirmatū est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gra. Unā ⁊ ꝓvobis ego has ꝓpias gratias referre possim: vt videā vos diuites in vtrumq; ad lacres in laudib⁹ dei/ spūali hac pinguedine abūdantius redūdantes in christo iesu dño nostro.

¶ De duobus/ hoc est fructu ⁊ modo/ pertinentibus ad opus humane redemptionis. Sermo. xi.

Uxi in fine sermonis nec me iterare piget: ꝙ cupiā vos oēs fieri sacre vnctionis participes: illius videz in qua dei beneficia cū leticia ⁊ gratiarū actione recolit sancta devotio. Hoc em̄ bonū est: num ꝓpter releuandos vite p̄nis labores: qui vtiq; tolerabiliores nobis fiunt ex ultanib⁹ in laude dei. tum q: nihil ita ꝓprie quendā terris representat celestis habitationis statū/ sicut alacritas laudantiū deum: scriptura dicente. Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculorū laudabunt te. De hoc precipue vnguento puto dixisse prophetā. Ecce qđ bonū/ ⁊ qđ iocundū habitare fratres in vnū: sicut vnguentū in capite. Neq; em̄ ꝓiori videtur cōgruere posse. Illud em̄ etsi bonū sit: nō est tamen iocundū: q: recordatio pctōr amaritudinē facit: non iocunditatem. Sed nec qui illud faciunt in vnū habitant: cum quisq; peccata ꝓpria lugeat atq; deploret. Qui vero in gratiarū actione versant: deum soluz intuentur ⁊ cogitant: ac per hoc ipsi vere habitant in vnū. Bonū est autez quod faciūt: q: seruant ei iustissime gloriā cuius est: ⁊ nihil hominus iocundū: q: delectat. ¶ Quāobrem si adeo vobis amicis meis/ reflectere interdū pedem a molesta ⁊ anxia recordatione viarū vestrarū: ⁊ enadere in iocunera plagiola serenioris memorie beneficiorū dei: vt qui in vobis cōfundimini: ipsius intuitu respiretis. Volo vos experiri illud qđ sanctus ꝓpheta cōsulit dicens. Delectare in dño et dabit tibi petitiones cordis tui. Et quidē necessari⁹ dolor ꝓ petis: sed si nō sit cōtinuus. Sane interpoleturi lectioni recordatione diuine benignitatis: ne forte pre tristicia indurentur cor: ⁊ desperatione plus pereat. Misceam⁹ absinthio mel: vt salubris amaritudo/ salutem dare tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit: cum in mixto temperata dulcore/bibi poterit. Audi deniq; deū/quō ipse contriti cordis temperat amaritudinem: quō pusillanimem a desperationis barathro retrahat: quomō blandē & fidelis promissionis melle merentem consolatur: erigit diffidentem. Ait per ppheta. Ego infrenabo os tuum laude mea ne intereas. hoc est: Ne intuitu facinoris tui oz nimia incurras tristitia: atq; instar effrenis equi/desperatus in precepis ruas et pereas. ℭ Ifreno te (inquit) inhibebo indulgentie mee: & meis laudib⁹ erigā respirabilēq; in bonis meis qui de tuis cōfunderis malis: dum me sane benigno: rem: & te culpabilio: rem inuenies. Hoc freno si infrenatus fuisset cayn: nequaq; desperādo dixisset: Maior est iniq̄tas mea: q̄ vt veniā merear. Absit absit. Maior em̄ est eius pietas: q̄ cuius iniq̄tas. Ideo iustus nō cōtinue: sed em̄ in principio sermonis accusator est sui. Postro aūt in dei laudes extrema sermonis claudere cōsuevit. Videre deniq; iustū hoc ordine pcedentē. Cogitauit (ait) vias meas: & cōuerti pedes meos in testimonia tua. vt videlz qui cōtritionem & infelicitatē in vijs propijs ppessus fuerat: in via testimonioz dei delectarek: sicut in oībus diuinis. ℭ Et vos igitur exēplo iusti/si devotis in humilitate sentitis: sentite & de dño in bonitate. Sic em̄ legitis apud sapientē. Sentite de dño in bonitate: & in simplicitate cordis querite illū. Hoc aūt facile menti pfuse deuote diuine munificentie frequens: immo cōtinua recordatio. Alioquin quō implebik apostolicū illud: in oīb⁹ gratias agentes: si ea pro quibus gratie debenk: a corde recesserint? Nolo vos iudaico notari oppobrio: de quib⁹ scriptura testatur: q̄ nō fuerint memores beneficioz eius: & mirabiliū eius q̄ ostendit eis. ℭ Verū q̄m bona q̄ largiri mortalibus nō cessat misericors & miserator: dñs: recolere et recolligere oia/oīm hominū impossibile est (quis em̄ lo queuer potentias dñi: audiras faciet oēs laudes eius) idcirco saltem q̄ precipuū est & maximū: opus videlz nostre redemptionis/a memoria redemptoz aliquatenus nō recedat. In quo opere duo potissimū: q̄ nunc occurrūt: vestris studijs intimare curabo. Et hoc q̄ paucis ad cōpendiū poterit: memoz illius fuit. Da occasionē sapienti: & sapientior erit. Duo ergo illa sunt modus & fructus. Et modus quidem dei erimanitio est: fructus vo nostri/de illo repletio. Hoc meditari sancte spei seminariū est: illud summi amoris incentiuū. Utrūq; pfectibus nostris necessariū: ne aut spes mercēnaria sit si amore nō comitetur: aut amor: tepescat si infructuosus putek. Postro fructū talem expectem⁹ nostri amoris: qualem ipse quē amam⁹: promisit mensuram (inquiens) plenā & cōfertā & coagitatā & superfluentē dabunt in sinū vestrū. Mensura ista (vt audio) erit sine mensura. Sed velim scire cui⁹ rei futura sit illa mensura: vel potius illa immensitas q̄ reprehenditur. Oculus non vidit deus absq; te: q̄ preparasti diligentibus te. Dic nobis tu q̄ preparas: quid preparas? Credim⁹/cōfidimus/reuera sic promittis: replebimur in bonis domus tue. Sed quibus quesо bonis vel qualib⁹? forte frumento/vino/oleo/auro/atq; argento/lapidibus ve preciosis? Sed hec nouim⁹ & vidimus & videmus et fastidim⁹. Id querim⁹ q̄ oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit. Hoc placet: hoc sapit: hoc delectat inquirere quod cūq; est illō. Erunt (inquit) oēs docibiles dei: & ipse erit oia in oībus. ℭ Ut audio plenitudo quā expectam⁹ a deo: non erit nisi de deo. Quis vo cōprehendat/q̄ magna multitudo dulcedinis in hac vni ista sermone cōprehensa sit: erit deus oia in oībus! ℭ Ut de corpore taceā: in aīa tria intueor: rationem/volūtatem/memoriam: & hec tria ipsam animā esse. Quantū cuiq; horū in presenti seculo desit de integritate sua & pfectione: sentit ois qui ambulat in spiritu. Quare hoc nisi q: deus nondū est oīa in oībus: Hinc est q̄ & ratio sepissime in iudicijs fallitur: & volūtas quadruplici prurigine iactatur: & memoria multiplici obliuione confundi/tur. Triplici huic vanitati nobilis creatura subiecta est nō voleno: in spe tamen. Nam qui repler in bonis desiderium

anime: ipse rationi futurus est plenitudo lucis: ipse voluntati multitudo pacis: ipse memorie cōtinuatio eternitatis. O veritas/charitas/eternitas. O beata & beatificans trinitas: ad te mea misera trinitas miserabiliter suspirat: quā a te infeliciter exulat. Discedens a te quātis se intricauit erroribus/doloribus/timoribus, Heu me qualem p te cōmutauimus trinitatem! Lo: meū cōturbatū est. & inde dolor dereliquit me virtus mea: & inde pauor: & lumen oculoū meoū nō est mecū: & inde error. En q̄ dissimilez trinitate o anime mee trinitas exulans offendisti. ℭ Verūtamen quare tristis es aia mea: & quare cōturbas me? Spera in deo: quā adhuc cōfitebor: illi: cū error: videlz a ratione: a voluntate dolor: atq; a memoria timor: ois recesserit: & successerit illa quā speram⁹ mira serenitas: plena suauitas: eterna securitas. Primū illud faciet veritas de⁹: secundū charitas deus: tertium summa potestas deus: vt sit deus oīa in oībus: ratione recipiente lucem ineffabilem: volūtate pacem imperturbabilem cōsequente: memoria fonti indeficienti eternaliter inhērēte. Videritis vos recte ne primū illud filio: spūisancto/sequēs: patri vltimū assignetis sic tamē vt nihil horū vel patri vel filio vel spūisancto subtrahatis: ne cui forte pfonarū aut plenitudinē minuat distinctio: aut ppietatez tollat pfectio. ℭ Simul & hoc aduertire quid simile filij hui⁹ seculi experiant de carnis illecebris: de mūdi spectaculis: & de pompis sathane: cū tamē hoc torū sit vīvita presens eludit miseros amatores suos dicente iohanne. Quicūd in mūdo est: concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculoz: & ambitio seculi. Hec de redemptiōis fructu. ℭ In modo quoq; quē: si recolitis: dei esse exinanitionē diffiniuim⁹: tria item precipue vobis intuenda cōmendo. Nō em̄ simplex aut modica illa exinanitio fuit: sed semetipm exinanuit vsq; ad carnē: ad mortem ad crucem. Quis digne penset quante fuerit humilitatis/mansuetudinis/dignationis dñm maiestatis carne indui mulctari morte: turpari cruce! ℭ Sed dicit aliq̄s. Nō vas luit opus suum reparare creatoz: absq; ista difficultate? Valuit: sed maluit cū iniuria sui: ne pessimū atq; odiosissimū vitiū ingratitudinis occasione vltra reperiret in hoie. Sane multū fatigationis assumpsit: quo multe dilectiōis homine debitore tenerer: cōmoneretq; grauiarū actionis/difficultas redēptionis: quem minus esse deuotū/fecerat cōditionis facilitas. Quid em̄ dicebat hō creatus & ingrat⁹? Gratis quidē cōditus sum: sed nullo autoris grauamine vel labore. Siquidē dixit/& factus sum: quēadmodū & vniuersa. Quid magnū est qualibet magna in verbi facilitate donauerie? Sic beneficiū creationis attenuās humana impietas: ingratitudinis materiā in de sumebat: vñ amoris causam habere debuerat: idq̄ ad excusandas excusationes in peccatis. Sed obstruxit os loquentiū iniqua. Luce clarius pater quārū mō pio te o hō dispendiuz fecit de dño seruus: de diuite pauper: caro de verbo: & de dei filio hoīs filius fieri nō desperit. Memento iā te esse de nihilo factū: nō tū de nihilo redemptū. Sex dieb⁹ cōdidit oīa & te inter oīa. Atvo p totos triginta annos operat⁹ est salutez tuā in medio terre. O quantū laborauit sustinēs. Carnis necessitates: hostis tentationes: nōne tibi crucis aggrauauit ignominia: mortis cumulauit horroz? Necessarie quidem. Sic fic hoies & iumenta saluasti dñe: quēadmodum multiplicasti misericordiā tuā de⁹. Hec meditamini: in his vsamini. Talib⁹ odoramentis refouere vi/scera vestra: que diu torsit odor molestior: potēs: vt abūdetis & his vnguentis nō minus suauib⁹ q̄ salutarib⁹. Nec tū adhucvos putetis habere illa optima q̄ in sponsevberib⁹ cōmendant. De quibus incipere mō finiendi iam sermonis angustia phiber. Que dicta sunt de alijs: tenere memoria: pbate vita: et de his iuuate me precib⁹ vestris: vt digne loqui possim q̄ & dignū sit tantis spōse delitijs: & vestras aias ad amorem edificer sponsi iesu christi domini nostri. Amen.

ℭ De preciolo vnguento pietatis: & de veneratione habēda a subditis erga prelatos suos. Sermo. xij.

A

Quo me vnguēta vo bis tradidisse recordor. Cum cōtritionis delicta multa complectens. Alterū deuotionis multa cōtinens beneficia. Ambo salubria: si nō ambo suauia. Primū siquidē pungitiuū sentit: q: mouet ad cōpunctionē amara recordatio pcōz: & doloze facit: cū sequens mitigatoriū sit diuine bonitatis intuitu cōsolationē dante & sedante dolorem. Sed est vnguentū q̄ ambobus longe antecellit: & hoc appellauerim pietatis: eo q̄ fiat de necessitatib⁹ pauperū: de anxietatib⁹ oppressorum: de pturbationibus tristiū: de culpis delinquentiū: & postremo de oībus quocūlibet miseroīū erūnis: etiam si fuerint inimici. Despicabiles videnk species iste: sed est super oīa aromata vnguentū: q̄ ex eis cōficit. Sanatiuum est. Beati em̄ misericordes: q̄m ipsi misericordiā cōsequentur. Igit̄ multe miserie collecte: atq; oculo pietatis inspecte: ipse sunt spes ex quib⁹ vnguēta optima cōponunk: spōse digna vberib⁹: spōsi sensib⁹ grata. ℭ Felix mes que talium collectiōe aromatū/sese ditare: & ipinguare curauit/infundēs ea oleo misericordie: & ardore decoquēs charitatis. Quisputas est locūdus hō qui misereк & cōmodat: pinus cōpati: subuenire prōptus: dare q̄ accipere beati⁹ iudicijs ignoscere facilis: ira/sci difficilis: vlcisci penit⁹ nō acq̄escēs & p oīa primor⁹ eque vt ppias respiciēs necessitates? O quecūq; es aia sic affecta: sic imbuta rore misericordie: sic affluēs pietatis visceribus? sic te oībus oīa faciens: sic facta ipsa tibi tāq̄ vas perditū: vt ceteris pōsto vbiq; semp occurras atq; succurras: sic deniq; mortua tibi vt viuas oībus: tu plane tertiū optimūq; vnguentū felix possides: & manue distillauerūt tori? suauitas liquore. Nō erit cabik in te pore malo: nec ferus: psecutiōis ebibet illū: sed semp deus meno: erit ois sacrificij tui: & holocaustū tuū pingue fiet.

B

ℭ Sunt viri diuitiarū in ciuitate dñi virtuum: quero an apud aliquos hec vnguēta inueniant. Et primo occurrit (sicut vbiq; solet) nobi paul⁹ vas electionis: reuera vas aromaticū: vas odoris. & referū offi puluere pigmentario. Christi em̄ erat bon⁹ odor deo in omni loco. Multe pfecto suauitatis fragrātia longe lateq; spargebat pect⁹ illud: q̄ sic affecerat solicitudo oīm ecclarum. Vide em̄ quales spēs & qualia aromata coacernauerat sibi. Quotidie (inquit) mortio: pper vām gloriā. Et rursus. Quis infirmat & ego non infirmor? Quis scādalizat & ego non vror? Et multis talib⁹ que vobis bene nota sunt: abūdabat diues iste in cōponedis vnguentis optimis. Decebat nam̄q; pius & purissimis aromatib⁹ redolere vbera que christi mēbra lactarēt. quoz Paul⁹ mater erat p certo parturies semel & iterū: donec xps formarek in eis: ac mēbra capiti suo reformarēk. ℭ Audi & de alio diuite quō ad manū habebat electas spēs: de quib⁹ optima vnguēta cōficeret. Foris (inquit) nō māsit peregrin⁹. Ostiū meū viatori patuit. Itez. Oculi fut ceco: & pes claudo. Pater erā pauperū: cōterebā molas iniqui: & de dentib⁹ illius auferebā predā. Si negabā q̄ volebāt pauperib⁹: & oculos vidue expectare feci. Si comedi buccellaz meā solus: & nō comedit pupillus ex ea. Si despexi ptereuntē eo q̄ nō haberet indumentū: & absq; operimēto pauperē. Si non benedixerūt mihi latera ei⁹: & de vellerib⁹ ouiū mearū calefact⁹ est. Quāro putam⁹ vir iste odore terrā respersera: in his operibus? Singula opa singula erāt aromata. His ppiā repleuerat cōscientiā: vt fetoē putride carnis interne suauitatis exhalatione sibi temperaret. ℭ Joseph postq̄ vniuersam egyptū post se fecit currere in odore vnguentoz suoz: eriā suis venditoribus candē demū fragrātiā ppinauit. Equidem increpatoria verba vultu ꝓferebat irato: sed erūpebant lachryme de pinguedine cordis: nō ire indices sed gratie ꝓditrices. Samuel lugebat saul qui se querebat occidere: & ad ignē charitatis incalescente pectore liquefactus intus pietatis adeps foras emanabat p oculos. Ob bonū deniq; quē circūquaq; diffunderat sue opinionis odo

rem: refert de eo scriptura: q: cognouerūt oēs a dan vsq; bersabee: q̄ fidelis samuel ꝓpheta esset dñi. ℭ Quid de moyse dicā: quāto adipe & pinguedine & ipe repleuerat viscera sua? Nec domus illa erasperans/in qua pro tpe versabak: potuit vnq̄ in oīm murmure & furore suo/vnciōe spūs qua semel imbutus fuerat: exterminare: quo minus (inter assiduas lites & quotidiana iurgia) ipse in sua mānsuetudine pduraret. Merito restatus est spūssancrus de eo q̄ esset mitissimus oīm hoīm qui morabank sup terraz. Siquidem cū his qui oderūt pacem eram pacificus: intātum vt populo ingrato & rebelli nō modo nō irasceretur: sed & irascentem deū suo interuentu lenirer: sicut scriptuz est. Dixit vt disperderet eos: si nō moyses electus eius stetisset in cōfractione in cōspectu ei⁹: vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Deniq; si dimittis (ait) dimitte: sinautem: dele me de libro tuo quē scripsisti. O vere hoiem vncteum vnctione misericordie. Loquik plane parentis affectu: quā nulla possit delectare felicitas: ex quib⁹ quos pariuit. Verbi gratia. Si diues quispiā mulieri paupercule dicat. Ingredere tu ad prandiū meū: sed quē gestas infantulū: relinque foris: q̄m ploraz & molestus est nobis: nūquid facit? Nōne magis eliget ieiunare q̄ exposito pignore charo, sola prādere cum diuite? Ita nec moyſi sedet solum se introduci in gaudiū dñi sui: foris seq; remanente populo: cui licet inquieto & ingrato: vice pariter & affectione matris inberet. Dolet viscera: sed tolerabilio: rē sibi iniudicat torsionem q̄ cuulsionē. ℭ Quid david mansuetius qui illius mortē lugebat: qui suā semp sitierat? Quid benignius vt eius molestе ferret decessum cui succedebat in regnum? Sed & de morte parricide filij q̄ difficile cōsolationem admisit? Magnā pfecto optime vnctionis copiā pferebat talis affectio: ideo & securus oīabat dicens. Memento dñe dauid: & oīa mansuetudinis eius. Ergo hj oēs habuerūt vnguenta optima: quib⁹ hodieq; p̄uniuersas ecclesias suauissime redolent. Nec solū ipsi: sed & quicūq; se in hac vita ita benivolos & beneficos prebuerūt: ita inter hoies humane viuere studuerūt: quatenus oēm quā vim sunt habuisse grati: nō sibi tenerent: sed in cōmune deducerent: eltim ites se amicis pariter & inimicis: sapientib⁹ & insipientibus debitores: cāq̄ fuissent vtiles oībus: humiles in oībus: & pre oībus extiterunt dilecti deo et hoibus: quorū fragrantia in benedictione est: quotquot inquā tales precesserūr: fragrarunt suis tpibus: fragrant et hodie vnguentis optimis. Tu quoq; si donū q̄ desuper accepisti: nobis gubernalib⁹ tuis libenter impertiaris: si te exhibeas vbiq; inter nos officiosum: si affectuosum: si gratum: si tractabilem: si humilem: testimoniuz habebis ab oībus q̄ fragres & ipse vnguentis optimis. ℭ Omnis in vobis qui fraternas infirmitates tam corpoz q̄ animoz nō solū patienter supportar: sed insup si licet: & si valet: iuuat obsequijs: cōfortat alloquijs: cōsilijs informat: si hoc non pōt ꝑpter disciplinā: solicitis saltem orationib⁹ solariari non cessat infirmo. oīs (inquā) q̄ talia operak in vobis: bonū oīo spargit odore inter fratres: & odore de vnguētis optimis. Balsamū in ore/huiusmodi frater in cōgregatione/monstrak digito: & dicit de eo oēs. Hic est frater amator: et populi israel: hic est q̄ multū orat p pp̄lo & vniuersa sancta ciuitate. ℭ Sed recurram⁹ ad euāgeliū atq; aliāq̄: q̄ forte specter & ad hec vnguēta requiram⁹. Maria magdalene/& maria iacobi/& salome emerūt aromata vt venientes vngerēt iesum. Quenā ista vnguēta tā preciosa: vt xpi corpoꝛi parent & pparent: nā copiosa vt toti sufficiāt. Ne trum q̄ppe duoz precedentiū aut emptū: aut factū specialiter ad opus dñi: aut toto in corpore legik fuisse diffusuz: sed de subito introducik mulier: vno quidem in loco oscu lans pedes & vnguēto vngens: in altero vo vel ipa vel altera habens alabastrum vnguenti & illud mittens in caput. Ceterū nunc emerūt (ait) aromata: vt venientes vngerent iesum. Emūt nō vnguenta: sed aromata: et vnctio in obsequiū dñi nō fracta assumik: sed nouā cōficitur; nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad vngendā tamū aliquā corporis partem: verbi gratia/ pedes aut caput. Sed sicut scriptū est: vt venientes vnge/ rent iesum: quod est totius cōplexio: nō partis distinctio.

Ꝛ Tu quoq; si te induas viscera misericordie: liberalē de migrūcp exhibeas: nō tantū parentib⁹ siue cognatis tuis: aut quos tibi vel bñfactores tenes: vel benefacturos spe/ ras: nam & ethnici hoc faciūt: sed (iuxta pauli cōsiliū) stu/ deas operari bonū ad oēs: ita vt ꝓpter deū: nec inimico officiū humanitatis corporale/ seu spirituale negandum subtrahendūcp existimes: cōstat te quoq; abūdare vnguē tis optimis: nec caput aut pedes dñi tm: sed passim quātū in te est: vngere suscepisse totū corpus/ qđ est ecclia. Et for/ te puide ob hoc dñs iesus paratā sibi cōfectionē expendi noluit in suo corpore mortuo: vt seruaret viuo. Viuit em̄ ecclesia: q̄ māducat panē vinū qui de celo descendit. Ipsa est charius corpus christi: qđ ne mortē gustaret: morti illō alterū traditū fuisse nullus christian⁹ ignorat. Ipsam vn/ gi: ipsaz foueri desiderat: ipsius infirma membra cupit fo/ mentis accuratioꝛib⁹ releuari. Ipsi ergo preciosa vnguen ta retinuit: cui anticipans horā/ & accelerans gloriā: mulie rū deuotionē nō eluſit: sed instruxit: Renuit vngi: sed par cens: nō spernens. Nō recusans obsequiū: sed reseruans ꝓficuū. Sꝓficuū dico nō huius materialis atq; corꝓ/ ralis vnguēti: sed plane spiritualis qđ in isto designatum est. In isto ergo pepercit magister pietatis vnguētis opti mis pietatis: q̄ membris suis indigētib⁹ tam corporaliter & spiritualiter oīno cuperet exhiberi. Denicp̄ pauloante cum in caput ei⁹: aut etiā in pedes funderet vnguentum: ipmcp satis preciosum: nūquid ꝓhibuit? Immo & obstitit ꝓhibentib⁹. Nā & simoni indignāti q̄ se tangi a peccatrice pmitteret: longā texuit reprehensionis parabolā: & aliis dditiōis vnguentū causantib⁹ relꝓdit dicens: Quid mo/ lesti estis huic mulieri? Nonunq̄ ego (vt modicū faciā excessum) cū sederem mihi ad pedes iesu merens: & offe/ rens sacrificiū spūs cōtribulati in recordatione peccatoꝝ meoꝝ: aut certe ad caput si quādo: vel raro starem & exul/ tarem in recordatiōe beneficioꝝ eius: audiui discentes. Ut quid dditio hec? Causantes videlz q̄ soli viuerē mihi: qui (vt putabāt) multis prodesse possem. Et dicebāt. Potuit em̄ venūdari multo & dari pauperib⁹. Sed nō bonū mer/ carum mihi est etiā si vniuersum mundū lucrer: meipm̄ p/ dere & detrimentū mei facere. Vñ intelligens vba hec/ in/ ter illas esse quas scriptura loquit: muscas morturas: q̄ perdūt suauitatē vngūenti: recordatus sum diuine illi⁹ sñie Populemeus & te beneficentiū errorē inducūt. Verum audiāt excusante dñm: & respōdentem ꝓ me: q̄ me quasi de ocio incusant. Quid (inquit) molesti estis huic mulie/ ri? qđ est. vos videtis in facie: & ideo fm faciem iudicatis. Nō est vir (vt putatis) qui possit mittere manū ad fortia: sed mulier. Qui tentatis ei imponere iugū ad qđ ego eā minus sufficientes inuenio? Bonū opus operatur in me. Stet in bono q̄diu nō cōualescit ad melius. Si q̄s de mu liere in virū & virū ꝓfecerit: poterit & in opus ꝓfe/ ctionis assumi. Ꝛ Fratres reuereamur episcopos: sed ve reamur laboꝛes eoꝝ. Si laboꝛes pensam⁹: nō affectemus honoꝛes. Agnoscam⁹ imparesa vires nostras: nec delectet molles & femineos humeros viroꝝ supponere sarcinis: nec obseruem⁹ eos: sed honoꝛem⁹. Inhumane nempe eoꝝ redarguis opera: quoꝝ onera refugis. Temerarie obiur/ gat virū de ꝓcilio reuerentē mulier nens in domo. Dico em̄. Si is qui de claustro est: eū qui versat in populo inter/ dum min⁹ districte: minus ve circūspecte sese agere depre/ henderit (vbi gra in vbo/ in cibo/ in somno/ in risu/ in ira/ in iudicio) nō ad iudiciū cōfestim ꝓsiliat: sed meminerit scriptū. Melioꝛ est iniquitas viri: q̄ benefaciens mulier. Nā tu quidē in rui custodia vigilās bene facis: sed qui iu/ uat multos: & melius facit & virilius. Nō si implere nō suf ficit absq; aliqua iniquitate. i. absq; quadā inequalitate vi te & cōuersationis suemenento q: charitas operit multi/ tudinem peccatoꝝ. Hec dicta sint cōtra geminā tentationem; qua sepe viri religiosi episcopoꝝ vel ambire gloriā: vel ex/ cessius temere iudicare diabolicis instigationib⁹ incitant.

Ꝛ Sed redeam⁹ ad vnguenta sponse. Videsne q̄ fit pre/ ferendū ceteris istud pietatis vnguentū: de quo solo genis sum nō est dditionē fieri? In tantū dditio de ipso nō fit: vt nec aque frigide munꝰ irremuneratū sinat. Bonū tamen cōtritionis vnguentū: qđ de recordatione peccatoꝝ cōficitur mittuntcp in pedes dñi: q: cor cōtritū & humiliatū deus non despicit. Ceterū longe melius esse arbitroꝛ: id qđ dicitur deuotionis: factū de recordatione beneficioꝝ dei: quippe quod & capiti idoneū reputat: ita vt ꝓbeat de ipso deus Sacrificiū laudis honorificabit me. Poꝛro vtrūcp vincit unctio pietatis: q̄ de respectu miseroꝝ fit: & per vniuersum christi corpus diffundit. Corpus dico nō illud crucifixum sed qđ illius acquisitū est passiōe. Optimū reuera vnguē tum in cuius cōparatiōe/ cetera nec respicere se ostendit/ qui ait. Misericordiā volo & nō sacrificiū. Hanc ergo po/ tissimū inter ceteras virtutes redolere puto vbera sponse que sponsi p oia gestit cōgruere volūtati. An nō odoꝛe mi sericordie thabita etiā in mortefragrabat? Et ideo cito de morte cōualuit: q: preualuit odoꝛ vite.

Ꝛ Sed audite ver bū abbreuiati sup presenti capitulo. Quisquis & inebriat vbis: & fragrat bñficijs: sibi dictus puter: q: melioꝛa sunt vbera tua vino: fragrantia vnguentis optimis. Et ad hec quis idoneus? Quis nostrū vnū saltem horū integre pse/ cepcp possidet: vt nō videlz interdū & in dicendo sterilioꝛ et in operando tepidioꝛ sit? Sed est q̄ merito & nō dubie/ hoc preconio gloriek: eccla vtiq; cui nunq̄ de vniuersita/ te sua deest & vnde inebrier: & vnde fragret. Quod em̄ sibi deest in vno: habet in altero: fm mensurā donationis chri sti: ac moderationē spūs dividentis singulis prout vult. Fragrat ecclesia in his/ qui sibi faciunt amicos de māmo/ na iniquitatis: inebriat ministris verbi: qui vino leticie spi ritualis/ infundūt terrā & inebriant eā: & fructū referūt in patientia. Ipsa audacter securecp sese noiat spōsam: tanq̄ que vere habet vbera melioꝛa vino: & fragrantia vngue tis optimis. Quod et si nemo nostrū sibi arrogare presu mat: vt aiam suā quis audeat sponsam dñi appellare: qm̄ tamen de ecclesia sumus: que merito hoc noie/ & re nomi nis gloriak: nō immerito gloꝛie huius participiū vsurpa/ mus. Nō em̄ simul oēs plene integrecp possidemus: hoc singuli sine ꝓditione participamus. Gratias tibi dñe iesu: qui nos charissime ecclesie tue aggregare dignat⁹es: nō solum vt fideles essemus: sed vt etiaz tibi vice sponse in amplexus iocūdos/ castos/ eternoscp copulare mur: reue/ lata & ipsi facie speculātes gloriā tuā: que tibi cōmunis pa riter est cū patre & spiritusancto in secula seculoꝝ. Amen.

Ꝛ De gloria & laude deo semp attribuenda ꝓ oībus bonis eius nobis impensis. Sermo. xiij.

Rigo fontium & flu/ minū oīm mare est: virtutū & scientiarū dñs iesus christus. Quis em̄ dns virtutū nisi ipe est rex gloꝛie? Sed & iuxta anne canticū videz ipse deus scientiarū dñs est. Cōtinentia carnis: coꝛdis in/ dustria: voluntatis rectitudo: ex illo fonte manant. Nō so/ lum aūt sed & si quis calleat ingenio: si quis niteat eloquio: si quis moꝛib⁹ placeat: inde est. Inde scientie: inde sapientie sermo. Thesauri siquidē sapientie & scientie ibi oēs absco diti sunt. Quid? casta pfilia: iusta iudicia: sancta desideria: nōne riuuli fontis illius sunt? Nō si copie aquarum secre tis subterraneisq; recursibus incessanter equoꝛa repetūt: vt inde rursus ad visus vsusq; nostros iugi & infatigabili erumpant obsequio: cur nō etiam spirituales riui vt aru mentium rigare nō desinant: ꝓpꝛio fonti sine fraude & sine intermissione reddant? Ad locū vnde exeunt reuertā tur flumina gratiarū: vt iterū fluant. Remittatur ad suuz principiū celeste, pfluuiuz: quo vberius terre refundatur.

Qualiter in quis? Qualiter dicit apls. In oībus gratias agentes. Quicquid sapientie; quicquid te virtutis habe/

re cōfidis: dei virtuti & dei sapiētie reputa xpō. Et qs tū in sanus (ais) vt aliūde pſumat? Nemo plane adeo vt & pha riseus gras agat: cuius tamē iusticie nō est laus a deo. Nec em̄ illa gratiarū actio (si bene recolis euangeliū) gratioꝛē eū facit. Quare? Quia quicqđ in oꝛe deuoti sonuerit: co/ dis nō sufficit excusare tumoꝛē apud eū/ q̄ alta alonge co/ gnoscit.

Ꝛ Deus o pharisee non irridek. Puras tu habes aliqđ qđ nō accepisti: Nihil (inqt) & ideo gras refero lar/ gitoꝛi. Si oīno nihil: ergo nec meritū pcessit in te vllū: vt il la de quib⁹ gloriaris acciperes. Qđ si et fatearis: primo q̄ dē frustra inflaris aduersus publicanū: q̄ ideo non habet qđ nr: q: nō accepit vt tu. Deinde vide etiā ne non integre sua dona refigures deo: & tibi inflectēs aliqđ de gloria & ho/ noꝛe ipsius/ fraudis merito arguaris: & fraudis in demn. Si em̄ de his q̄ iactas: ex te tibi quippiā forte arrogares: falli te magis q̄ velle fraudare crederē: & erroꝛē coꝛrigerē. Nūc vero q: gratias agendo/ ꝓbas te tibi nihil tribuere: sed dei esse dona/ tua merita pūderer agnoscere: certe cete ros aspernēdo/ pdis te q̄ in coꝛde et coꝛde locutus fis: al/ tero cōmodās linguā medacio; altero veritatis vsurpās gloriā. Non em̄ iudicares publicanū contēnendū ꝓte re: si nō ꝓcilio te honoꝛandū censeres. Sed qđ respōdes apo stolo ꝓscribēti & dicēti: soli deo honoꝛ & glia? Quid angelo distinguēti & docēti qđ sibi retinere placeat deo: & qđ parti ri dignek hoibus? Nā gloria (inquit) in excelsis deo: et in terra pax hoibus bone volūtatis. Cernitis ne phariseum agētem gras: labijs quidē honoꝛare deū: coꝛdis aūt sentē tia se? Sic vsu quodā magis/ q̄ sensu vel affectu ꝓsonare in oꝛe multoꝝ gratiarū actionē aduertere est: intātū vt ho mines q̄s sceleratissimi ad queq; flagitia & facinoꝛa sua fo/ leāt gras deo agere/ q̄ bene ꝓspereq; vt quidē ipsi sapiūt cesserit sibi in admplerioꝛe puersarū voluntatū suarū. Au dias (verbi gra) furē cū impie machinationis male cupi/ tū manipulū reporterit: exultantē clam & dicentē. Deo gra tias: nō inanes vigilias feci: nocturnū laboꝛē meū nō pdi di. Similiter q̄ hoiez interfecit: nōne gloriak et referre gran as q̄ ꝓualuit aduersus emulū: aut de hoste se vidicauit? Et nihilominꝰ adulter tripudiās gestit in dei laudes/ q̄ diu optato ꝓcubuit (cals cōcupitu) grandē potitus sit.

Ꝛ Nō ex go oīs gratiarū actio accepta est deo: nisi q̄ de coꝛdis pu dica et mera simplicitate pcedit. Pudica sane dixerim ꝓ pter eos/ q̄ et de malis actib⁹ suis gloriātes/ deo gras age re solēt: quasi deꝰ moꝛe ipsoꝝ lereā/ cū male fecerint: & exul tet in reb⁹ pessimis. Audiet q̄ hmōi est. Existimasti inique q̄ ero tui similis: arguā te & statuā cōtra faciem tuā. Ve/ ra vero adiunxi ꝓpter hypocritas: q̄ deū quidē de bonis suis: sed verboten⁹ glorificātes: coꝛde retinēt/ qđ oꝛe ꝓbue rāt: & qm̄ dolose agūt in cōspectu eius: inuenik iniquitas eoꝝ ad odiū. Illi impie mala sua deo: isti dei bona fraudu lēter into: quēt sibi. Et quidē primū illud tā stultū/ tāq; se culare ac quodāmodo etiā bestiale est: vt necesse nō habeā de ipso monere vos. Ceterū sequēs: religiosis maxime et spiritualib⁹ viris insidiari solet.

Ꝛ Magna & rara virtus ꝓfecto est: vt magna licet operātē/ magnū te nesciās: & ma nifestā oībus/ tuā te solū latere sanctitatē. Mirabilem te apparere et contēptibilem reputare: hoc ego ipsis virtu tibus mirabilius iudico. Fidelis reuera famulus es: si de multa gloria dñi tui: et si nō exeunte ex te examen transeun te per te: nil tuis manibus adherere cōtingat. Tunc iuxta ꝓphetam/ ꝓcisseis auariciam ex calumnia: & excutis ma nus tuas ab omni munere. Tūc iuxta mandatum dñi: lux tua lucet cora hominibus: ad glorificandū non te: sed pa trem qui in celis est. Sed et imitatoꝛ pauli fideliumcp pre dicatoꝝ non ꝓdicantiū semetipsos: eque nec tu que tua sunt queris; sed que iesu xpi. Mobrem audies & tu. Euge serue bone & fidelis: q: sup pauca fuisti fidelis: supra mul ta te constituā. Joseph cū domum et omnia bona egyptij dñi sui fidi credita sciret: dominā non ignoꝛauit exceptam: et ob hoc non acquieuit cōtingere. Non est (inquit) ex om nibus bonis dñi mei qđ non in mea potestate sit; vel nō tra diderit mihi ꝓter te/ que vxoꝛ eius es. Mulierem nouerat gloriā esse viri: & iniquum sibi iudicauit vice cōtraria/ ingloriā facere eū qui se fecerat gloriosum. Aduertit ho/ mo dei sapientia prudens/ virum vxoꝛem fortiter tanq̄ ꝓ priam zelare gloriam: sibiq; ipsi retinuisse seruandam: nō alij credidisse: et manū ad non cōcessum extendere nō ꝓ sumpsit. Quid ergo: homo zelat gloriam suam: et deū au der velle fraudare de sua quasi non zelantem?

Ꝛ Sed au di quid dicat. Gloriā (inquit) meā alteri nō dabo. Quid ergo dabis nobis dñe: quid dabis nobis? Pacem (inqt) do vobis: pacem relinquo vobis. Sufficit mihi. Gaudeam ter suscipio quod relinqs: et relinquo qđ retines. Sic pla cent: ſic mea interesse nō dubito. Abiuro gloriam ꝓcisus: ne forte si vsurpauero nō concessum: perdam merito & ab latum. Pacez volo: pacem desidero: & nihil amplius. Cui non sufficit pax: nō sufficis tu. Tu es enim pax nostra qui fecisti vtraq; vnū. Hoc mihi necessariū: hoc satis est: recon ciliari itri: reconciliari mihi. Nam ex quo posuisti me con trarium tibi: factus sum etiam mihimet ipsi grauis. Cau tus sum/ nec ingratus fore beneficio date pacis: nec sacri legus inuasoꝛ gloꝛie tue. Tibi dñe/ tibi gloria tua maneat illibata: meā bene agitur si pacē habuero.

Ꝛ Bolia ꝓ/ straro leratus est populus pace recepta: sed dauid singu lariter exirit gloꝛiosus. Josue/ iepre/ gedeō/ samson: Ju dith quoq; q̄q̄ femina: gloꝛiose in diebus suis triumpha/ runt de hostibus: sed pace cuz gaudio fruentibus ceteris/ nemo eis cōmunicauit in gloria. Judas machabeus mul tis er ipse inclytus victoꝛijs: cum frequenter exultāti ppli pacē foꝛtiter pugnādo tribuisset: nunquid gloriā q̄q̄ est paruitas alicui? Deniq; et facta est (inquit) nō gloriatio sed le/ ticia magna in populo. Quid min⁹ ab his oibus/ cōditoꝛ oīm fecit: quoniā & ipe debeat gliari singulariter? Solus cūcta creauit: solus de hoste triūphauit: solus captiuos li beruit: et sociū habebit in gloria? Et brachiū (inqt) meū auxiliatū est mihi. Item. Torcular calcaui solus: & de gēti bus nō est vir mecū.

Ꝛ Quid mihi ergo cū victoria si nec in ꝓlio fui. Impudentissime mihi arrogo vel gloriā absq; vi ctoria: vel victoriā sine pugna. Sed suscipite mōtes pacem pplo: pacē suscipite nobis: nō gloriā: ipi soli eis seruātes q̄ solus & pugnauit & vicit. Ita queso ita sit: gloria in excelsis deo: & in terra pax hoibus bone voluntatis. At vero non bone: sed plane inique volūtatis est: qui nequaq̄ pace con tēnus: supbo oculo et insatiabili coꝛde inquietus anhelat & ad gloriā dei: nec pacē ꝓinde retinēs/ nec gloriā appꝛehen dens. Quis credat paꝛtem ꝓ se dicat paturire radiū/ quē suscipit ꝓ fenestram? Aut si gloꝛientur nubes/ q̄ imbres ge nuerint: quis nō irrideat? Mihi liquido constat nec de ca nalib⁹ oriri riuos aquarū: nec de labijs vel dentibus ver ba prudentie: ex ſi sensus vltra coꝛpoꝛeus nō attingat. Si qua sane in sanctis digna laude vel admiratione inueꝛo/ clara luce veritatis discutiens; ꝓfecto reperio laudabiles/ siue mirabilem aliunde apparere: atq; aliunde esse: et laudo deum in sanctis eius: siue sit helisseus: siue ille magnus he lias moꝛtuoꝝ vtiq; suscitatoꝛes: ipsi quidem suo non imperio: sed ministerio foris exhibent nobis noua & insue ta. Deus vero in ipsis manens/ ipse facit opera: inuisibilis & inaccessibilis in se: in suis spectabilis atq; mirabilis est: et solus mirabilis qui facit mirabilia solus. Nec laus ca lami/ laudabilis est picura siue scriptura: nec gloria lin gue aut labioꝝ/ sermo bonus.

Ꝛ Tēpus est vt & ꝓphe ta loquatur. Nunquid gloriabitur (inquit) securis contra eum qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eum a quo sexet exaltetur baculus qui vtiq; lignum est: sic contra dñm omnis qui gloꝛiatur: si non in dño gloꝛietur. Si gloꝛian/ dum est. Paulus me docuit/ vnde et in quo. Gloria (inqt) nostra hec est: testimonium cōscientie nostre. Securus glo riꝛi: si teste cōscientia de gloria cōditoꝛis nihil mihi vsur po. Securus plane: quia iam non contra dñm: sed in dño. Nec nobis gloriatio non solum nō ꝓhibebitur; sed et sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

Job. v. detur cum dicitur. Gloriam ab inuicem queritis: et gloriā que a solo deo est: non vultis? Reuera gloriari in solo deo: non nisi a solo deo est. Nec mediocris ista gloria: quippe tā vera ꝯ de veritate: et in veritate tā rara vt vix vel pauci tas perfectoꝝ ꝓfecte gloriemur i ea. ¶ Eāt ergo vani filij hominū mēdaces filij hominū: eant ⁊ decipiāt ipi de vanitate in idipsum. Nā sapiens gloriato: probabit opus suū: atq; ad lumen veritatis diligenter examinabit: ⁊ sic habebit in semetipso gloriā: ⁊ non in oꝛe alterius. Stultus sum si effelle labiorum tuoꝝ gloriā meā credidero: ⁊ cepero mē dicare ea ab re cū habere voluero. Nōne nempe i tuo arbitrio ē ꝓbare me vel improbare ꝓuor volueris? Sz si re timeo penes me: ipse fidelius seruo mihi. Immo nec mihi ea credo: ipi potius repono seruāda qui potens est depositū meum seruare in illum diem: cautus in custodiēdo: fidelis in restituēdo. Secura tunc erit vnicuiq; laus a deo: his dumtaxat qui humanas laudes contempserint. Nā gloria in cōfusione eorum qui terrena sapiunt: dicēte etiā dauid. Qui hominibus placent confusi sunt: quoniam deus spreuit eos. ¶ Fratres si hec scitis: nemo vestrum velit laudari in vita ista: q; q̄dē hic fauoris capras: quod ad deū nō retuleris: ipi furaris. Tibi eni vnde gloria putride puluis: tibi vnde? De vite sanctitate? Sed spiritus est qui sanctificat: spiritus dico/nō tuus/sz dei. Et si ꝓdigijs aut signis effulgeas: in manu tua fiunt: sz virtute dei. An blanditur popularis fauoꝛ: q̄ verbuz bonū ⁊ bene forte dep: ompseris? Sed christus donauit os ⁊ sapientiā. Nam lingua tua quid nisi calamus scribe? Et hoc ipsum mutuo accepisti. ¶ Talentum creditū est/reperendum cū vsura. Si inuentus fueris ad opus impiger: ad fructū referendū fidelis: ꝓ labore tuo mercedē accipies. Si quominus: tolletur a te talētuz: ⁊ nihilominus exigēt lucrū: ⁊ vocaberis seruus nequam ⁊ piger. Vis igitur de bonis multiformis gratie apparentis in vobis referatur ad ipsum laus: laudabiliuz siquidem vniuersoꝛ auroꝛ et lagitoꝛem. Jdq; non ficte: quemadmodū ab hypocritis: nec sola cōsuetudine sicut a secularibus: sed nec quadam necessitate: vt iumenta ferendis oneribus applicantur: sed sicut decet scīos: sinceritate fida: deuotione solicita: hilaritate grata: sed nō dissoluta. Immolantes itaq; hostiam laudis et reddentes vota nostra de die in diē: curemus omnivigilantia iungere sensum vsui: affectum sensui: exultationem affectui: grauitatem exultationi: humilitatem grauitati: libertatem humilitati: quo interdum liberius purgate mentis passibus proceda mus: ⁊ excedamus ꝑ inusitatas quasdā affectiones spirituales leticias i iubileis amenitatibus: i lumine dei: in suauitate: in spiritu sctō: ꝓbantes nos comꝑhensos in his quoq; ꝓbra intuebatur cū diceret. Die in luminevultus tui ambulabūt: ⁊ in nomine tuo exultabunt tota die: ⁊ in iustitia tua exaltabuntur. ¶ At fortasse aliquis mihi dicat. Bene admones: sed si ea diceres que tuo ꝓposito cōueniret. Expectare paulisper. Non immemoꝛ. Nōne sunt in manibus: est id tractare quod dicitur. Oleum effusum nomē tuum? Hoc opus: hic labor est. Et que ꝓpensissimus: an fuerit necessaria vos videritis. Nunc quod ad me attinet: q; hinc aliena non sint: paucis aduertite. Nō recordamini i spōse vberibus extremam cōmendatuz esse suaue olentiā vnguentoꝝ? Quid ergo cōsequentius ꝯ vt eandē fragrātiam sponsa ne sibi arrogare putetur: de spōsi beneficio recognoscat? Cui plane sensui illa omnia que ꝓtea ꝓauimus subseruire cognoscitis. Q̄ vbera (inq̄t) mea sic redolent: ⁊ sic placent: nec studijs: nec meritis ascribo meis: sz tue o sponse tribuo largitati: de oleo vrsq; effuso noīe tuo. Hoc ꝑ littere consequentia. Ceterū explanatio ipsius capituli: cuius occasione super nequissimo vitio ingratitudinis/ꝑsentē sermonē tā in longū ꝓrotraxim⁹: tēpus aliud ⁊ aliud exoꝛ: diū sermonis desiderat. Nunc hoc solum admonitos vos esse sufficiat: si spōsa vtiq; de omni virtute sua vel gratia minime audet sibi quippiā arrogare: quāto min⁹ adolescētule fortē q̄ nos sumus? Dicam⁹ ꝓinde ⁊ nos spōse vestigia insectantes: dicamus. Non nobis dñe nō nobis: sz nomini tuo da gloriā. Dicamus non verbo ⁊ lingua tm̄: sz opere ⁊ veritate: ne forte (quod nimis vereoꝛ) dicatur ⁊ de nobis. Q̄m dilexerunt eum in oꝛe suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. Coꝛ autem eoꝝ non erat rectum cū eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Dicamus ergo dicam⁹: clamātes plus medullis cordis q̄ labijs oris. Saluos fac nos dñe deus noster: ⁊ congrega nos de nationibus: vt cōfiteamur nomini sancto tuo: nō nostro: ⁊ gloriemur in laude/non nostra/sed tua: in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De ecclesia fidelium christianoꝝ: ⁊ de synagoga iudeoꝝ perfidoꝝ. Sermo. xiiij.

et voluntate labioꝝ eius nō fraudasti eam: ipse est qui in omni loco sedulus quidā pedissequus anime nō cessat solicitare eā: ⁊ assiduis suggestionib⁹ monere dicens. Delectare in dño: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Et rursus Expecta dñm ⁊ custodi viā ei⁹. Jtem si motā fecerit expecta eum: q: veniēs veniet ⁊ nō tardabit. Ad dñm aūt: Sicut ceruus (inquit) desiderat ad fontes aquarū ita desiderat aia ista ad te de⁹. Desiderauit te in nocte: sed ⁊ spūs tu⁹ in precordijs eius de mane vigilauit ad te. Et iterū. Tota die expandit ad te manus suas. Dimitte illā q: clamat poste. Conuertere aliquātulū ⁊ deprecabilis esto sup eā. Respice de celo ⁊ vide ⁊ visita de solatā. Fidelis paranymphus qui mutui amoris cōscius: sed nō inuidus: nō suā querit: sed oīm gratiā. Discurrit medius inter dilectū et dilectam vota offerens: referens dona. Excitat istā: placat illū. Interdum quoq; (licet raro) repsentat eos pariter sibi: siue hanc rapiens: siue illū adducēs. Siquidē domesticus est ⁊ notus in palatio: nec veretur repulsam: ⁊ quotidie videt faciem patris. ¶ Vide aūt tu ne quid nos in hac vel bi animeq; cōmixtione/corporeū seu imaginatoriuz sentis re existimes. Jd loquimur qđ apls dicit: qui adheret deo: vnus spūs est. Excessum pre mentis in deū siue dei puri defectum in animā: nostris quib⁹ possum⁹ exprimi nus verbis: spiritalib⁹ spiritualia cōparantes. Jtaq; in spiritu sit ista cōiunctio: q: spūs est deus: ⁊ ꝓcul dubio decorem anime illius: quā forte aduerterit in spiritu ambulantem: ⁊ curā carnis nō perficientem in desiderio: ꝑsertim si sui amore flagrantem cōsperserit. Non ergo sic affecta/⁊ et sic dilecta cōtenta erit oīno vel illa q̄ multis per ea q̄ facta sunt: vel illa q̄ paucis ꝑ visa ⁊ somnia: facta est manifestatio sponsi: nisi ⁊ speciali ꝓrogatiua intimis illū affectibus atq; ipsis medullis cordis celitus illapsum suscipiat habeatq; presto quez desiderat nō figuratū: sed infusum: nō apparentem: sed afficientem: nec dubiū quin eo iocundioꝛem: quo intus nō foris. Verbū nempe est nō sonans: sed penetrans: nō loquax sed efficax: nō obstrepēs auribus sed affectib⁹ blandiens. Facies est nō formata/sed formās nō pstringens oculos corporis: sed faciez cordis letificās gratia quippe amoris munere: nō colore. ¶ Nō tn̄ adhuc illum dixerim apparere sicuti est: q̄uis nō oīno aliud hoc modo exhibeat q̄ quod est. Neq; em̄ vel sic cōtinue ꝓsentem: q̄uis deuotissimis mentib⁹: sed nec vnifoꝛmiter oīmibus. Oportet nāq; ꝓ varijs animę desiderijs/diuine gustum ꝓsentie variari: ⁊ infusum sapoꝛē supne dulcedinis diuersa apperentis animi aliter atq; aliter oblectare palatum. Deniq; aduertisti in hoc amatorio carmine/quotiēs mutauerit vultū: ⁊ in quanta multitudine dulcedinis sueꝛā dilecta dignatus sit trāsformari: ⁊ quō nunc quidem instar ꝑfectū dignatus sit: nunc vo in oleo ⁊ vnguētis medicū exhibere appareat: nimirū ꝓpter teneras ⁊ infirmas animas: istiusmodi adhuc indigētes fomētis ⁊ medicamentis: vnde ⁊ delicato adolescētularū noie designantur. Si mussitet: q̄s audiet: q: nō est opus sanis medicus: sed malle habentib⁹. Nūc rursum quasi viatoꝛ: quispiā itinerātib⁹ sponse simul atq; adolescētulis sese associās: locū dissimis cōfabulatiōib⁹ suis: a laboꝛe vie oēm relevat comitatū: ita vt eo discedēte loquant. Nōne coꝛ nostruz ardens erat in nobis de iesu dū loqꝛet⁹ nobis in via? ¶ Facūdus comes qui in sermonū ⁊ moꝛ suauitate suoꝛ: tanq̄ in quadā suaueolentia spiritū vnguētoꝛ post se currere faciat vniuersos. Vñ ⁊ dicit. Jn odoꝛe vnguētoꝛ tuoꝛ currem⁹. Item aliqñ occurrēs quasi ꝑdiues aliq̄s paterfamilias: q̄ in domo sua abūdet pauib⁹: imo tāq̄ rex magnific⁊ potēs: q̄ spōse paupis videat pusillanimitatē erigere: puocare cupiditatē demōstrās illi oīa desiderabilia glie sue: diuitias to: cularij ac ꝓpriaꝛioꝛ: hoꝛtoꝛ ⁊ agroꝛ copias: demū etiā introducēs eā in ipa secreta cubiculi. Nimirū ꝑsidet in ea coꝛ viri sui: ⁊ nō est ex oibus qđ ab illa existimet abscondendū: quā redemit in opem: ꝓbauit fidelem: amplexatur amabilem. Atq; ita nō cessat siue hoc: siue illo mō interno iugiter apparere cōspectui querentiū se: vt sermo impleat quē dixit: Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationem seculi. Et in his oib⁹ suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericordie. Nam in oculis quidē affectuosum ⁊ blandū: in oleo aūt et in pigmentis atq; vnguentis elementem ⁊ affluentem visceribus pietatis ⁊ cōpassionis. ¶ Porro in via hilarē affabilem/plenū gratie ⁊ solatij: in ostensione vo diuitiarum ac possessionū munificū se ac largū ꝓ regia liberalitate remuneratoꝛem demōstrat. Jta per oēm huius carminis tenꝛm reperies verbū istiusmodi similitudinibus adumbrari. Unde ego puro id significatū apud prophetam vbi ait: Spiritus ante faciem nostrā christus dñs: in vmbra eius viuem⁹ inter gentes: q̄ sic videamus nunc ꝑ speculū ⁊ in enigmate: ⁊ necdū facie ad faciem. Ait istud sane donec viuim⁹ inter gentes. Nā inter angelos aliter quādo iam indifferenti oīno felicitate cū ipsis videbimus eū et nos sicuti est: hoc est in forma dei: ⁊ nō in vmbra. Quō nāq; apud veteres quidem vmbrā figurāq; dicimus ertiā nobis aūt per gratiā christi in carne ꝓsentis/iplam per se illucescere veritatē: ita nos quoq; respectu futuri seculi/in quadā interim veritatis vmbra viuere nō negabit nisi qui nō acquieuerit apli dicenti Ex parte cognoscimus et ex parte ꝓpheramus. Et illud. Nō arbitroꝛ me cōprehendisse. Quomō em̄ nō est distinctio eius qui per fidem ambulat: ⁊ illius qui per speciem? Ergo iustus ex fide viuit: beatus exultat in specie. Et ideo sanctus homo viuit interim in vmbra christi: sanctus angelus in splēdoꝛe vultus glorie/gloꝛiatur. ¶ Et bona fides vmbra: q̄ lucem temperat oculo caligantis: ⁊ oculū ꝓparat luci. Scriptū est em̄: Fide mūdans corda eoꝝ. Fides itaq; lucem nō extinguit: sed custodit. Quicquid sane est illud quod videt angelus: hoc mihi vmbra fidei seruat: fidei sinu reposītū in rpe reuelandū. An non expedit tenere vel inuolutū quod nudū non capis? Deniq; ⁊ inter dñi viuebat in vmbra fidei: cui dictū est: ⁊ beata que credidisti. Habuit ⁊ de christi coꝛpoꝛe vmbrā que audiuit: ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Necem vilis vmbra: que de virtute altissimi formatur. Et ver⁊ virtus in carne christi: que virgini obumbrauit: vtq̄ impossibile erat mortali femine: obiectu tamen inuolucri viuifici coꝛpoꝛis/ferret ꝓsentiā maiestatis; ⁊ lucez sustinere inaccessibilem. Virtus plane in qua oīs cōtraria formido debellata est. Et virtus ⁊ vmbra fugans demones; nes: tutans hoies. Aut certe virtus vegetans: vmbra refrigerans. Viuimus ꝓinde in vmbra christi qui per fidem ambulamus: et carne ipsius pascimur vt viuamus. Caro em̄ christi vere est cibus. Et videne ꝓpterea etiā nunc describaꝝ hoc loco apparens tanq̄ in scemate pastoꝛali: vbi illum sponsa quasiuit nō quēpiā de pastoꝛib⁹ videtur allo qui dicens. ¶ Jndica mihi vbi pascas: vbi cubes in meridie. Bonus pastoꝛ qui animā suam dat ꝓ ouibus suis. Animā ꝓ illis: carnem illis. Illā in precio: istā in cibum. Res mira: ipse pastoꝛ: ipse pascua est: ipse redemptio. Verum sermo in longū pergit: q̄m locus amplus est: ⁊ grandia cōtinens: ⁊ nō explicabil⁊ paucis: atq; hac necessitate videtur mihi iam rūpendus potius q̄ finiendus. Oportet aūt vt q̄m materia pendet: memoria vigileꝛ: quatenus vbi pausatum erit: inde moꝛ resumatur ⁊ ꝓtractet ꝓout dñs dabit iesus christus sponsus ecclesie: qui est super oia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter christus suscipit ab aia sancta tanq̄ sponsus ⁊ ab aia infirma tanq̄ medicus: et de differentia cogitationum vnde oriantur. Sermo. xxxii.

Dicta mihi vbi pascas: vbi cubes in meridie. Hic sum⁹: hinc pgrediamur. Sz anteq̄ rimari incipiam visio ista ⁊ allocutio: recapitulandū breuiter arbitroꝛ: de aliis visionib⁹ que ꝓcesserunt: quomō nobis aperi spiritaliter possint ꝓ: votis ⁊ meritis singulorum: vt apprehensis illis (si tan

Universidad de Deusto
Biblioteca

men hoc datū fuerit) facilio: ⁊ in huius discussiōe elucear intellectus. Verū id difficillimū. Nam ertū illa verba quibus ipe visiones seu similitudines describunk: sonare corpota atq; corpotea videank: spiritualia tamen sunt q̄ nobis ministrank in his: ac p hoc in spiritu quoq; causas et rationes earū opōnet inquiri. Et q̄s idoneus inuestigare et cōprehendere tam multos anime affectus profectusq; quibus hec de presentia spōsi tam multiformis gra dispēsantur? Tamen si inuremur ad nos: ⁊ spūs rectus in lumine suo digniek ostendere nobis q̄ opere suo nō dedignatur assidue acritare in nobis: puto nō oīno nos in his fine intellecturemāsuros. Cōfido em nō accepisse nos spm̄ huius mūdi: sed spiritū qui ex deo est: vt sciam⁹ q̄ a deo donata sunt nobis. Ergo si cui nostrū cum sancto ppheta adherere deo bonū est: ⁊ (vt loquar manifestius) si q̄s in nobis est ita desiderij vir: vt cupiat dissolui ⁊ cū xp̄o esse: cupiat aūt vehementer: ardenter sitiat: assidue meditek: is pfecto nō secus q̄ in forma sponsi suscipiet verbū in rpe visitatiōis hora videlz qua se astringi intus quibusdā bracheis sapiētie. atq; inde sibi infundi senserit sancti suauitate amoris. Siquidē desiderū cordis eius tribuek ei: ertī adhuc peregrinanti in corpore. Ex parte tamen idq; ad tempus: ⁊ tēpus modicū. Nam cū vigiliis ⁊ obsecrationib⁹ et multo labore: ⁊ imbre lachrymarū quefitus affuerit: subito dum teneri putatur: elabit: ⁊ rursum lachrymanti ⁊ insecranti occurrens cōprehendi parik: sed minime reuerenti dū subito iterū quasi e manib⁹ euolat. Et si institerit precib⁹ ⁊ fletibus deuota ania: denuo reuertek: ⁊ volūrare labior⁹ ei⁹ non fraudabit ea: sed rursum mox disparebit: ⁊ nō videbik: nisi iterū toto desiderio requirak. Ita ergo ⁊ in hoc corpore potest esse de presentia sponsi frequens letitia: sed nō copia: q: ⁊ si visitatio lenificat: ſs molestat vicissitudo. Et hoc tādiu necesse est pati dilectā: donec semel posita corpotea sarcina molis: auoler ⁊ ipa leuata pēnis desideriorū suorū libere iter carpens p campos pemplariomis: ⁊ mente seq̄s expedita dilectū quocūq; ierit. Nec tū vel in trāsitu presto erit sic omni anime: nisi illi dūtaxat quā ingēs deuotio: ⁊ desideriū vehemens ⁊ predulcis affectus spōsum probat: ⁊ dignā ad quā gratia visitādi accessurū vbū decorem induat formā sponsi accipiens. Qui em̄ nonduz inuenitur ita affectus: sed cōpūctus magis actuū recordatione suorū loquens in amaritudine aie sue dicat deo: Noli me cōdemnare: aut forte etiā adhuc periculose tentatur a pp̄ria cōscipiscentia abstractus ⁊ illectus: hic talis non sponsum requirit: sed medicū: ac p hoc nō oscula quidem vel amplectus: sed tm̄ remedia vulneribus accipiet suis: in oleo vtiq; ⁊ vnguentis. An nō sepenumero sic sentimus: et sic experimur oīa: antea: nos qui nostris quotidie adhuc excessibus tentamur presentibus: mordemur preteritis? A quanta me amaritudine frequenter liberasti aduenies iesu bone! Quotiens post anxios fletus: post inenarrabiles gemitus ⁊ singultus: fauciā cōscientiā meā vnctissima cōfessione misericordie tue ⁊ oleo letitie pfudisti! Quotiens me oratio quem pene desperantē suscepit: reddidit etiā rem et presumentē de venia! Qui similiter afficiunk: ecce hi sciunt q̄ vere medicus sit dñs iesus: qui sanat cōtritos corde: ⁊ alligat cōtriones eor⁹. Qui experti non sunt: credant in deum ipsi dicenti. Spūs dñi vnxit me: ad euangelizandū mansuetis misit me: vt mederer cōtritis corde. Si adhuc dubitant accedant certe ⁊ pbent: ⁊ sic in semetipsis discant quid sit: misericordiā volo ⁊ nō sacrificium.

Sed videam⁹ ⁊ reliqua. Sunt q̄ in studijs spiritalib⁹ fatigati ⁊ versi in tepore ⁊ atq; in defectu quodā spūs positi ambulant tristes vias dñi: corde arente ⁊ redente accedūt ad queq; miracra: frequenter murmurāt: longos dies: longas cōquerunk ⁊ noctes: loquētes cū sancto Job. Si dormiero dico: q̄n consurgā ⁊ rursum expectado vesperā. Ergo vbi cōtingit tale aliq̄d pati: si misertus dñs apparuerit nobis in via qua ambulam⁹: ⁊ incipiat loqui de celo qui de celo est: necnō fauore: abile quippiā cantare nobis de cāticis syon: narrare etiam de ciuitate dei: de pace ciuitatis: de eternitate pacis: de stanu eternitatis: dico vobis erit p vehiculo anime domitanti ⁊ pigritanti leta narratio: ita vt pellat oīne fastidiū ab animo audientis: ⁊ a corpore fatigationem. An tibi aliud vel pari vel petere ille videk qui ait. Domitauit aia mea p̄te tedio: cōfirma me in vbis tuis. Et nōne cū obtinuerit clamabit. quō dilexi legem tuā dñe tota die meditatio mea est? Sunt em̄ quedā verba verbi sponsi ad nos: nostre meditationes de ipso ⁊ eius gloria: elegantia: potentia: maiestate. Nō solū aūt sed ⁊ cum auida mente versam⁹ testimonia ei⁹ ⁊ iudicia oris ei⁹: ⁊ in lege eius meditamur die ac nocte: sciam⁹ p̄to certo adesse spōsum atq; alloqui nos: vt nō fatigemur laborib⁹ sermonibus delectari. Tu ergo cū tibi aliqua talia volui animo sentis: nō tua puteo cogitatione: sed illū agnosce loquentem: qui apud ppheta dicit. Ego qui loquor: insticiaz. Si millia em̄ sunt nostre cogitata mentis sermonib⁹ veritatis in nobis loquentis: nec facile q̄s discernit q̄d intus pariat cor: suū: q̄d ve audiat: aniſi q̄ prudenter aduerrit dñm in euangelio loquentē: q: de corde exeūt cogitationes male. Et illud. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Et q̄ loquitur mendaciū: de suo loquik. Apls aūt. Nō q̄ sufficientes (inquit) simus cogitare aliquid a nobis tanq̄ ex nobis: sed sufficientia nra ex deo est. Cum ergo mala in corde versam⁹: nostra cogitatio est: si bona dei sermo est. Illa cor nostrū dicit: hec audit. Audiā (ait) q̄d loquatur in me dñs deus: q̄n loquetur pacē in plebē suā. Itaq; pacem: pietatez: iusticiā: deus in nobis loquit: nec talia nos cogitam⁹ ex nobis: sed in nobis audim⁹. Ceterū homicidia: adulteria: furta: blasphemie: ⁊ his similia de corde exeunt: nec audim⁹ ea: sed dicimus. Deniq; dixit insipiens in corde suo: nō est de⁹. Et ppter hoc irritauit impi deū: q: dixit in corde suo nō reqūrer. Sed est preterea quod corde quidē sentik: nō tñ cordis est verbū: nec em̄ de corde exit sicut nra cogitatio: sed neq; illud est q̄d ad cor fieri dixim⁹: verbū videlz verbi: cū sit malū: immittik aūt a principijs potestatib⁹: sicut fuit immissiōes per angelos malos: quale (verbi causa) fuit q̄d legik missse in cor diabolus: vt traderet dñm iudas simonis scarioth⁹. Verū q̄s ita vigil ⁊ diligens obseruator motionū internaz suarū: siue in se siue ⁊ ex se factarū: vt liq̄do ad queq; illicita sensu cordis sui discernat inter morbū mentis ⁊ morsum serpentis? Ego nulli hoc mortaliū possibile puto: nisi q̄ illuminat⁹ a spūsancto: speciale accepit donū: q̄d ap̄ls inter cetera charismata q̄ enumerat: nominat discretionē spirituū. Quā tūlibet em̄ q̄s (sim salomonē) oīni custodia seruet cor: suū ⁊ oīa q̄ intra se mouenk vigilātissima intentione obseruet: etiā si diuturnū forte in his habuerit exercitiū: ⁊ frequēs experimentū: nō poterit tñ ad purū in se dinoscere discernere ve ab inimicē malū innatū ⁊ malū seminatū. Nā delicta q̄s intelligit? Nec multū refert nr̄a scire vnde inest nobis malū: dūmodo in esse sciam⁹: vigilandū potius ⁊ oīa dū vndecūq; sit ne cōsentiam⁹. Deniq; dixit ppheta cōtra vtrūq; malū dicens: Ab occultis meis mūda me dñe: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Et ego nō possum tradere vobis q̄d nō accepi. Nō aūt accepi fateor vñ assignē certā notionē inter parrū cordis ⁊ seminariū hostiū. Quippe vtrūq; malū: vtrūq; a malo: vtrūq; in corde: sed nō vtrūq; de corde. Hoc totum certū mihi in me: ⁊ fi incertū q̄d cordi: q̄d hosti tribuā? Et id quidē (vt dixi) absq; periculo.

Sed sane el vbi periculose: imo dānabiliter errak: atq; ibi merito nobis cerra p̄figitur regula: ne q̄d dei est in nobis: desimus nobis: putātes verbi visitatione nostrā esse cogitationez. Ergo quātū distat bonū a malo: tātū ista duo a se: q̄n nec de verbo malū: nec de corde exiet bonū: nisi q̄d prius forte de verbo cōceperit: q: nō pōt bona arbor malos fructus facere: nec arbor mala fructus bonos. Ar satis dictū esse credo quid dei: q̄d nostrū in nostro sit cor: de: nec sufficere (vt arbitror) sed vt sciant inimici gratie: absq; gratia nec ad cogitandum bonū sufficere cor humanū: sed sufficientiam ipsius ex deo esse: dei vocem bonū q̄d cogitatur: nō cordis prolem existere. Tu ergo si vocē eius audis: nō iam nescias vnde veniat aut quo vadat: sciēs q: a deo exit et ad cor vadit. Vide aūt quō vbū q̄d egredik de ore dei: nō reuertak ad eū vacuū: sed pficeret ⁊ faciat oīa ad q̄ missit illud: vt dicere possis ⁊ tu: q: gratia dei in me vacua nō fuit. Felix mens: cui verbū indiuiduus comes: vbiq; se affabilem prebet: cui indefinēter oblectata suauitate facundia: carnis molestijs ⁊ vitijs sese vendicet oīm horā redimendo tps a diebus malis. Nō lassabik: nō molestabitur: q̄n sicut dicit scriptura: Nō cōtristabit iustū quicqd ei acciderit. Jam vo magni patrisfamilias seu regie maiestatis scema apparere existimo his: q̄ accedētes ad cor altum: de maiori spūs libertate ⁊ puritate cōscientie magnanimiores facti cōsueuerūt audere maiora: inquieti prius ⁊ curiosi secretiora penetrare: ⁊ app̄ehendere sublimiora: et tentare pfectiora: nō modo sensuū: sed ⁊ virtutū. Dei em̄ p̄to fidei magnitudine: digni inueniunk qui inducank in oēm plenitudinem: nec est oīno in oibus apothecis sapiētie a quo de scientiarū dīs arcendos censeat: cupidos vitatis: vanitatis nō cōscios. Talis erat moyses qui audebat dicere deo: Si inueni gratiaz in oculis tuis: ostende mihi teipsum. Talis philippus: q̄ sibi ⁊ suis cōdiscipulis patrē flagitabat ostendi. Talis ⁊ thomas: q̄ nisi sua manu tāgeret vulnus ⁊ fossum lanis: credere recusabat. Pusilla fides: sed de magnitudine animi miro mō descendens. Talis quoq; dauid q̄ ⁊ ipse dicebat deo. Tibi dixit cor meum: exquisiui te facies mea: faciē tuā dñe requirā. Tales itaq; magna audent: q̄n magni sunt: ⁊ q̄ audent: obtinēt iuxta verbū p̄missionis ad ipsos: q̄s est istiusmodi. Quēcūq; locum calcauerit pes vester: vester erit. Magna siquidē fides: magna merek: ⁊ quatenus in bonis dñi fiducie pedē porrexeris: eatenus possidebis.

Deniq; moysi ore ad os loquitur deus: ⁊ palā nō per enigmata ⁊ figuras dīm videre merek: cū pphetis alijs tm̄ in visione apparere se dicat: ⁊ p somnia loqui. Philippo quoq; p̄ petitionē eor⁹ dis sui: ostensus est pater in filio: in eo q̄ dubio q̄s incōtinenti audiuit. Philippe q̄ videt me: videt ⁊ patrem: ⁊ q: ego in patre: ⁊ pater in me est. Sed ⁊ thome iuxta desiderium cordis ei⁹: palpandū se p̄buit: ⁊ voluntate labior⁹ ei⁹ nō fraudauit eū. Quid dauid? Nōne ⁊ ipe voto se nō oīno fraudari significat vbi ait: nō datur se somnū oculis suis nec palpebris suis dormitationē: donec inueniret locū dño

Igit istiusmodi magnis spiritib⁹ magn⁹ occurrit spōsus. et magnificabit facere cū eis: emittens lucē suā ⁊ veritatez suā: colq̄ deducēs ⁊ adducēs in montē sanctū suū: ⁊ in tabernacula sua: ita vt dicat q̄ eiusmodi est: q: fecit mihi magna q̄ potens est. Regē in decore suo videbunt oculi eius p̄cemq; se ad speciosa deserti: ad flores rosarū ⁊ lilia vallium: ad amena hortoz ⁊ irrigua fontiū: ad delitias cellariorū ⁊ odoramēta aromatū: postremo ad ipa secreta cubiculi.

Isti sunt thesauri sapiētie ⁊ scientie penes spōsum absconditi: hec vire pascua pparata in refectionē aiarū sanctarū. Beatus vir q̄ implenit desideriū suū ex ipsis. Hoc solū admonit⁹ sit: ne solus habere velit q̄ possint sufficere pluribus. Proopterea em̄ fortassis post ista oīa spōsus tanq̄ pastor: apparere describik: vt perinde admoneak assectatores: tanto: ū munerū: pascendi gregis simplicioz: q̄ scz tam nō valent p semetipsos app̄ehendere ista: q̄ nō audēt sine pastore oues exire in pascua. Deniq; hoc ipm̄ sponsa prudenter aduertens: postulat sibi indicari vbi ipse pascat ⁊ cubet sub meridiano seruore: parata (vt quidem ex hoc intelligi dat) pasci ⁊ pascere cū illo ⁊ sub illo. Nec em̄ tuū arbitrak longe agere gregez a summo pastore: nimirū obincursiones lupoz: eorū maxime q̄ veniūt ad nos in vestimētis ouiū: ⁊ ppterea satagit eisdē cū ipo pariter pascere pascuis ⁊ cubare vmbris. Et causam ponit: Ne incipiam (inquiēs) vagari post greges sodaliū tuoz: ipsi sunt q̄ se volunt videri amicos spōsi: ⁊ nō sunt: ⁊ cū suos nō illius greges pascere cura sit eis: hinc inde tamen insidiātes dis-

cunt. Ecce hic est chr̄istus: ecce illic est: videlz vt multos seducant ⁊ abducant a rpi gregib⁹ ⁊ socient suis. Hoc p littere textu. Jam vo spiritalē sensum qui in ea later: sub alio sermonis principio expectate: quicquid illud erit q̄ mihi inde vobis oīantibus/ sua misericordia partiri dignabit spōsus ecclesie iesus chr̄istus dñs noster: qui est super oīa deus benedictus in secula. Amen.

De his que semper secranda sunt a mente deuota: ⁊ q̄d sit meridies: et de quattuo: generibus tentationum semper cuitandis. Sermo. XXXIIII.

Indica mihi quē diligit aia mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie. Et alibi quidā. Jndica (inq̄t) mihi cur me, ita iudices? Ubi nō sane suniam causaz: ſs scrutantur causaz: erudiri flagellis petens nō erui. Jtē alib⁹ precatur dicens. Vias tuas dñe demōstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Quas dixerit vias vel semitas/ manifestat alibi. Deduxit me (inquit) sup semitas iusticie. Et ego tria ista aia curiosa: dei nō cessat inquirere iusticiā: ⁊ iudiciū: ⁊ locū habitationis gloie sponsi: tanq̄ viā in qua ambulet: cautelā qua ambulet: ⁊ ad quā ambulet mansionem. De qua mansione sic habes in ppheta: Unam petij (inquit) a dño hanc requirā: vt inhabitez in domo dñi oībus diebus vite mee. Et iterū. Dñe dilexi decorē dom⁹ tue et locū habitationis gloie tue. Porro de reliquis duob⁹ iusticia ⁊ iudiciuz (ait) p̄paratio sedis tue. Merito tria ista mens deuota requirit: vtpote sedem dei/ ⁊ sedis ppārationē. Et pulchre in sponse p̄rogatiuā cōcurrunt pariter oīa ad cōsummationez virtutū: vt de forma iusticie/ sit formosa: de iudicio⁹ noticia/ cauta: de desiderio p̄sentie seu gloie sponsi/ casta. Talem pro: sus decet esse sponsam domini: pulchrā: eruditā ⁊ castā. Ergo petitio quā vltimā posui istius est loci. Petit siquidē ab eo quē diligit aia sua indicari sibi vbi pascat: et vbi cubet in meridie. Et primo aduerte q̄ eleganter amoz: em spūs/ a carnis discernat affectum dū dilectū expetimere magis ipa affectione: q̄ noie volens: nō simpliciter quē diligo: sed o (inq̄t) quē diligit anima: spiritualem designās dilectionē. Deinde quidnā ea⁹ in loco pascue adeo delectet: diligēter attende. Sed nec illud pretereat te de hora meridiana: ⁊ q̄ is potissimū explorak locus: in quo q̄ pascit cubat simul: q̄ est magne securitatis indiciū. Arbitror: em̄ ob hoc additū cubat/ q̄ eo loci minime necesse sit stare ⁊ vigilare sup custodiā gregis: q̄n grex etiā cubāte pastore ⁊ pausante sub vmbris/ libere nihilomin⁹ discurrat in pascuis. Felix regio in qua p libitu oues ingrediunk ⁊ egrediunk: ⁊ nō est q̄ exterreat. Quis mihi tribuat videre vos: meq̄ pariter in mōtib⁹ pascivas cū illis nouagintanouē q̄ illic relicte legunk: cū pastor earum dignāter ad vnā descendit q̄ errauerat: Secure pascit dubio cubat ppe: qui ⁊ longe recedere minime dubitauit: sciens q: in turo eas reliquerat. Merito sponsa illo suspirat: merito inbiat loco pascue simul ⁊ pacis: sed quietioris securitatis: ſs exultatiōis: sed admirationis: sed stuporis. Nam ⁊ me miserū heu longe agentē ⁊ de longe salutantē. En ipsa ei⁹ recordatio ad lachrymas p̄uocat: plane iuxta affectionē ⁊ vocem dicentiū: Sup flumina babylonis illic sedimus ⁊ flevim⁹: dum recordaremur tui syon. Liber exclamare ⁊ me/ cū sponsa pariter ⁊ cum ppheta. Lauda deū tuū syon: q̄n cōfortauit seras portarū tuarū: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te. Quis nō illic vehementer cupiat pasci ⁊ ppter pacem/ ⁊ ppter adipē/ ⁊ ppter satietatē? Nihil ibi formidatur: nihil fastidik: nihil deficit. Tuta habitatio paradisus: dulce pabulū verbū: opulentia multa nimis/ eternitas. Habeo et ego verbū sed in carne: ⁊ mihi apponitur veritas: sed in sacramento. Angelus et adipe frumenti saginatur: ⁊ nudo saturak grano: me oportet interim quodam sacramenti cortice esse contentum/ carnis furfure/ litere palea/ velamine fidei. Et hec talia sunt que gusta-

ta afferunt mo:tem: si non de p̃mitijs spūs quātulūcūq; iiij.re.iiij
accipiant condimentū. P̃o:fus mo:s mihi in olla: nisi ex
pphete farinula dulcoꝛ: ek. Deniq; abſq; spiritu ⁊ sacramē
tum ad iudiciū ſmnitur: ⁊ caro non ꝓdeſt quicq̃: ⁊ littera
occidit: ⁊ fides mo:tua eſt. Sz spūs eſt qui viuificat: vt vi
uam in eis. ¶ At quātaliber ſane abundantia spūs pin
guefcant iſtamō pari o:ino iocūditate ſumitur coꝛ ex ſacra
mento: ⁊ adeps frumenti: fides ⁊ ſpes: memo:ia ⁊ preſen
tia: eternitas ⁊ tempus: vultus ⁊ ſpeculū: imago dei ⁊ fo
ma ſerui. Nempe in oibus hijs fides locuples mihi: intel
lectus pauper. Nunquid vo par ſapoꝛ: intellectui fidei q̃
cū ſit in meritū iſtarille in p̃miū? Videsergo diſtare in
ter pabula: quātū ⁊ inter loca: ⁊ ſicut exaltauit celi a terra:
ita habitantes in eis bonis poꝛtoꝛib⁹ abūdare: ſeſtinem⁹
pinde filij festinem⁹ ad locū turtoꝛem: ad paſtū ſuauioꝛ
ad vberioꝛ ⁊ fertilioꝛ agrū. ſeſtinem⁹ vt habitemus ſi
ne metu: abundem⁹ ſine defectu: epulemur ſine faſtidio.
Tu em̄ dñe ſabaoth qui cū tranquillitate iudicas oia: etiā
cum ſecuritate eque oia ibi paſcis. Idem ipſe ⁊ dñs exerci
tuū ⁊ paſtoꝛ ouiū. Ergo ⁊ paſcis ⁊ cubas pariter: ſed nō
Act. vij. hic. Deniq; ſtabas cū e celo ſpſpiceres vnā ex tuis ouiculis
(ſtephanū loquoꝛ) a lupis circūdari ſup terrā. Et ꝓpterea
queſo indica mihi vbi paſcas: vbi cubes in meridie: hoc
eſt tota die. Etem̄ illa meridies tota eſt dies: ⁊ ipſa neſciēs
veſperam. Et ideo melioꝛ dies illa in atrijs tuis ſup milia
Pſal. lxxxiij. qꝛ neſcit occaſum. ¶ At matutinū foꝛſitan habuit: cū p̃i
mum videlicet dies ſanctificatus illuxit nobis per viſcera
3 vtiq; miſericoꝛdie dei noſtri: in quib⁹ viſitauit nos oriens
pū. xlvij. ex alto. Vere nunc ſuſcepim⁹ deus miſericoꝛdiā tuā in me
dio templi tui: cū in medio vmbꝛe monꝛis ex o:tus matuti
ni lux o:ta eſt nobis: ⁊ mane vidim⁹ gloꝛiā dñi. Quāti re
ges ⁊ pphete voluerūt videre ⁊ nō viderunt! Quare: niſi
qꝛ noꝛ erat: ⁊ neccū venerat illud expectatum mane: cui
fuerat repꝛomiſſa miſericoꝛdia? Unde ⁊ oꝛabat q̃s dicēs:
pū. cxlij. Auditam fac mihi mane miſericoꝛdiā tuā: qꝛ in te ſperaui
L ¶ Iſtur nūq; quedā huius aurooꝛa dici: ex quo ſol iuſticie
per archangelum gabrielem nūciatus eſt terris: ⁊ virgo
deum in vtero de ſpiritu ſancto cōcepit ⁊ peperit virgo: ac
deinceps quoad in terris viſus eſt: ⁊ cum hoibus conuer
ſatus eſt. Nam vſq; adeo per totū id tempoꝛis / lux puſilla
et tanq̃ lux renera auroꝛe apparuit: vt diem eſſe interim
j. coꝛ. ij. apud hoies pene vniuerſitas ignoꝛaret. Deniq; ſi cogno
Job. xij. uiſſent: nunq̃ dñm gloꝛie crucifixiſſent. Et vtiq; ipſis pau
cis diſcipulis dicebat. Adhuc modicū lumen in vobis eſt:
eo q̃ auroꝛa eſſet: ⁊ initium vel potius indiciū diei: dū ſol
adhuc abſconderet radios ſuos: ⁊ minime eos ſpargeret
Ro. xiij. ſuper terrā. Paulus quoq; dicebat: qñ noꝛ p̃ceſſerit: dies
aūt appꝛopiquauit: ſignificans eſſe tūc adhuc adeo mo
dicum lumen vt ꝓpinquaſſe: q̃ veniſſe diem dicere malue
rit. Quando aūt hoc dicebat? P̃o:fecto quando ſol reuer
ſus ab inferis: iam ſe ad alta celi ſuſtulerat. Quāto magis
cum adhuc ſimilitudo carnis peccati / inſtar denſe nubis
operiret auroꝛā: iuxta oēs n:mirū noſtri coꝛpoꝛis paſſio
nes: ita vt neq; amara mo:s: nec cruꝛ p̃oꝛoſa defuerit.
Quātomagis (inquā) tunc exigua tenuiſq; admodū lux
fuit: ⁊ que de auroꝛe magis: q̃ de ſolis p̃odire p̃ſentia
videretur! ¶ Erat ergo auroꝛa: ⁊ ipſa ſubobſcura ſaris:
2 tota illa chriſti cōuerſatio ſup terrā: vſq; dum occūbens ⁊
rurſum exoꝛiens: ſolaris ſue p̃ſentie / lumine clarioꝛi fu
mar. xvj gauit auroꝛam: ⁊ mane facto abſoꝛpta eſt nox in victoꝛia.
Deniq; habes. Et valde mane vna ſabbatoꝛ veniunt ad
monumentū / oꝛto iam ſole. An nō mane fuit quando oꝛ
ij. coꝛ. v. tus eſt ſol! Attulit aūt nouum de reſurrectione decoꝛem:
er ſereniꝛem ſolito lucem: quoniā ⁊ ſi noueramus eū ſm
pū. xcij. carnem: ſed nunciam nō nouimus. Eſt ſcriptū in ꝓphera
decoꝛem induit: induit fortitudinem ⁊ p̃cinxit ſe q̃ car
nis infirma tanq̃ nubila queda exculſerit: ſtolā gloꝛie in
duēs. Sane etunc elcuamis eſt ſol: ⁊ ſenſim demū diffun
dens ſuos radios ſup terraz: cepit paulatim vbiq; clarioꝛ
apparere fernidioꝛq; ſentiri. Uerū quātūlibet incaleſcat
⁊ inualeſcat: multiplicet ⁊ dilatet radios ſuos ſup oīe hu
ius noſtre moꝛtalitatis curriculū (erit em̄ nobiſcū vſq; ad
cōſummationem ſeculi) nō tamen ad meridianū puenier
lumen: nec in illa ſui plenitudine videbit modo: in qua vi
dendus eſt poſtea: ab hijs dūtaxat quos hac viſione ipſe
dignabit. O vere meridies: plenitudo feruoꝛis ⁊ lucis: ſo
lis ſtatio: vmbꝛarū exterminatio: deficatio paludū: feꝛo
rum depulſio. O peremne ſolſticiū quādo iam nō inclina
bitur dies: o lumen meridianū: o vernalis tēperies: o eſti
ua venuſtas: o antūnalis vbertas: ⁊ (ne quid videar p̃te
riſſe) o quies ⁊ feriatio hyemalis. Aut certe ſi hoc ma
gis ꝓbas: ſola tui hyeꝛis abijt ⁊ receſſit. Hūc locū (inq̃t)
ge. xxviij. tāte claritatis ⁊ pacis ⁊ plenitudinis indica mihi: vt quē
admodū Jacob adhuc in coꝛpoꝛe manēs / vidit dñz facie
Nu. xij. ad faciem: ⁊ ſalua facta eſt aīa ei⁹: vel certe ſicut Moyſes
vidit eū nō ꝓ figuras ⁊ enigmata / ſeu ꝓ ſomnia vti ꝓphe
te alij: ſed mō plane p̃ecelleti atq; inexpto ceteris: ſibi no
Eſa. vj. to ⁊ deo. vel ſicut Elaias reuelatis oculis coꝛdis vidit euz
ij. coꝛ. xij ſup ſoliū excelſum ⁊ eleuatū: vel eriā quō paulus raptus
in paradiſum / audiuit verba ineffabilia: ⁊ dñm ſuū ieſum
xp̃m vidit oculis ſuis: ita ego q̃s re in lumīe tuo: ⁊ in decoꝛe
tuo ꝓ mētis exceſſuz merear ꝓ̃ſpari paſcēte veberi⁹: q̃e
ſcentē ſecuri⁹. Nā ⁊ hic paſcis: ſz nō in ſaruitate. Nec cuba
re licet: ſed ſtare ⁊ vigilare oꝛtet ꝓpter timoꝛes nocturnos. ¶ Heu nec clara luꝛ nec plena refectio: nec māſio tu
ta: ⁊ ideo idica mihi vbi paſcas: vbi cubes i meridie. Bea
Mat. v. tā me dicis cū eſurio ⁊ ſitio iuſticiā. Quid ꝺ ad illoꝛ felici
pū. lxiij. tatez: q̃ repleti ſunt in bonis dom⁹ tue: q̃ epulant ⁊ exultāt
pū. lxxix in cōſpectu dei: ⁊ delectant in leticia! Sed ⁊ ſi q̃d patioꝛ ꝓ
Mat. v. pter iuſticiā: mihi lomin⁹ beatā p̃nūcias. Et certe paſci vbi
timeas pati / iocūditatem haberſed nō ſecuritatē. P̃o:ro
aūt paſci ⁊ pati ſimul: nōne moleſta iocūditas eſt! O mia
mihi hic cedūt citra pfectū: plura p̃ter votū: ⁊ tunū nihil
Quando adimplebis me leticia cum vultu tuo? Vultum
P̃ſ. xv. tuum dñe requiraz. Vultus tuus meridies eſt. Indica mi
pū. xxvij. hi vbi paſcas: vbi cubes in meridie. Scio fatis vbi paſcas
nō cubans: indica mihi vbi paſcas ⁊ cubes. Non ignoꝛo
vbi aliſs tp̃ibus paſcere ſoleas: ſed ſcire velim vbi in meri
die paſcas. Nam in tp̃e quidem moꝛtalitatis mee / ⁊ in lo
co peregrinationis mee / cōſiſtui ſane ſub tua cuſtodia pa
ſci: ⁊ paſcere in lege et ꝓphetis ⁊ pſalmis de te: necnon in
euangelicis paſcuis: ⁊ apud apoſtolos ſimiliter requieui
frequenter eriā de geſtis ſanctoꝛ ⁊ verbis ⁊ ſcriptis eoꝛuz
victū mihi / atq; attinentib⁹ mihi mendicaui vt potui: fre
quentius aūt (qñ is magis ad manū fuit) māducaui pa
nem doloꝛis: ⁊ vinuz cōpunctionis bibi: ⁊ facte ſunt mihi
P̃ſ. xlij. lacrymе mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quoti
die vbi eſt deꝰ tuus. Niſi q̃ de mēſa tua: fiq̃dē paraſti in cō
3. xxij. ſpectu meo menſam aduerſus eos q̃ tribulant me. De ipa
(inquā) tue quidez beneficio miſeratiōis accipio: in quo
vtcūq; reſpiro quotiens triſtis eſt aia mea: ⁊ quotiēs con
turbar me. Hec paſcua noui / ⁊ frequētaui te ſecuta paſto
rem: ſed indica queſo eriā q̃ nō noui. ¶ Sunt quidē ⁊ aliꝰ
n paſtoꝛes: q̃ dicūt ſe eſſe ſodales tuos / ⁊ nō ſunt: habentes
greges ſuos / ⁊ fines ſuos pabulo moꝛtis referꝛos: in qui
matthei bus paſcūt: nec recumbunt nec p̃ te: quoꝛ vtiq; terminos nō
xxiij. intrauit: nec appꝛopiauit eis. Ipſi ſunt qui dicunt. Ecce hic
mar. xiij. eſt xp̃s: ecce illic eſt: p̃mittentes ſapientie ⁊ ſcientie paſcua
vberioꝛa: ⁊ credik eis: ⁊ cōfluūt ad eos multi: ⁊ faciūt eos
filios gehēne duplo q̃ ſe. Cur hoc / niſi qꝛ non eſt ibi meri
dies / ⁊ ſpiciua luꝛ: vt liquido vitas cognoſcak: facileq; p
ea recipiꝰ falſitas ꝓpter viſimilitudinē: q̃ non facile in ob
ſcuro a vo diſcernitur: p̃ſertim qꝛ aque furtiue dulcioꝛes
puer. ir. ſunt: ⁊ panis abſcōdit⁹ ſuauioꝛ! Et ꝓpterea q̃ſo vt indices
Cant. j. mihi vbi paſcas: vbi cubes in meridie. i. in manifeſto: ne
ſeducta incipiā vagari poſt greges ſodaliū tuoꝛ: quēad
modum et ipſi vagi ſunt: nulla ſtabiles certitudine verita
tis: ſemp diſcentes ⁊ nunq̃ ad ſcientiā veritatis peruenie
res. Hec ſponſa ꝓpter philoſophoꝛū ⁊ hereticoꝛ varia et
vana dogmata. Mihi vero videk nō ſolum ꝓpterea; ſed ⁊

ꝓpter dolos inuiſibiliū poteſtatuz: ſicut ſunt ſeductoꝛij
P̃ſ. x. ſpūs ſedentes in inſidijs: ⁊ parātes ſagittas ſuas in pha
retra: vt ſagittent in obſcuro rectos coꝛde. P̃opter hos
(inquā) ⁊ maxime videk mihi illa meridies optāda etiaz
nobis: vt clara luce depꝛehendam⁹ aſtutias diaboli: atq; an
ij. coꝛ. xj gelū ſatḥane illū: q̃ ſe trāſfigurat in angelū lucis: ab ange
lo nro facillime diſcernam⁹. Non em̄ aliter nos cuſtodire
P̃ſ. xc. ſufficim⁹ ab icurſu ⁊ demonio meridiano: niſi in meridia
A no eque lumine. ¶ Quod quidē demon⁹ idcirco meri
dianū dicū eꝛiſtimo: q: ſunt aliq̃ de numero malignoꝛ: q̃
cū merito teneb: oſe obſtinateq; volūtaris ſue / noꝛ ⁊ noꝛ
ꝓpetua ſint: diem cū ſe ad fallendū ſimulare nouerūt: nec
mō diem: ſz ⁊ meridiē: ſicut coꝛ p̃nceps non cōtentus eſſe
equalis deo: eriā aduerſak ⁊ extollik ſup ea id q̃s dicik aut
q̃s colik deꝰ. Itaq; niſi coꝛdi illi⁹ quē foꝛte aliq̃s iſtiuſmo
di demoniū meridianū tentandū acceperit: oēs ex alto
illuxerit verus meridies: qui falſum cōuincat ⁊ ꝓbet: non
poterit o:no caueri: ſz tētabit: ⁊ ſupplātabit ſine dubio ſub
ſpecie boni: p bono ſcz malū / icauto ⁊ ip:ouido ꝓſuadēs.
Et tūc meridies. i. malo: claritas apparet tentās: cū quaſi
boni maio:is imaginē p̃fert. Quoties (vbi cauſa) ſug
geſſit anticipare vigilias: quo ad ſolēnia fratrū illuderet
dormitāti! Quotiēs ꝓduci ieiunia vt diuinis obſequijs eo
inutilē redderet: quo imbecillē! Quotiēs bene p̃ficiētib⁹
in ceno obijs inuidēs obrētu quaſi maio:is puritatis here
mū petere ꝓpulſit: ⁊ cognouerūt miſeri tandē q̃ verus ſit
eccls. iij serno que fruſtra legerāt: ve ſoli: qñ ſi ceciderit nō habet
ſubleuātē! Quotiēs ad opus manuū pluſq̃ opus fuerat
ſ. Ti. iij. incitauit: ⁊ fractū virib⁹ / ceteris regularib⁹ exercitijs iua
lidū reddidit! Q̃ multis exercitationē coꝛporis (q̃ iuxta
B apm ad modicū valet) nō modicā ꝓpulſit: ⁊ pietate frau
dauit! ¶ Deniq; ipſi exꝛti eſtis quo quidā ad verecūdiā
illoꝛ dico) q̃ ante inhiberi nō poterāt ira in ſpū vehemēti
ad oſa ferebant: poſt ad tanta ignauia deuenerūt: vt hu il
Gal. iij. lud apli / cū ſpū ceperint: nūc carne ꝓſummenk: q̃ turpe in
ſere fedus cū ſuis coꝛporib⁹: quib⁹ crudele ante indiceꝛāt
bellū! Uideas ꝓpudoꝛ impoꝛtune ſuꝑflua queritare: q̃
p̃ius neceſſaria obſtinātiſſime recuſabāt. Quanq̃ ſi q̃ in
ſua foꝛte inuicti obſtinatiōe ꝓdurāt indiſcreti⁹ abſtinētes:
et ſingularitate notabili cōturbātes eos cū quib⁹ habita
re debent vni⁹ moꝛis in domo: haud ſcio ſane an ſe exiſti
ment pieratē retinere: cū hmōi mihi videnk ⁊ lōgius abie
ciſſe. Nā qui ſapiētes in oculis ſuis decreuerūt apō ſe nec
cōſilio acquieſcere: nec p̃cepto: videāt q̃d reſpōdeant: nō
mihi / ſed diceti: qñ quaſi pcm̄ ariolādi eſt repugnare: ⁊
f. reg. xv. quaſi ſcelus idolatrie nolle acquieſcere. P̃emiſerat aūt
Ibidem qꝛ melioꝛ eſt obedientia q̃ victima: ⁊ auſcultare magis q̃
offerre adipem arietū. i. abſtinentiā contumaciū. Un dñs
P̃ſ. xlix. per ꝓphetē. Nūquid māducabo (ait) carnes tauoꝛ: aut
ſanguinē hircoꝛū potabo: ſignificās minime ſibi accepta
foꝛe ieiunia ſuppoꝛ vel immūdoꝛ. ¶ Sed ſane vereoꝛ ne
C dānates ſupſtitioſos videamur frena laxare guloſis: ⁊ au
diant illi ad periculū ſui: q̃d ad remediū hijs dī. Quādiu
audiet vtra p̃s: quartuo: eſſe tentationū genera: ⁊ ipa
nobis ita ꝓphetico ſermone deſcribi. Scuto (inquit) cir
P̃ſ. xc. cūdabit te veritas eius: nō timebis a timoꝛe nocturno: a
ſagitta volante in die: a negocio gambulante in tenebris:
ab icurſu ⁊ demonio meridiano. Attendite nihilomin⁹
et vos aliſ: q̃ oibus ſpero ꝓfuturū. Illud oēs in nobis
ſentimus ⁊ ſenſim⁹ qui cōuerſi ſumus ad dñm: q̃d ſancta
Eccli. ij. ſcriptura dicit. Fili accedens ad ſeruitutē dei: ſta in timoꝛe
⁊ p̃epara aiam tuā ad tentationē. Itaq; p̃imo: dia no
ſtre cōuerſionis (iuxta cōmunis quidē experientie ratio
nem) p̃imus exagitat timoꝛ: que intrāb⁹ ſtatim hoꝛoꝛ:
vite ingerit arceſioꝛis: ⁊ inſueta auſteritas diſcipline. At is
timoꝛ nocturn⁹ dicik: vel q: noꝛ in ſcripturis deſignare ſo
let aduerſa: vel qñ ꝓpter q̃d aduerſa pati aggredimur: id
nondū reuelatū eſt. Si em̄ dies ille luceret in cui⁹ lumine
pariter ⁊ laboꝛes / ⁊ p̃emia viderem⁹: timoꝛ oīno quoti
nus laboꝛ nullus eſſet p̃e deſiderio p̃emioꝛū; dum clara
luce apparerer: qñ nō ſunt cōdigne paſſiones huius tp̃is
Ro. viij. ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. ¶ Nunc vo qñ
D abſcōdita ſunt ab oculis noſtris: ⁊ noꝛ eſt: interim in hac
parte tentamur nimirū a timoꝛe nocturno: ⁊ p̃o bonis q̃
non videmus: formidam⁹ que imꝑſentiarū ſunt aduer
ſa: tolerare. Uigilandū pinde ⁊ oꝛandū primo intrantib⁹
contra hanc primā tentationē: ne ſubito p̃occupati a pu
ſillanimitate ſpūs ⁊ tēpeſtate: a bono cepto (q̃d abſit) re
ſiliant. ¶ Superata aūt hac tentatione: armem⁹ nos nihi
E lominus ⁊ aduerſus hoim laudes: q̃ de laudabili poſſi
mum vita ſumūr materiā. Alioquin parebim⁹ vulneri a ſa
gitta volante in die: q̃ eſt inanis gloria. Fama ſiquidē vo
lat: ⁊ ideo in die: q: ex operib⁹ lucis. Si hec etuffiak tanq̃
inanis aura: reſtaret ſolidius aliquid afferak de diuitijs ⁊
hon oꝛib⁹ ſeculi: ſi foꝛte qui nō curat laudes: appetat digni
tates. Et vide ſi nō hic oꝛdo tentandi ſeruatus eſt in dño
mat. iiij. noſtro: cui poſt ſuggeſtū ad ſolā vanitatē p̃cipitiū: oſten
ſa ſunt oia regna mūdi atq; oblata. Tu ergo ex emplo dñi
⁊ iſta renue. Aliter neceſſe eſt circūueniri te a negocio per
P̃ſal. xc. ambulante in tenebris: q̃d eſt hypocriſis. Etem̄ iſta de am
bitione deſcēdit: ⁊ in teneb:is habitatio eius: quippe ab
ſcondit q̃d eſt: ⁊ q̃d non eſt: mentik. Negociak aūt omī ꝓ
formā retinens pietatis ad ſeſe occultandū: virtutem aūt
F eius vendicans ⁊ emens honoꝛes. ¶ Poſtrema tentatio
eſt demoniū meridianū: q̃ ſoleat maxime inſidiari perfe
ctis: qui videlz tanq̃ viri virtutum oia ſuperauerint: volu
ptates / fauoꝛes / honoꝛes. Quid em̄ iam ſupereſt ei qui tē
tat in quo poſſit pugnare palam aduerſus hmōi? Uenit
pinde occultus: qui manifeſtus nō audet: ⁊ que ſatis ex
pertus eſt apertū oīne hoꝛrere malū: falſo bono ſupplan
ij. coꝛ. ij. tare molitur. Qui autem dicere poſſunt cū apō. Non em̄
ignoꝛamus aſtutias (alſ cogitationes) eius: quo plus ꝓfi
ciunt: eo magis ſoliciti ſunt cauere a ſagitta volante in die: et vulnerauit in ea quoſdā de ec
cleſia. Et ſurreꝛexerūt hoies vani / cupidi gloie: et voluerūt
ſibi facere nomen: ⁊ exeuntes de eccleſia diu eandem ma
trem ſuam afflixerūt in diuerſis ⁊ peruerſis dogmatibus
Sed hec quoq; peſtis depulſa eſt in ſapientia ſanctoꝛū: fu
cut ⁊ p̃ima in patientia martyꝛuz. Eu ipa iſta libera qui
dem deo miſerante / ab vtraq; illa malicia: ſed plane feda a
negocio gambulāte in tenebris. De generatiōi huic a ſer

Universidad de Deusto
Biblioteca

mēro phariseoꝝ qđ est hypocrisis; si tamen hypocrisis dicēdebet: que iam latere pt̄e abundantia nō valet: ꝛ pre impudentia nō querit. ¶ Serpit hodie putida tabes ꝑ omne corpus ecclesie: ꝛ quo latius/eo desperatiꝰ: eoꝫ periculosiꝰ quo interiꝰ. Nā si insurgeret apertus inimicus hereticus mitterek foras ꝛ arelceret; si violēt⁹ inimicus/absconderet se foras tan ab eo. Nūc vo quē efficiet: aut a quo absconderet se? Omnes amici: ꝛ oēs inimici. oēs necessarij: ꝛ oēs aduersarij. oēs domestici: ꝛ nulli pacifici. oēs ꝑximi: ꝛ oēs que sua sunt querūt. Ministri xpi sunt: ꝛ seruiūt antichristo. Honoꝝ an incedūt de bonis dñi: cui dño honorem nō deferūt. Inde is quē quotidie vides mererricius nitor: ꝛ hystrionicus habitus: regius apparatus: inde aurum in frenis: in sellis: et calcaribus: et plus calcaria: q̄ altaria fulgent. Inde splēdide mense ꝛ cibis ꝛ cliphis: inde comessationes ꝛ ebrietates: inde citharа ꝛ lyra ꝛ tybia: inde redū
pō. cxliij dantia to: cularia ꝛ prōptuaria plena eructātis ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria: inde referta marsupia. ꝓ homō volunt esse et sunt ecclesiarū ꝓpositi/decani/archidiaconi/episcopi/archiepi. Nec em̄ hec merito cedūt: sed negocio illi qđ ambulat in tenebris. Olim ꝓdictū est: et nunc tps implerionis aduenit. Ecce in pace amaritudo
Esa. xxxviij. mea amarissima. Amara ꝑius in nece martyꝝ: amarioꝝ post in cōfictu hereticoꝝ: amarissima nūc in moꝛibꝰ domestico: um. Nō fugare: nō fugere eos pōt. ita inualuerūt: et
*Psal. xxxix. multiplicati sunt super numerū. Intestina ꝛ insanabilis est plaga ecclesie: ꝛ ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est: ꝛ nō est pax. Pax a pagnis: ꝛ pax ab hereticis: sed nō pfecto a filijs. Uox plāgen-
Esaie. j. tis in rpe isto. Filios enutriui ꝛ exaltaui: ipsi aūt sp̄euerūt Sp̄euerūt ꝛ maculauerūt me a turpi via: a turpi questu:
*pō. xc. a turpi cōmercio: a negocio denicq̄ ambulante in tenebris. Superest vt iam de medio fiat demoniū meridianū ad seducendos: si qui in xpo residui sunt: adhuc ꝑmanentes in simplicitate sua. Siquidē absoꝛbuit fluuios sapien-
Job. xl. tiā ꝛ horrētes potēriū: ꝛ habet fiduciā vt ioꝛdanis influat in os eiꝰ. i. simplices ꝛ humiles qui sunt in eccl̄ia. Ipse em̄ est antichꝝistus: qui se nō solū dicit: sed ꝛ meridiē mentiet ꝛ extollet sup: a id qđ dicit aut qđ colit deus: quē dñs iesus interficiet spū oris sui: ꝛ destruet illustratione aduentꝰ sui: vtpote verus ꝛ eternꝰ meridies sponsus ꝛ aduocatus ecclesie: qui est sup oia deus benedictus in secula Amen.
¶ Sermo. xxxiiij. in quo tractat de humilitate ꝛ patiētia.

Z
Cant. j. Ignoras te o pulcra inter mulieres: egredere ꝛ abi post greges sodalium tuoꝝ: ꝛ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastoꝝ. Olim sanctus moyses: qm̄ multū ꝓsumebat de gratia ꝛ familiaritate/quā inuenerat apud deū: aspirabat ad quandā visionē magnā: ita vt diceret deo. Si inue-
Exodi xxxiij. ni gratiā in oculis tuis: ostende mihi teipm. Accepit autez ꝓ eo visionē longe inferiorē: ex qua tamen ad ipsaz: quā volebat: posset aliqn̄ puenire. Filij quoq̄ zebedei in simmat. xx. plicitate coꝛdis sui ambulātes: magnū aliquid ꝛ ipsi ausi sunt: sed ad gradū nihilominꝰ sunt reducti ꝑ quem fuerat ascendendū. Ita et mō sponsa qm̄ rem grandē postulare videmur: repꝛimit sane austeriꝰ: ꝛ respōsoꝛe: sed plane vtili et fideli. Oportet nāq̄ humiliter sentire de se nitentē ad altioꝛa: ne dū sup: a se attollit: cadat a se: nisi in se firmiter ꝑ
Z verā humilitatē fuerit solidat⁹. Et q: nisi humilitatis meꝛito/maxima minime obtinenk: ꝓterea qui ꝓhendus est coꝛreptiōe humiliak: humilitate merek. ¶ Tu ergo cui
Jac. iiij. te humiliari videris: habeto id signū in bonū: oīno argumentū gratie ꝓpinquātis. Nā sicut ante ruinā exaltak coꝛ: ita ante exaltationē humiliak. Sane vtrūq̄ legis: deū scz et superbis resistere: ꝛ humilibꝰ dare gratiam. Nōne denicq̄ seruum suū Job: cū post insignem triumphū: tantā ꝛ tam ꝑbatā ipsius patientiā/larga remuneranda benedictiōe censeret: ꝓius in multis ꝛ districtis pcussionibꝰ humiliare curauit; ꝛ sic parare viā benedictioni? Ar parū est cū ꝑ seipsum humiliat nos deus: si tunc libenter accipim⁹ nisi quādo ꝛ ꝑ aliū hoc facit: sapiam⁹ similiter. Quāobrē accipite hui⁹ rei mirabile documentū de scō dauid. Aliqn̄ maledicū est illi/ꝛ a seruo. At ille nec contumeliā iniuriam
ij. re. xvj. sensit: q: ꝓsensit gratiā. Quid mihi (ait) ꝛ vobis filij sarui? Q vere hoiem ꝑm coꝛ dei/q̄ se vlciscenti potius: q̄ ex
*pō. vij. ꝓbrianti succensendū putauit. Uñ ꝛ secura cōscientia loquebak. Si reddidi retribuentibꝰ mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis. Uetuit ergo phiberi maledi-
ij. coꝛ. xij. cū ꝓiciantē: questū estimās maledicta. Et addit. Dñs misit illū ad maledicēdū dauid. ꝓꝛsus ꝑm coꝛ dei: q̄ de coꝛde dei ferebat sniam. Sentiebat lingua maledica: ꝛ ille intendebat quid in occulto ageret deꝰ. Uox maledicentis in auribus: ꝛ animꝰ inclinabat se ad bñdictionē. Nūquid inoꝛe blasphemi deꝰ? Absit. Sed eo vsus est ad humiliandū
*Psal. cxviij. dauid. Nec latuit ꝓphetā: quippe cui incerta ꝛ occulta sapientie sue manifestauerat deꝰ: ꝛ ideo dicit. Bonū mihi q̄ humiliasti me: vt discā iustificatiōes tuas. ¶ Uides q: humilitas iustificat nos? Humilitas dixi: et non humiliatio.
Q Quāti humiliank ꝛ humiles nō sunt? Alij cū rancoꝛe humiliant. Alij patiēter: ꝛ alij libenter. Primi rei sunt: sequētes innoxij: vltimi iusti. Quā q̄ ꝛ innocētia poꝛtio iusticie est: sed cōsummatio eiꝰ apud humilē. Qui aūt dicere pōt: bonū mihi q: humiliasti me: is vere humilis est. Nō potest hoc dicere q̄ inuitus tolerat: miꝛ qui murmurat. Neutri
Jac. iiij. horū ꝑmittim⁹ gratiā q̄ humiliak: et si sane lōge hi duo a se differūt: ꝛ alter quidē in patiētia sua possideat aiam suā alter in suo murmure pereat. Dz em̄ ersi vnus ira: nemo
Eccls. j. tamen gratiā ꝑmerek: qm̄ nō humiliatus: hz humiliꝰ deus dat gratiā. Est aūt humilis q̄ humiliationē cōcupit in humilitate: ꝛ ipse est q̄ dicit deo: Bonū mihi q̄ humiliasti me
*Psal. cxviij. Nemini ꝓꝛsus qđ patiēter fert: bonū est: sed plane molestum. Scimꝰ aūt q̄ hilarem datoꝛē diligit deꝰ. Uñ ꝛ cū ieiij. coꝛ. ix. namus: iubemur caput nostrū vngere oleo. ꝛ faciē lauare mat. vj. vt nostrū scz opus bonū spirituali quodā gaudio cōdiak: ꝛ holocaustū nostrū pingue fiat. Erem̄ sola gratiā quā ꝓfert: merek leta ꝛ absoluta humiliras. Que em̄ coacta fuerit vel extoꝛta: qualis vtiq̄ est in viro patiēte illo q̄ possideat aiaz suā: hec (inquā) humiliras et viuificat obtinet ꝑpter
Jaco. j. patientiā: ꝑpter tristiciā tñ gratiā nō habebit. Nō em̄ congruit ei q̄ huiusmodi est illud scripture. Glorietꝰ humilis in exaltatione sua: qm̄ nō sponte humiliak: neq̄ libēter. Uis aūt videre humilē recte gloꝛiantē: ꝛ vere dignū gl̄a? Libēter (inquit) gloꝛiabo: in infirmitatibꝰ meis: vt inhabiteꝛ
ij. coꝛ. xij in me virtus xpi. Nō dicit patiēter se ferre infirmitates suas sed ꝛ gloꝛiari ꝛ libēter gloꝛiari in illis: pbans etiā sibi bonū esse q̄ humiliak: nec sufficere oīno vt possideat animaz suā tanq̄ patienter humiliat⁹: nisi ꝛ gratiā acciꝑat tanq̄ sponte humiliatus. Generalem vero hinc audi regulam.
¶ Quis qm̄ se humiliat (ait) exaltabit. Significat ꝓfecto
N nō oēm exaltandā esse humilitatē: sed eā tm̄ q̄ de voluntate matthei venit: nō ex tristicia: nec ex necessitate. Nec em̄ ꝑ cōtrarium xxiij. oꝛis qui exaltak humiliatus erit: hz tantū qui se exaltat hu-
Lu. xiiij. xviij. miliabit: mimirū ob volūtariā vanitatē. Ita ergo nō q̄ humiliak: sed qui sponte se humiliat: exaltabit: vnq̄ ob meritum volūtatis. Esto em̄ q̄ humilitatis materia q̄ aliū ministrak: verbi gratia: ꝓꝛobra/dāna/supplicia; nō tamen id circo recte ab alio/q̄ a semetipso humiliatus ille dicek: qui illa oia tacita ꝛ lecta cōscientia/causa dei subeūda decreuerit. Sed quo ꝓgredimur? Patiēter vt sermo sustinetis excessum in verbo de humilitate ꝛ patientia: sed reuertamur ad locū de quo digressi sum⁹. Jd nāq̄ incidit nobis ex occasione responsi: quo grādia ꝓsumentē spōsam repꝛimē dam censuit sponsus; ꝛ nō ad insipientiā illi: sed vt sane ex eo ꝓbabiliꝰ oꝛis ꝛ maioꝛis humilitatis darek occasio: ꝑ quā dignioꝛ potioꝛq̄ eoꝝ ipsoꝛ que petebat capaciꝰ effi ceretur. Uerūtamen q: adhuc in ianuis summis ꝓsentis capituli: discussionis eius initiū/principio si placet sermonis alterius oꝛdiamur; ꝓsertim ne verba sponsi vel recē seantur cum tedio: vel audiantur. Quod ipse auertat a seruis suis

uis suis Iesus christus dominꝰ noster qui est super oīa deus benedictus in secula. Amen.
¶ De increpatiōe dura quā facit spōsus ad spōsam: ꝛ de duplici ignoꝛātia nimiū pauēda ꝛ fugiēda. Ser. xxxv.

A
Cant. j. Si te iquit ignoras. Egredere. Dura ꝛ aspera increpatio/q̄ dicit egredere. Hoc quippe verbū seruī audire solent a valde irascentibꝰ ꝛ indignantibus dñis: vel ancille a dñabus suis: cū grauiter illas offenderint. Exi hinc: exi a me. egredere a ꝓspectu meo/et a domo ista. Hoc g̃ verbo aspero ꝛ amaro satis nimiūq̄ increpatoꝛio/vtitur modo spōsus cōtra dilectā: sub ꝓdictione tñ si seipsam ignoꝛauerit. Nil quippe validius: efficacius ve ad terrendū potuit in eā intrēdere: q̄ vt egredi minarek. Qđ ꝛ tu aduertere potes/si bñ attēdas: vnde quo egredi iubeatur. Unde em̄ quo putas nisi de spū ad carnē: de bonis animi ad secularia desideria: de interna requie mētis/ad mūdi strepitū/ꝛ inquietudinē curarum exterioꝝ? In q̄bus oibus nō est nisi labor: ꝛ dolor: atq̄ afB flictio spūs. ¶ Que em̄ aia semel a dño didicit/ꝛ accepit intrare ad seipsam ꝛ in intimis suis dei ꝓsentiā suspirare ꝛ q̄rere faciē eius semp (spūs est em̄ deꝰ: ꝛ q̄ querūt eum oportet eos in spū ambulare: ꝛ nō in carne vt ꝑm carnez viuāt) talis inquā aia nescio an vel ipsam gehēnā ad tps experiri horibilisꝰ penalisꝰ ve ducat: q̄ post spūalis studij huius gustatā semel suauitatē exire denuo ad illecebras:
vel potiꝰ ad molestias carnis sensuūq̄ inexplebilē repe-
Eccls. j. tere curiositatē: dicēre Ecclesiaste. Oculus nō implek visu: nec auris auditu. Audi em̄ hoiem expertū q̄ loq̄mur.
Thre. iij Bonus es (inquit) dñe sperāti⁹ in te: aie q̄renti te. Ab hoc bono/si quis auertere sanctā illā aiam conarek: puto haud secus accepisset: q̄ si se de paradiso/ꝛ ab ipso in
ꝑs. xxviij. troitu glorie conspicerer deturbari. Audi adhuc ꝛ alium similē huic. Libi dixit coꝛ meū (ait) exq̄siuit te faciem mea
ꝑs. lxxij. faciē tuā dñe requiram. Uñ ꝛ dicebat. Mihi aūt adherere
ꝑs. cxiij deo bonū est. Et item loquēs ad aiam suā dicit. Cōuertere aīa mea in requiē tuā: q: dñs bñfecit tibi. ¶ Dico q̄ vobis: nihil est qđ intrā formider q̄squis hoc bñficiū semel
L accepit: q̄ ne gra derelict⁹/necesse habeat denuo egredi ad carnis ꝓsolationes: imo desolatiōes: rursumq̄ carnalis sensuū sustinere tumultꝰ. Terribil' pinde ꝛ nimis foꝛmidolosa cōminatio: egredere ꝛ pasce hedos tuos. Qđ
terfugit: etiā qđ ppriā latet cōscientiā. Audit deus in corde cogitātis: qđ nō audit vel ipe qui cogitat. Aderat auris prophete absentis oī furtiue poscentis pecuniam: et ego quātūlibet in occulto ledere cogitans: aut primum nequiter: aut turpiter meipm nō verear aurē nusq̄ absentē? Treme da p⁹sus auris t reuerēda/cui nō cessat quies: nō tacet silētiū. Deniq; ait. Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Sed qđ est b qđ dicit/ab oculis meis? An et nra de⁹ non solū audit: sed t videt arcana? Quales oculi q cōtemplank cogitationes? Nō sunt colorate vt videantur: sicut nec sonāt vt audiātur. Solēt seniri a cogitātes: nō audiri ab auscultātes: nō a contemplāte videri. Merito tū dñs scit cogitationes hoim: q̄m vane sunt. Cur em nesciret quas et audit et videt: Dis pcipue duob⁹ sensib⁹. i. visui et auditui: nemo fidē putat esse negandā. Hoc nos scire constāter astruim⁹: quod vidimus et audiuim⁹. Merito itaq; non erat opus dño iesu/vt quis testimoniū perhiberet de homine: ipe nimirū sciebat que essent in homine. ¶ Quid cogitatis (ait) mala in cordib⁹ vestris? Respondebat non sermonibus: sed cogitationibus. Audiebat nō loquentes videbat non apparentes. Contremisco totus tuam dñe iesu quārillo possum intuitu cōsideras maiestatem: pserrim cū reco: do: in quātis ipsius aliquando contempto: extiterim. Sed et nunc cū iam a facie maiestatis fugiad gemma pietatis/quid amplius facio? Vereor: ne qui aliquando contrarius extiti maiestati: et nunc ingratus pietati inueniar. Quid enim si cessaret manus: et non cesset pectus? Quid si os iam silet: necdum cor quiescat? Si singuli illiciti motus animi mei/singula sunt quedam in te dē⁹ comitia. vt pura iracundie motus in mansuetudinē: inuidie in charitatem: in frugalitatem luxurie: turpitudinis in castitatem: et innumera his similia que de cenoso lacu puriētis pectoris mei etiam nunc incessanter ebulliunt inundantes et impingentes in serenitatem pfulgētis vultus tui. Quid magnū feci solos cohibere vmus: actus corrigere? Si has atq; huiusmodi: quas forte licet vacās: intus actare nō cesso: iniquitates obseruaueris o dñe quis sustinebit? An forte iā non ago illa: sed patior? Aguntur quidem in me: sed a me non aguntur si non consentio. Sane si mei nō fuerint dñata: tunc immaculatus ero: et immaculatus coram eo/si nō solū caruero: sed et si obseruauero me ab iniquitate mea. Mea dixerim: nō quia facio: sed q̄ sustineo. Corpus gesto mortis: carnemq; peccati: sufficit interim mihi/si non regnet peccatum in meo mortali corpore. Sic corpus criminis non reputak: nec quod habitat in eo peccatū: si tamen nō delector: si tamen nō exhibeo membra mea arma iniquitat. Pro hac orabit o misericors⁹ quiuis etiaz sanctus in tempore oportuno: supplex nimirū q malum sentiat: t nihilominus sanctus dū non cōsentiat. Supplex pro periculo: sanctus pro virtute. Sanctus plane atq; bonus: qui condelectatus legi dei interiorem hominē de malo quod ita inesse cognouit sentit: vt nisi pariter cū corpore carere non possit: merito sese consolatur t ait: Jā non ego opero: illud: sed quod habitat in me peccatū. Veruntamē deliera quis intelligit? Nam si possem dicere cum Paulo qđ quidem longe est a me: nihil mihi conscius sum: non tamē in hoc esse iustificatum: oportereret me gloriari. Non em qui seipsum cōmendat ille probatus est: sed quem dē⁹ cōmendat. Si applauserit mihi iusticiā humanus dies: pro minimo habeo: q: ille lucet tū in facie. Homo em videt in facie: deus aut intuetur cor. Propter hoc hieremias non satis popularibus sententijs velut quibusdā humani diei radijs mouebatur: sed fideliter loquebak deo. Diem hominis non concupiui: tu scis. Si meus mihi arriserit dies: nec meipsum (inquit) iudico: quia nec ipse me satis intelligo. Solus merito cōstitutus est iudex viuorum t mortuorū: qui finxit figillatim corda vniuersorum: t intelligit opera eorū. ¶ Solū attendo iudicem: qui et solū iustificatore agnosco. Pater dedit ei iudiciū facere: q: filius hois est. Nō vsurpo mihi vel sug me/seruus filij potestatē; nec

ne annumero illis de quibus ita cōqueri solet. Tulerunt hoies a me iudiciū. Pater nō iudicat quemq; sed oīe iudiciū dedit filio: t ego mihi presumā qđ nec ipse pater sibi assumit? Velim nolim ipsi me astare necesse est ipsi hoz q gesserim in corpore reddere rationē: cui nec verbū pretervolat: nec subterfugit cogitatio. Sub tam equo libratore meritorū: sub tā intimo secretorū inspectore: qs gloriabit? estū se habere cor? Sola pfecto q̄ nō solet gloriari: nō nouit presumere: cōtendere nō cōsueuit: gratiā inuenit: ea est in oculis pietatis humilitas. Deus nāq; superbis resistit: humilibus aūt dat gratiā. Nō cōtendit iudicio: nec pretendit iusticiā: qui vere humilis est: sed dicit. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dñe. Recusat iudiciū t postulat miam: facili? sibi veniā i perrare posse/q̄ iusticiā vendicare cōfidēs. Nouit natura diuina naturaliter pia: q nostra nequaq; humilitate abhorreat. Nō despicit illa maiestas cor cōtritū t humiliatū in nro genere: q corpus ex eo humilitatis assumere nō dedignata est. Nescio quo pacto familiari⁹ semp humilitati ppinquare soleat diuinitas. Denique illa se induit: vt appareret hoibus. Substantiā/formā/habitumq; gestauit humilem: ipsius nobis cōmendans virtutis excellentiam: quā speciali sui voluerit honorare pnia. ¶ Vobis aūt dilectissime vobis precipue tanto magis arbitror: hāc esse necessariā: quanto maior: nosck materia suppetere superbiendi. Genus/eras/sciētia/cathedra: t qđ maius est primatus prerogatiua: cui nō essent insolentie fomes/elationis occasio? Qđ esse possint t humilitatis. Meditātibus quidē honorea blandiunt: sed onera pensantib⁹ tedio sunt atq; formidini. Non aūt oēs capiūt hoc verbum. Multi em nō tanta fiducia t alacritate currerent ad honores: si esse sentirent t onera. Gratanari pfecto meruerent ne cū tanto labore t periculo quārūlibet affectarent infulas dignitatū. Nunc vo q: sola attendit gloria t nō pena: purū esse clericū erubescitur in ecclesia: seq; vileo estimāt t inglorios: qui quocūq; eminentiori in loco non fuerint sublimati. Scholares pueri t impuberes adolescētuli ob sanguinis dignitatem pmouent ad ecclesiasticas dignitates: t de sub ferula transferunt ad principandum presbyteris: letioꝛes interim q̄ virgas euaserint: q̄ meruerint principatū: nec tam illis blandik adepū/q̄ ademptū magisteriū. Et hoc quidez in initio. Processu vo temporis/paulatim insolescētes docti sunt in breui vendicare altaria: subditoꝝ marsupia vacuare magistris nimirū in hac disciplina vtentes idoneis/ambitiōe t auaricia. Verū quātumis industria/tua tibi lucra q̄sierit cumulus videaris: quātaliber vigilantia rem possis seruare tuā: quātocūq; studio regū tibi ac principū gratiā captare cures. Dicim⁹ tū Ve terre cui⁹ rex est puer: t cui⁹ principes mane comedūt. Nec dicimus quācumq; eratem dei gratie prematurā: sicut nec serā cū multos videam⁹ iuniores supe seniores intelligere: moribus antiquare dies: preuenire tpa meritis: t qđ etati deest: cōpensare virtutib⁹. Boni pueri qui qđ erat videnk esse studet t malicia. Malicia (inquā) sed nō sensu: quorū iurta ammonitionem apli: nemo cōtemnat adolescentiā. Meliores bone indolis adolescētes/innumeratis dierum malorū. Puer centū annoꝝ maledictus est. t est e regione senectus venerabilis nō diuturna: neq; numero annorū cōputata. Bonus puer samuel qui loquēti deo p⁹pinquus aderat audito: dicenti. Loquere dñe q: audit seruus tuus. Ac si diceret. Paratus sum t nō sum turbatus vt custodiā mandata tua. Bonus t hieremias qui ante sanctificatus q̄ natus: cū se excusaret de puericia: nihilominꝰ cōstitutus est sup gentes t sup regna. Bonus q̄s daniel: cui⁹ spiritū suscitauit deus vt cōuinceret iniqua iudicia: t sanguinem innocuū liberaret. Denique cani sunt sensus hois: et etas senectutis vita imaculata. Sicubi huiusce modi puer senex p̄monus inuenik: opus dei est his qui tales nō sunt: mirandū/nō imitandū. ¶ Ceterū currik in clero: passim ab oīb⁹ etate t ordine: a doctis pariter t indoctis ad ecclesiasticas curas: tanq; sine curis iam quisq; victurus sit: cū ad curas peruenerit. Nec mirū de his qui necdū in semetipsis experti sunt. Videntes quippe illos qui iam ppriis humeros cupite farcine summiserūt: nō solum nō gemere tanq; sub onere: sed insup appetere plus onerari: nō deterrentur periculis qui cupiditate cecati nō videnk: sed fauoribus amplius quos illis inuident: puocank. O infinita semp ambitio: t insatiabilis auaricia. Cū primos honoruꝫ gradus meruerint in ecclesia: meruerint aūt vel vite merito vel pecunie: siue etiā carnis t sanguinis: i regnū dei nō possidebūt: prerogatiua: nō ideo corda quiescunt duplici semp eluuantia desiderio: quo vtiq; magis ac magis t dilatenk in plura: t ad celsiora sublimenk. Verbi gratia: cuz factus quis fuerit in quacūq; ecclesia decan⁹/prepositus/archidiaconus: aut aliquid hmōi: nō cōtentus vno inuna plures sibi immo quotquot valet cōquirere honores satagit/tam in vna q̄ in plurib⁹. Quibus tamen oībus si locus euenerit: libenter vnius preferet epi dignitatem. Sed nūquid sic satiabik: si factus episcopus/archieps esse desiderat. Quo forte adepto: rursum nescio quid altius somnians/labor: iosis itinerib⁹/t sumptuosis familiaritatib⁹ romanū statuit frequentare palatiū: questuosas sibi quasdam erinde cōparans amicitias. Si lucri spiritualis gra hec faciunt: laudandus est zelus: sed presumptio corrigenda. ¶ Nōnulli cū ista non possint: vertunt se ad aliud audiendi genus: in quo nihilominꝰ aperiunt eā/quā habent dñandi libidinē. Nā cū presideāt vbib⁹ valde populosis: t totas (vt ita dicā) patrias ppriæ dyocesis ambitu circūcludant/occasione inuenta ex quocūq; veteri priuilegio: satis agunt vt t vicinas sibi subijciāt ciuitates: quarenus due quib⁹ duo vir preclules sufficiebāt: sub vno redigāntur amistite. Rogo q̄ hec tam odiosa presumptio: qs hic tantus ardor dominādi sug terrā: que pncipādi tam effrenis cupiditas? Certe cū primū tractus es ad cathedrā: fledas refugiebas: vim quereberis: multū ad te t oīno supra te esse dicens: miserū clamitans t indignū qui nō esses idoneus tam sero ministerio: tātis nō sufficeres curis. Quid igitur nūc vere cūda depulsa formidine/sponte ambis ad amplior: immo irreuerenti audacia/ppriis nō cōtentus inuadis aliena? Cur hoc? forte vt plures ppros salues? Sed in aliena messem tuā mittere falcem inique iosum est. Vt tue p⁹sules ecclesie? Sed ecclesiarū sponso nō placet tale vnius incrementū qđ fit detrimentū alterius. Crudelis ambitio t incredibilis: si fidem oculi nō astruerēt. Vix teneant man⁹ quin illud ad litterā impleant qđ legit in pphēta. Secuerūt pregnantes galaad ad dilatandū terminos suos. Ubi est illa terrifica cōminatio? Ue qui cōiungitis domū ad domū: t agrum agro copulatis? Nūquid in his dūtaxat exiguis/ve istud memendū est: nō aūt cum vrbes vrbibus: aut prouincie/puincijs cōmiscentur. Immo etiā respondeant si volunt se imitari dñm christū: facientes et ipsi vtraq; vnū: adducentes t ipsi ex diuersis pascuis greges: vt fiat vnus pastor t vnū ouile. Huius rei gratia/nō pigritank crebro terere limina apl⁹oꝝ/inuenturi t ibi: qđ magis dolendū est: qui sue fauceant improbe volūtati: nō q̄ valde romani curent/quo fine res terminet: sed q: valde diligunt munera: sequunk retributiones. Nude nuda loquor: nec retego verenda: sed inuerecūda cōfuto. Utinā priuatim t in cameris hec fierent: vtinā soli viderimus et audierimus: vtinā nec loquentib⁹ crederetur: vtinā nobis reliquerint moderni noc/vnde a nobis possent aliquatenus operiri. Nunc vo cernente orbe mūdi fabulam soli tacebimus? Caput meū vndiq; cōquassatū est: t ego sanguine circūquaq; ebullīte putauerim esse tegendū? Quicqđ apposuero cruentabik: t maior erit cōfusio voluisse celare ci celari nequiuerit. Bona humilitas q̄ t impresentiarum ab hmōi mordacibus curis: inentem facit esse quietaz: et a minacibus penis in futuro securā reddit conscientiā. Hec vestros pater animos ab horuꝫ oim pestifera emulatione cōpescat. Audire potius ppheram talirer a talibus deberem. Noli (inquit) emulari in malignantibus meq; zelauerint. Psal. xxxvi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ñ.cor.xiij. tauerit facientes iniquitatē. Emulari magis oportet apostolū nō gloriantem in inenſum: nec ſeytra ſe extendentē nec audentē ſe vt ipſe fatek cōparare quibuſdā: q̄ ſeipſos cōmendant: ſed ſe ſibi cōparantem ⁊ metientē ſm menſuram regule quā menſus eſt ei deus. Audiendo etiā ex ore

j.cor.vij. eius: nolite fraudare inuicem/ pp̄ijs placebit eſſe cōtentum. Qui ⁊ p̄uocans ad humilitatez: ſuū illud archiepō

Rom.xij. nō cunctabitur ſalubriter intimare. ¶ Noli altū ſapere ſz time. In alto poſito nō altū ſapere difficile eſt ⁊ oīno inutilitatū: ſed quāto inuſitatius/ tanto glorioſius. Timo: de adepta iā altitudine/ redere magis q̄ placere facies altiora. Non vos ergo felicem q̄ p̄ceſtis: ſed ſi nō p̄deſtis: infelicez putare. Ut aūt ſecure p̄eſſe poſſitis: ſubeſſe ⁊ vos ſi cui debetis: nō dedigneminī. Dedignatio quippe ſubiectionis/ p̄lationis reddit indignū. Sapiētis eſt conſiliū

eccli.iij. quanto maior es tanto humilia te in oībus. Sapientie vo

Luc.xxij p̄ceptū: qui maior eſt veſtrū fiat ſicut iunior. Q̄ ſi expedit etiā minoribꝫ eſſe ſubiectū: maiorū iugū quō licebit cō

Rom.xiij. temnere? Videant in vobis potius ſubditi q̄ vobis rediḡ beant. Intelligitis q̄ dico? Cui honorem/ honorem. Oīa ait (inq̄t) poteſtatibus ſublimioribꝫ ſubdita ſit. Si oīs/ ⁊ veſtra. Quis vos excipit ab vniuerſitate? Si quis tentat excipere: cōmaḡ decipere. Nolite illoꝝ acquieſcere cōſiliis/ qui cū ſint chriſtiani: chriſti tamen vel ſequi facta: vel obſequi dictis oppꝛobrio ducunt. Ipſi ſunt qui vobis dicere ſolent: Seruate veſtre ſedis honorē. Decebat quidem ex vobis: vobis cōmiſſam eccleſiā creſcere: nunc vō ſaltez in illa quā ſuſcepiſtis: manear dignitate. Et vos cū veſtro prędeceſſore impotentioꝛ? Si nō creſcit p̄ vos: nō decreſcat per

mat. xxij vos. Dec iſti. Chriſtus aliter iuſſit ⁊ geſſit. Reddite (ait) que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ q̄ ſunt dei deo. Quod oꝛe locutꝰ eſt: mox opere implere curauit. Cōdito: ceſaris/ ceſari nō cūctatus eſt reddere cenſum. Exemplū eī dedit vobis vt ea vos ita faciatis. Q̄ vō dei ſacerdotib⁹ debitā negaret reuerentiā: qui hanc ſecularib⁹ quoḡ poteſtatibus exhibere curauit? Porro vos ſi ceſaris ſucceſſori. i. regi: ſedulus in ſuis curijs/ conſilijs/ negocijs/ exercitibuſq̄ adeſtis: indignū erit vobis cuicūq̄ chriſti vicario taliter exhibere: qualiter ab antiquo inter eccleſias oꝛdinatuꝫ eſt: Sed q̄ ſunt

Rom.xiij. (inquit aplꝰ) a deo: oꝛdinata ſunt. Uiderint ergo huius ignominie diſſuaſoꝛes: quale ſit dei oꝛdinationi reſiſtere. Valde ignominioſum ſeruo ſi ſit ſicut dñs eius: aut diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter ei⁹. Plurimū ſe vobis deferre putant: cū vos xp̄o p̄referre conanḳ: ipſo reclamante ac dicente: Nō eſt ſeruus maior: dño ſuo: neq̄ aplꝰ eo qui miſit eū.

Joh.xiij Q̄ nō dedignat⁹ eſt magiſter ⁊ dñs: taliſq̄ et magiſter et dñs: indignū ſibi iudicabit ſeruus bonus: deuotuſq̄ diſcipulus? Q̄ pulchre locutus eſt beatus ille centurio/ cuius fidei nulla par inuenta eſt in iſrael. Et rego (inquit) homo

Luc.vij. ſum ſub poteſtate habēs ſub me milites. Nō iactabat poteſtatem/ quā nec ſolā p̄otulit: nec p̄ioꝛez. Dicturus quippe habens ſub me milites: p̄emiſit homo ſum ſub ptāte. Prius ſe agnouit hoiem q̄ potentez. Agnouit (inquā) ſe hoiem homo gentilis: vt in ſe iam impleri oſtēderet q̄d lōge ante dixerat dauid: ſciant gētes q̄m hoies ſunt. Homo

Pſal.ix. (inquit) ſum ⁊ homo ſub poteſtate. Jam quicquid ſubinferas ſuſpectā non habemus iactantiā. Premiſſa ſiquidē eſt humilitas ne altitudo p̄ecipitet. Nec em̄ locuꝫ inuenit arrogantia: vbi tam clarū humilitatis inſigne p̄eceſſerit. Agnoſcis infirmitatem: confiteris ſubiectionem: iam ⁊ te ſub re habere milites p̄ofitere ſecurius. Reuera q̄ nō cōfulus es de ſubiectione: iure ex p̄latione meruit honoꝛari. Nō erubuit ſuper ſe poteſtatem: ⁊ ideo dignus qui haberet ⁊ ſub ſe milites. Ex abundantia coꝛdis loquebat: et iuxta q̄ intus oꝛdinatas habuit affectiones: foꝛis quoḡ verba decenter cōpoſuit. Dedit prius honoꝛez p̄epoſitis: vt iam a ſubditis iuſte reciperet/ ſciens ſe a ſuperioꝛibus accipere/ quod impenderet inferioꝛibus: ⁊ q̄ meliuſ p̄oꝛpꝛie ſubiectionis diſceret experimento/ ſua ipſe moderari imperia. Forte nō ignoꝛabat q̄ ſubiecto ſibi homini/ de

oia ſubiecerit ſub pedib⁹ eius: offendentiſe infenſa reddiderit: ⁊ is quem humilē cōſtituerat ſup opera manuū ſuarum: ſupbie merito cōparatus eſt iumentis inſipientib⁹ ⁊ ſimilis factus eſt illis. Nouerat ⁊ foꝛtaſſis q̄ human⁹ ſpiritus ſubditus cōditoꝛi/ ſubiectā ſibi poſſederit carnez: rebellis rebellē inuenerit: facturſq̄ tranſgreſſoꝛ legis ſuperioꝛis/ ſentire ceperit aliā legem in mēbris ſuis repugnātem legi mentis ſue: ⁊ captiuantez ſe in legem peccati. ¶ Miroꝛ: quoſdā in nſo oꝛdine monaſterioꝝ abbates hāc humiliratis regulam odioſa cōtētione infringere: ⁊ ſub humili (q̄d peius eſt) habitu ⁊ tonſura/ tam ſupbe ſapere: vt cuz ne vnū quidem verbulū de ſuis imperijs ſubditos pretergredi patiank: ipſi p̄opꝛijs obedire cōtemnant epiſcopis Spoliant eccleſias vt emancipenk: redimūr ſe ne obediāt Non ita chriſtus. Ille ſiquidem dedit vitā ne pderet obedientiā: qua iſti vt careant: totū fere ſuū ſuoq̄ victū expendunt. Quid hoc eſt p̄ſumptionis o monachi? Neq̄ em̄ q̄ p̄elati monachis: ideo nō monachi? Nempe monachum facit p̄feſſio: p̄elatum neceſſitas. Ut aūt nō p̄cius dicer⁹ neceſſitas p̄feſſiōi: accedat nō ſuccedat p̄elatio monachatui. Alioquin quō illud implebit: Principem te cōſtituerunt: eſto inter illos tanq̄ vnus ex illis? Quō tanq̄ vnus ex illis: manens inter humiles ſupbus: inter ſubditos rebellis: imitis inter mānſuetos? Ut te putemus tanq̄ vnū ex illis: videam⁹ tam exhibere paratū/ q̄ exigere obedientiā: videam⁹ tam libenter p̄epoſitis obtēperare ſubiectū/ q̄ imperare ſubiectis. Q̄ ſi ſemp vis obedientes habere ⁊ nunq̄ eſſe: p̄bas te nō eſſe tanq̄ vnū ex illis: dum vnus eſſe renuis ex obedientib⁹? a quib⁹ dum te ſupbiendo ſegregas: quoꝝ aggregeris cōſoꝛtio patenter aduertim⁹: et ſi tu vel impudenter cōtemnis: vel impudēter diſſimulas reputari p̄fecto inter illos te noueris de quib⁹ ſcriptuz eſt: Alligant onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponūt humeris hoīm: digito aūt ſuo nolūt ea mouere. Quoꝝ ergo tibi indignius p̄ſortiū indicas: delicatoꝝ magiſtroꝝ quos veritas increpat: an obedientiū monachoꝝ/ quos amicos ſuos cōmenoꝛat? Ait ſiquidē. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis que p̄ecipio vobis. Uides igit quale eſt iubere q̄ ipſe nō feceris: aut nolle facere q̄ docueris? Deinde vt ta ceam illud de regula: vbi a ſancto bñdicto tibi p̄ecipit: vt que doces diſcipulis eſſe contraria: in tuis factis indices nō agenda. Ut item p̄etermittā q̄ aperte diffinit tertiuz humilitatis eſſe gradū: vt quis p̄o dei amoꝛe oīi obediē tia ſe ſubdat maioꝛi: in regula veritatis attende q̄ legit.

Mat. v Qui ſoluerit in ūt vnū de his minimis meis mandatis: ⁊ docuerit ſic hoies: minim⁹ vocabit in regno celoꝝ. Proinde nu docens ⁊ renuens obedire nō minimū: ſed maximū chriſti mādatū ⁊ docere ⁊ ſoluere q̄uinceris. Itaq̄ doceꝛ et ſoluere: mādati: minim⁹ tu vocandus es in regno celoꝝ. Si ergo tui putas iniuriā p̄oꝛatus: minoꝛ: ē ſummis videri facerdotib⁹: nō magis indignū eſtimandū eſt minimū vocari in regno celoꝝ? Si multū ſuperb⁹ es: plus minim⁹ q̄ minoꝛ vocari cōfundere. Minoꝛ quippe vilitas eſt minoꝛem videri/ q̄ minimū. Longe aūt p̄eſtantiꝰ ſolis ſubdi epīs: q̄ vniuerſitati. Sed nō ꝓpter me inquit facio: ſed quero eccle libertatē. O libertas oī (vt ita loq̄r) ſeruitute ſeruilior. Patiēter ab hmōi libertate abſtinea: q̄ me peſſime addicat ſupbie ſeruituri. Plus timeo dentes lupi: q̄ virgā paſtoꝛis. Certus ſuz em̄ ego monachus ⁊ monachoꝝ qualiſcūq̄ abbas: ſi mei q̄q̄ pōrificis a ꝓpꝛijs ceruicibus exercere iugū tentauero: q̄ ſathane moꝛ tyranidi mee ipm ſubiſcio. Aduertens nimirū cruenta illa beſtia q̄ circūit querēs quē deuoꝛet: elongatā cuſtodiā: heu ſtarim inſilit in p̄ſumptoꝛē. Merito em̄ nō cūctat p̄ſidere ſuppoſo: qui ſe iure regē gliatur ſup oēs filios ſupbie. Quis dabit mihi centū in mei cuſtodiā deputari paſtoꝛes? Quanto plures ſentio mei curā gerere: tanto ſecurioꝛ exeo in paſcua. Stupenda inſania. Aiaꝝ nō curem oꝛ: turbas mihi ad ſtodiendas colligere: ⁊ vnū ſup ꝓpriam grauoꝛ: habere cuſtodem? Et quidē ſubiecti me de reddenda p̄o ſe ratione

Deb.xiij ſolicitant. Qui autē p̄ſunt mihi: ipſi potius paulo diceꝛe: pꝛigilant tanq̄ rationē p̄o me reddituri. Illi ⁊ ſi hoꝛant onerant: hi nō tam p̄emūr/ q̄ pregūr. Scio me leSap.vj. giſſe: Judiciū duriſſimū his q̄ p̄ſunt: exiguo aūt cōcedimia. Quid igit vos o monachi: facer dotū grauat autoꝛitas? Metuitis infeſtationē? Sed ſi q̄d patrimini ꝓpter iuſticiā: beati. Secularitatē cōtēnitis? Sed ſecularioꝛ nemo

Job.xix pilaroꝝ: cui dñs aſtitit indicandus. Non haberes inquir in me ptātem: niſi tibi data eſſet deſup. Jam tūc p̄ ſe loquebatur: ⁊ in ſe exp̄riebatur: q̄d poſt p̄ apſos clamauit in eccleRo.xiij. ſijs. Nō eſt ptās niſi a deo. Et qui reſiſtit poteſtati: dei oꝛdinationi reſiſtit. Jte nūc ergo reſiſtere chriſti vicario: cuz nec ſuo aduerſario chriſtus reſtiterit. Aut dicite ſi auderis ſui p̄ſulis deū oꝛdinationem neſcire: cū romani p̄ſidis ptātem chriſtus ſup ſe q̄ fateak fuiſſe celitus oꝛdinatā. Ueru aperte indicāt quidā hoꝛū q̄d cogitēr: dū multo laboꝛe ac p̄cio aplicis adeptis p̄iuilegijs/ p̄ ipſa ſibi vendicāt inſignia pōtificalia: vrētes ⁊ ipſi moꝛe pōtificū mitra: anulo: ⁊ ſandaliſ. Sane ſi attendik rerū dignitas: hāc monachi abboꝛet p̄feſſio. Si miniſteriū: ſolis liquet cōgruere pōtificib⁹. Porro eſſe deſiderant q̄ videri geſtiunt: meritoq̄ nō queunt eſſe ſubiecti: quib⁹ iam ipſo ſe compararunt deſiderio. Quid ſi ⁊ nomen eis cōferre p̄iuilegioꝛ: uz poſſet autoꝛitas? Quāto putas auro redimerēt vt appellarentur pontifices? Quo iſta o monachi? Ubi timoꝛ meus: vbi rubor frontis? Quis vnq̄ pbaꝝ monachoꝝ tale aliquid aut verbo docuit: aut reliquit exemplo? Duode

A cim humilitatis gradus magiſter veſter ediſſerit/ pp̄: iſq̄ diſtinguit deſcriptionib⁹. In quo queſo illoꝝ docek aut continetur vt hoc faſtu delectari monachus: has querere debeat dignitates? ¶ Labor ⁊ laudabile ⁊ voluntaria paupertas: hec ſunt monachoꝝ inſignia: hec vitā ſolent nobilitare monaſticā. Veſtri aūt oculi oſſe ſublime videntes: veſtri pedes omne foꝛis circūeunt: veſtre lingue in oībus audiuntur cōſilijs: veſtre manus oſſe alienū diripiūt patrimoniū. Amen ſi ita opoꝛtet vt emācipati a ſubiectiōe pōtificum pari cū ſucceſſoꝛib⁹ aploꝝ gloꝛia: pari cathedra/ hiſdēq̄ ſolēniū indumētoꝝ inſignib⁹ attollamini: cur non ⁊ ſacros oꝛdines celebratis: ⁊ benedictiōes datis in populis? Q̄ multa mouebo: dicere aduerſus impudentiſſimam p̄ſumptionē: ſed frenat impetū: q̄ aurib⁹ occupatis ſcribere me recolens lōgioꝛi lectione vereoꝛ: fieri oneroſus archiepō: ⁊ q: res tam manifeſta eſt: vt multitudo reprehendentiū videak impudentiā obdurāſſe. Q̄ ſi ⁊ hecipſa cerMat. xxiij munk gratas exceder cōpēdij metas: vobis o dñe donaꝛe: qui me ⁊ in hoc ꝓpriā prodere coegiſtis imperitiā/ dum moꝛem modūq̄ ſolenem in ſcribendo ſeruare neſcierim.

¶ Ad eundem. Epiſtola.xliij.

Rioris p̄ecis noſtre benigna ſuſceptio p̄ebet ampliora ſperandi fiduciaz. Premiſſa itaq̄ deuotiſſimarū gratiarum actione p̄o experta benivolentia: iteruz audeo petere quod iterandis gratijs ſecūdo me faciat debitoꝛem: quarenus videlz moſtrimenſi eccleſie ipſam eccleſiam p̄o qua ſeveſtram ſereni tatem quoquo modo obnubilaſſe dolebat: eadez libertate renere concedatis: qua p̄decceſſoꝝ veſtroꝝ temporibus eam certum eſt tenuiſſe. Valete.

¶ Ad eundem. Epiſtola.xliiij.

Videtis certe quantū p̄ſumā de veſtra benivolētia: vt nec creb⁹a iperatio p̄eces finiat: et toriens exauditus/ rurſum accedere p̄eceꝛ: ipoꝛtunus nō verear. Magna quidē p̄ſumptio: ſz nō mereꝛ indignationē: q̄m de charitate: non de temeritate deſcendit. Meminit (niſi fallor) veſtra paternitas: q̄ dudum trecis querelas vniuerſas: quas p̄o eccleſia ſenoina aduerſum moliſmēſes monachos ante habueratis: p̄o amoꝛe dei ⁊ noſtro penitus omiſiſtis. Et ecce ijdem monachi conqueruntur q̄ neſcio quas nouas: ⁊ (vt ipſi aiunt) indebitas vobis cōſuetudines in p̄dicta eccleſia vendicetis. Obſecro ergo ⁊ ipſas

B dimitti: cōfidens mene hac quidē vice paſſurū repulſam: vt qui iam de maioꝛibus meruī nō repelli: in obtinendis mīnoꝛibus non confundar. Valete.

¶ Ad Ludouicum regem francoꝝ. Epiſtola.xlv.

Xīmio regi francoꝝ Ludouico: Stephan⁹ abbas ciſterciēſis: totuſq̄ cōuentus abbatum ⁊ fratrum ciſterciēſiū/ Salutem: ſoſpiratem: et pacez in xp̄o ieſu. Rex celi ⁊ terre, regnū vobis in terra donauit/ donatur⁹ ⁊ in celo: ſi id q̄d accepiſtis iuſte ⁊ ſapiēter amminiſtrare ſtuduerit̄is. Hoc eſt q̄d vobis optam⁹: ⁊ p̄o vobis oꝛamus: vt ⁊ hic fideliter/ ⁊ illic feliciter regneris. Ceterū vos quonā cōſilio/ ciſdem noſtris p̄ vobis oꝛatiōib⁹: quas ſi recolitis: olim tam humiliter reſiſtis: nō tam acriter repugnar⁹? Qua em̄ iam fiducia manus p̄o vobis leuare p̄ſumim⁹? ad ſponſum eccleſie: quā ita ⁊ fine cauſa: vt putam⁹: aulu in cōſulto cōtriſtatis? Etenim ſiquidē aduerſum vos apud eūdem ſponſum ⁊ dñm ſuū querimoniā deponit: dum quem acceperat defenſoꝛē: ſuſtinet oppugnatoꝛem. Attēditis iam cui ex hoc infenſuz vos redditis? Nō vtiq̄ epiſcopo pariſienſi: ſed ſibo paradiſi: ⁊ quidē terribili: ⁊ ei qui aufert ſpiritū p̄incipū. Jpe Luc.x quippe eſt: qui ad eꝓs dicit: Qui vos ſpernit: me ſpernit Hec ita vobis/ ⁊ p̄o vobis audacter quidem: ſed amāter intimare curauimus: monentes ⁊ rogantes per illā inuiſcem amicitiam noſtrā ⁊ fraternitatez: cui vos ſatis dignāter ſociaſtis: ſed nunc ipſam grauiter leſiſtis: quatenus a tanto malo citius deſiſtatis. Alioquin ſi non meremur exaudiri: ſed cōtemnimur ⁊ nos fratres ⁊ amici veſtri: ⁊ qui quotidie oꝛamus p̄o vobis ⁊ filijs veſtris ⁊ regno: ex hoc iam nouerit̄is paruitatē noſtrā: in quibus valuerit: mō poſſe deeſſe eccleſie dei/ ⁊ miniſtro eius: venerabili videlz patri ⁊ amico noſtro epō pariſienſi: qui noſtrā aduerſus vos humilitatem interpellans: nras p̄o ſe ad dñm papā iure fraternitatis litteras requiſiuit. Ueruū nos iuſtū ducentes his p̄ius litteris veſtrā excellentiā cōuenire: p̄eſertim q̄ idem epꝰ per manum oīm religioſoꝝ/ ſe ad iuſticiā offerr: ſi tamen p̄ius: q̄d quidem eadem ipſa iuſticia videtur exigere: res eiſue iniuſte ablate reſtituank: eius interim petitioni differendo ſupſedimus. Et ſiquidem deo inſpirante placuerit vobis/ noſtris p̄cib⁹ aurem inclinare: nō cōſilio ſtudioq̄ pacem cū epiſcopo: immo cū deo reformare: parati ſumus huius rei gratia/ fatigari vſq̄ ad vos quocūq̄ vobis placuerit. Si aut eum nos amicū audire/ ⁊ dei ſacerdoti obedire neceſſe eſt. Valete.

¶ Ad dñm papam Honoꝛium. Epiſtola.xlvj.

Unmo pontifici honoꝛio: pauperuz xp̄i abbates/ Hugo de pontiniaco: ⁊ Bernardus de claraualle: quicq̄d pōt petōꝝ oratio. Zach⁹ mabilem epiſcopoꝝ: immo totius eccle querimoniā nos q̄ eius filij: ſi tū dignū diſſimulare nō poſſum⁹. Que vidimus loquimur. Magna ſiquidem nos neceſſitas de clauſtris ad publicū traxit: vbi ⁊ q̄d loquimur vidim⁹. Triſtes vidimus: triſtes eloquimur: honoꝛem eccle/ honoꝛū tempoꝝ: eī nō minime leſum. Jam regis flexerat iram humilitas: vel potius conſtantia epiſcopoꝝ: cū ecce a ſummo pōtifice ſumma ſuꝑueniens autoꝛitas: heu deiecit conſtantiā: ſuperbiā ſtatuit. Sciuus quidem id vobis per mendaciū fuiſſe ſurreptū: q̄d ex veſtris litteris palā datur aduerti: vt euerti tam iuſtū: tāq̄ neceſſariū inter dictū iubereris. Sed nunquid nō vel tandem deprehenſo mendacio: mentitam ſe ſentiet iniquitas ſibi: ⁊ nō tante vtiq̄ maieſtati? Eſt aūt quod miramur: quanā ratione iudicū ſit de parte: abſentis dicatū abſenti. Quod quidem nō temeraria p̄ſumptiōe reprehendim⁹: ſed filiali amoꝛe paterno coꝛdi ſuggerim⁹ quantū ex hoc ⁊ ſupbit impius: ⁊ incendik pauper. Ceterū q̄ditū illū pati: quantū ve huic cōpati debeatis: nō eſt noſtrum p̄ſcribere vobis. Vos veſtra hinc potius dulciſſime pater viſcera conſulite. Valete.

¶ Ad eundem ex perſona Gaufridi Carnotenſis epiſcopi. Epiſtola.xlvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

RIstissime hystorie seriē vobis ⁊ causam replicare supfluū est: qua iam q̄ppe paternitatis vestre viscera: scribēte religioso parisiēsi epo: cōmota esse nō ambigo. Ne in̄ fratri ⁊ coepo etiā nostrū deesset testimoniū: q̄vidi ego ⁊ audiui: necessariū duxi breuiter intimare. Excepta fiquidē tam modesta prędicti epi querimonia: senonēsis dyocesis/vniuersi epi vna cū venerabili metropolitano nro: asciris etiā nobiscū quibusdam aliis religiosis ꝓnis: regez sup graui iniuria ꝑ nosipos humiliter vt debuim⁹ cōuenim⁹: vt epo nil quidē tale merito: sua q̄ tulerat restitueret/roganim⁹: nec impetrauim⁹. Sentiens tandē nos ad arma eccle/ꝑ eccla velle cōfugere: immutt ⁊ annuit q̄ sese oia redditurū. Sz in cadē forte hora supueniētib⁹ lris vestris: quib⁹ eius terrā ab interdicto absolui p̄cepistis: male in malū cōfortatus: q̄d bene ꝓmiserat: minime executus est. Die ñ noiata/qua id se rursuz ꝓmisit executurū: eius nos cōspecui ꝓsentantes: sustinuimus pacem: ⁊ non venit: quesiuim⁹ bona: ⁊ ecce turbatio. Hoc deniq̄ litteris vestris facti est: vt male ablata peius teneant: et reliqua passim in dies rapiant: eo vtiq̄ securе quo impune illa retinent. Soluto nempe ad vestrū imperiū epi iusto (vt putam⁹) interdicto: nostroq̄ q̄d⁹ parabamus/⁊ quo sperabam⁹ pacem cōsequi: vestro eque timore suspenso: interim facti sumus oppꝓbriū vicinis nostris. Quouscq̄ vestre viderit pietatis compassio.

¶ Ad haimericū romane sedis cancellariū. Epla.xlviij.

E

IJro illustri haimerico sancte romane sedis cancellario: frater Bernardus abbas dictus clare vallis: salutem ⁊ nō in via. Etiam ne pauperi ⁊ inopi veritas odiū parit: ⁊ ne ipsa quidē miseria declinare inuidiā potest? Querar an glozier q̄ factus sum ⁊ ipe inimicus vera dicēs? Vera dicēs/an recta agēs? Sed hoc viderint fratres vestri: qui cōtra legē maledicūt surdo: ⁊ maledictū ꝓpheticū nō verentes/dicūt bonū malum: ⁊ malū bonū. Quid in me o boni viri/displicuit paternitati vestre? Utrū ne q̄ apud cathalaunū amoꝛus est a villicatione sibi credita: homo vsq̄quaq̄ diffamatus: q: in ecclia virdunēsi cui prefuerat: dissipasset bona dñi sui? An q̄ in vbe cameracensi/monasterij sui/manifest⁹ destructor: fulbertus/cedere cōpulsus est paruimo: q̄ oim⁹ testimonio/fidelis est seruus ⁊ prudens? An certe q̄ laudum de ꝓtibulo veneris suū deo sanctuariū restitutum est? Propter q̄ horū me nō dico lapidatis: sz laceratis: vt minus aliq̄d recipiā a dño meo. Et hoc merito atq̄ cū omni gſia respōderē: si q̄d in eis meū cognoscerē. Nūc aūt vt q̄d iudico: ego de factis alienis? Aut si meis/cur tanq̄ de malis: cū cūcta hec iuste ⁊ pclare gesta fuisse nulla imprudentia dubitare: nulla negare ꝑsudentia possit? Elegite nunc vtrū liber: aut negare certe: aut fatemini me horū autorez. Si feci laude dignū est laudabilia pegisse: ⁊ inique redarguor: vnde laudari meruerā. Si nō feci vt laudē nō meruisse nec ꝓfecto vituperationē. Nonū gen⁹ detractionis: ⁊ re uera simile aliq̄d habens operi balaā: q̄ ductus ⁊ cōductus ad maledicendū ppło magis cumulabat benedictionib⁹. Quid iustius: q̄d iocūdius: vt quē repręhendere intendis: plus cōmendes: vt ꝓconijs ꝓ cōuitijs vtaris nescius: ⁊ volēs detrahere laudes inuitus? Quasi vo nulla mea mala inueniāt: vt ꝑ malis mihi bona obiciāt: vel potius adijciant aliena. At ego nec indignis vituperatiōib⁹ moueor: nec indebitas recipio laudes: nil mea refert de his quo: nō autor: nō extiti. Laudent si volūt: vel vituperent si audent de primo quidē dñm albanensem: de scō vo dñm remensem: porro de tertio eundem eque archiepm simul ⁊ epm laudunensez: cū rege pariter ⁊ multis alijs reuerēdis ꝓsonis: qui se vtiq̄ autoꝛes in his ⁊ ꝓncipes extitisse minime diffitent. Si bene egerūt q̄d ad me: si aliter q̄d eque ad me. An tota ⁊ sola mea culpa est q̄ affui: hō solis latebris dignus: soli mihi iudex: soli accusator: ⁊ arbiter constitutus/quaten⁹ mōstrer actio q̄ habet ꝓfessio: ⁊ nomē monachi solitaria mihi ꝓuersatio interꝓretet? Affui cūm: negare nō possum: sed vocatus: sed tractus. Si hoc amicis meis displicuit: fateoꝛ ⁊ mihi. Utinā nō issem ad illa: vtinā nō irem ad similia. Utinā ⁊ nunq̄ nō issem: vbi vidissez aduersuz ecclesiā aplica ꝓhdolo: autoꝛitate: violentā armari tyꝛannidem q̄si nō satis ꝑ se infamisset. Tū demū sensi iuxta ꝓphetā adhereſcere linguā meā palato meo: cū subito pondus supiecū est nīs cernicib⁹ atq̄ irrefragabilis autoꝛitas literarū. Obmutui ⁊ humiliat⁹ sum ⁊ silui a bonis/⁊ dolor meus renouatus est: q̄n vidi repēte ad illas litteras ipleri facies innocētiū ignominia: ⁊ letari ap̄lius impios q̄ male fecerint: ⁊ exultare in his rebus pessimis. Miserutz est impio: vt iuxta dictū ꝓpheticū: nō disceret facere iusticiā: et q̄ in terra scētoꝛ iniqua gessit: ipius terra iustissimo: quo tenebak: absolura est interdicto. Ꝓꝛopter hmōi: ⁊ si aliud nō sit: grauoꝛ interesse causis: quoꝛ ꝓsertim mea nō interesse cognosco. Grauoꝛ sz trahoꝛ. At vo ab hac necessitate ꝑ quē meli⁹ retrahi posse sperauerim: q̄ pyos vir opri me: cui in hac re nec ꝓsus deest: nec volūtas vt cōperi? Gaudeo nēpe q̄ ⁊ vre ꝓudētie nr̄am in talib⁹ occupationē displicere cognoui. Et quidē iustissime ⁊ amicissime. Age ergo si ita vultis: animo q: sic cernitis ac decernitis: ⁊ amico expedire: ⁊ monacho cōuenire: date quelo operā: quatenus vna vtriusq̄ volūtas citi⁹ impleat: quo ⁊ vobis videlz satisfiat ad iusticiā: ⁊ mihi ad salutē aie consulat. Indicat: si placet: clamosis ⁊ importunis ranis de cauernis nō egredi: sed suis cōtentas esse paludib⁹. Nō audiant in cōciliis in palatijs nō inueniant ad causas: ad negocia nulla necessitaꝛ: nulla trahere possit autoꝛitas. Sic foꝛ: sitā posset vester amicus declinare ꝓsumptiōis notā. Nā notā vñ cōr̄ habere potuerim: ignoꝛo: cū scia mihi cōsiliū esse ⁊ ꝓposituz nunq̄: si causa dūtaxat nīsi oꝛdinis nō fuerit: exire de monasterio: nisi aut aplice sedis legato: aut certe ꝓpꝛioꝛe cante epo: quib⁹ nr̄e humilitati: sicut optime nostis: cōtradicere oīno fas nō est: nisi ex quocūq̄ superioꝛ is autoꝛitaꝛ ꝓuilegio. Nō vtiq̄ si vnq̄ ꝑ manū vsam: vt spero: mihi in man⁹ venerit: tūc ꝓculdubio ⁊ pax mihi: ⁊ pax erit de me. Nō tamen idcirco etiā me latente ⁊ tacente: cessare puto/murmur ecclesiarū: si nō cesset romana curia ꝓ volūtate assistentiū facere ꝓiudicium in absentes. Valete.

¶ Ad dominum papam honoꝛium ꝓ henrico senonensi archiepiscopo. Epistola.xlix.

S

Umino pōtifici honoꝛifico: seruus ⁊ si digni iudicamur: filij Stephan⁹ cisterciēsis: hugo pōtiniacēsis. B. de claraualle: q̄ reuerendissimo dño/q̄ benignissimo patri. Degētes in monasterijs: ad q̄nta petā cōpulsi sumus: nō cessam⁹ oꝛare ꝓ vobis: ⁊ ꝓ cōmissa vobis ecclia dei: cōgaudentes ⁊ spōse dñi sup tam fido custode: ⁊ sponsi amico sup laboꝛe tam fructuoso. Ifidenter, inde atq̄ fideliter vestre paternitati suggerimus que in regno nro eidem matri nre dolētes cernim⁹ aduersari. Quantū quidē nos sentim⁹ qui vicini sumus: rex ludouicus nō tam epos/q̄ in ipsis iusticie ꝑsequit zelū: pietatis cultum: habitūq̄ religionis. Q̄ vestre quoq̄ ꝓudētia sanctitatis vel ex eo facile aduertere potest: q̄ qui ante in habitu actuq̄ seculari honoꝛati sunt sublimes: iudicati fideles: habiti familiares: mō inimici facti sunt digne suo sacerdotio cōuersantes: ⁊ per oia honoꝛificantes ministerium suum. Unde grauibus contumelijs ⁊ iniurijs episcopi parisiensis immocētia pullata est: sed nō quassata: q: dominꝰ suppositi manū suā: cū vestrā oppositi. Unde ⁊ nūc dñi huius senonensis cōstantiam cōcutere ⁊ labefactare conatur: vt metropolitano (quod absit) electo: facile puto/uolueꝛit: grassek in suffraganeos. Postremo quis ambigit nō aliud eum q̄ oppugnare religionem: quā nimirum aperte sui regni destructionem: sue coꝛone pronunciat inimicam? Et alter herodes christū nō ia in cunabulis habz suspectū: sed in ecclesijs iuidet exaltatū. Nec aliud sane credimus eū habere aduersus archiepiscopū: nisi q̄ spiritus in ipso: sicut in ceteris: laboꝛat extinguere. Deniq̄ si fallere de his que attestamur fallive putamur: vestre citius inveniet examinationis discussio: si tamen quod ⁊ vehementer optamus: ⁊ supplicter oꝛamus: devultu tuo pater sanctissime iudiciū ꝓ eo dear: de quo ꝑfecto confidimus: q̄ custodias innocentiā: ⁊ videas equitatem. Alioquin reduci causaz in regis ꝓsentia atq̄ potentia: nō plane est aliud q̄ tradi heu hominem in animā inimicoꝛum eius.

¶ Ad eundem. Epistola.l.

P

Oꝛtebat quidē si ita vestre visum fuisset autoritati: vt in vestri ꝓsentia/causa dñi senonēsis discuteret: ne infensus videlz regi/in regis ꝓsentia ⁊ potētia/suis ꝓ se aduersarijs respōsuꝝ: traditus homo videret in aiam inimicoꝛ eius. Sed q̄m vt tenendū irrefragabiliter quicq̄d precipitis: sic sperandus indubitanter bonū de ossi re quā decernitis: id solū a vra pater pierate deposcit oīm: qui apud nos esse videnk: religioso: humilitas: vt si se ad vultū foꝛte poꝛentis ⁊ vt assolet) senserit ꝓegrauari: ꝓfugere: sibi licear: ad viscera patris: q̄b vtiq̄ hacten⁹ opꝓssio nemini negatū audiuim⁹. Alioquin videat ioseph vir iustus q̄d sibi etiā nūc faciendum sit de puero ⁊ matre ei⁹: q: etiā nunc in senonēsi, puincia xp̄s querit ad ꝓdendū. Nam vt quod verū est: manifestius ꝓferamus: rex in archiepo ex eo aperte nouā ꝓsequi religionez dinoscit: q̄ eum in antiqua seculari cōuersatione et habitu: sicut ꝓmoueri oīm⁹ de voluit: sic ab omni penitus securum infestatione dimisit.

¶ Ad haimericū romane sedis cancellarium. Epla.li.

ñ.Ti.iij.

I

Jro illustri haimerico sancte romane sedis cancellario. B. abbas dictus de claraualle salutē ⁊ si quid valet pcōis oꝛatio. Quouscq̄ durat illa sūa. Oēs q̄ pie volūt viuere in xp̄o ꝑsecutionez patiunk: Quouscq̄ relinquik virga pcōz sup sꝛte iustoꝝ: Quis det vt stare incipiāt iusti in magna cōstantia: aduersus eos q̄ se angustiauerūt! Quis ita ferat tanta inter celū terrāq̄ discoꝛdia vt exultantib⁹ angelis sup emendatione malorū: filij adā fremant ⁊ tabescant? Quasi nō sit passus iesus pacificans in sanguine suo q̄ in terra sunt: ⁊ q̄ in celo aut in ipo: deus nō fuerit mundū recōcilians sibi. Laudabatur quondā archiepūs in desideriis anime sue: ⁊ in seculari vita ⁊ habitu benedicebak. At nūc sub pannis infamie Jesu querit simonia: ⁊ inter nascentes virtutes emoꝛtuoꝝ vel cadauera vitioꝝ scrutak curiosa malicia. Videris ⁊ nunc stare iesum in signū cui cōradicik. Per ipm vos obsecro: ꝓ ipso supplico vobis. Habet siquidē vnde et illū reuereamini: et vnde illi misereamini. State ꝓ ipso nunc in defensione archiepiscopi: ceni quādoq̄ ⁊ vos astare habeatis in examinatione vestri.

¶ Ad eundem. Epistola.lij.

H

Abicus vester ⁊ noster dñs carnotensis epūs voluit vobis etiā ꝑ me certū fieri: q: id q̄d de ipso a q̄busdā dño pape ꝑsuasuz fuisse cognouim⁹: vt cū videlz hierosolymā ꝓmitteret ꝑficisci: nec fuerit studij/nec volūtat. Q̄d ⁊ si multū voluisset ꝑficisci: tñ nō potuerat: nisi cū graui scādalo oīm: q̄ apud nos sunt: bonoꝝ metuētiū q̄ppe ne plus mali eius absentia faceret suis: q̄ boni alienis ꝓsentia. Hec ꝓ epo. Ceterū vt ⁊ ꝑ me aliq̄d loquar fm q̄d scriptura monet: miserere inquies anime tue placens deo: placet ne vobis vt curis onerer occupet q̄ negocijs: mihiq̄ ꝓfuit ea occupari ꝓ ꝓfuit: cū totus implicer alienis? Si inueni gratiā in oculis vestris: date operam vt ꝓ: sus amouear ab hmōi: quaten⁹ liceat mihi ꝓ meis atq̄ vestris oꝛare delictis. Et quidem mihi mihi securius iudico/q̄ obedire domini pape voluntati: sed si dignetur attendere ipse quid possim. Utinā nempe nouerit q̄ ista nō possiuz: aut q̄ difficile possim. Et de hoc satis dictū est sapienti. Queſuit a me ꝓcatus epūs aliqua ex nostris opusculis que vobis mitterem: sz nō fuit ad manum quod vestro dignū crederem studio. Libellū tamen de gratia ⁊ libero arbitrio nuper edidi: illū vobis libēter mittam/cum vos velle cognouero. Valete.

¶ Ad eundem. Epistola.liij.

Ecclī. fff.

S

Ro multis/⁊ per multos memini me scripsisse ad vos: sed nunc ipe qui loquebar: ecce adsum. Tres in duob⁹ cōspicius: q̄m absq̄ me esse non possunt: in quoꝝ iugiter pectoꝛib⁹ requiesco: ⁊ quidē securius atq̄ suauiꝰ? q̄ in ꝓprio. Meriri videoꝛ: sed ei qui amicitie vim nunq̄ sensit: q̄ virtute charitatis ignoraꝛat: qui nō credit multitudinis credentiū fuisse coꝛ vnū/⁊ aiam vnā. Qui ergo videt eos: videt ⁊ me: etsi nō in meo coꝛpoꝛe. Et q̄d loquunk ipsi: ego pariter loquoꝛ: sed coꝛū linguis. Coꝛpoꝛe fateoꝛ absum: sed hec est exigua poꝛtio mei. Poꝛro qui vidit faciē meā tantū: sine culpa ⁊ sine nota mendacij: asserit se nō vidisse partē mei: sed me cū tū nō nisi partē: ⁊ partē modicā viderit. Quāto itaq̄ verius esse me dixerim: etiā sine ꝑsentia coꝛporis: vbi mea sentio voluptatē caneū spūs ⁊ amoꝛem: q̄ vtiq̄ est pars potio: dignioꝛq̄ mei. Tr⁹ ergo in coꝛpoꝛe⁹ vnū nos esse noueritis: nō pari sanctitate: qua ambob⁹ ego inferioꝛ sum: sed eadē voluntate ⁊ summa ꝓcordia animoꝝ. Cur eīm vnitatē hanc inter diuersos nō faciat cōpago charitatis in vno spū: si carnalis copula efficit vt sint duo in carne vna? Quarūvos addi velim si dignū iudicatis: ⁊ in eandez cōcurrere vnitatē dilectionis. Quod facile si nō cōtemnitis: obtinebitis: cūm id vos nequaq̄ cōtemnere eis cognitū faciatis. Vale.

¶ Ad eundem. Epistola.liij.

M

Olo ⁊ preco: vt harū lator: venerabilis Altecūbe abbas viuianus mihi ob suā religiositatem admodū familiaris amicus: amicū vos ꝓ: o dei amoꝛe ⁊ nro: in suo negocio experiak. Et hec ꝓ illo: reliqua aūt vobis. Quid ꝓdest homini si vniuersum mundū lucret: animе aūt sue detrimentū patiat? Aut quā dabit homo cōmutationē ꝓ aīa sua? Nec totus mūdus sufficeret. ¶ Magna res aīa que christi sanguine redemꝑta est. Et anis anime casus: que non nisi christi cruce potuit reparari. Si rursuz coꝛ: ruerit peccato dūtaxat ad moꝛtem: vnde iam reparabit? Nunquid aut alter christus: aut idem/iterum crucifigi habet ꝓ illa? Super hoc vellem vos nunq̄ obliuisci illud sapientis consilium: ✠ fili memo rare nouissima tua: ⁊ in eternum nō peccabis.

mat.xvj.

A

eccli.vij.

¶ Ad Gaufridum carnotensem epm. Epistola.lv.

D

Ilectissimo ac prudentissimo seruo dei Gaufrido carnotensi epo. B. pauperū xp̄i de claraualle seruus/claritate pfundi montium eternoꝝ. Quantū vobis bonoꝛis vestra laudabilis vita tantū affert ⁊ oneris laudanti fama. Ecce eīm ipe q̄ quē/⁊ ꝑ quo/ꝓsentes litteras accipitis: exemplo ceteroꝝ/quos sepe tales nō paucos experimini moꝛtis: ⁊ ipse bono odoꝛe vestri: quē delōge sensit: tam cōem cū fiducia pietatem requirit: ipe vtiq̄ ducius inueniendi nō solū cōsiliū q̄d agere debeat: sed ⁊ auxiliū quo ꝑficere valeat. Et hec causa eius. Quadā se ecclia ꝓ amoꝛe dei ⁊ ꝓposito induerat ✠gressionis atq̄ trāsgressionis sue vobis ipe causas exponet. Et quidē ad ꝓpositū redire cupit: sed ꝑ vos impleꝛe ꝓpositū: si tamen nostris hoc ꝓcib⁹: quibus se premunire curauit: obtinere poterit. Ifacite ergo moꝛē vestrū: ferte opem misero: immo q: vos sapientib⁹ ⁊ insipientib⁹ debitoꝛē agnoscitis: erroneā xp̄i ouiculā de faucib⁹ lupi festinate eripere: ⁊ ad pastum reducendo ꝓ: oꝛem: ⁊ ꝓ aliquod ouilium vestroꝝ/quacūq̄ in cella iubere recludi: si forte aliud quid ei magis expedire ꝑspexeritis: ⁊ licere iudicaueritis: et persuadere poteritis.

¶ Ad eundem. Epistola.lvj.

Q

Uod a me de dño noꝛbero scisciti: mini: fi videlicet iturus sit hierosolymā: ego nescio. Nā cum ante hos paucos dies: eius faciem videre: ⁊ de celesti fistula: oꝛe videlz ipsius plurima haurire meruerim: hoc tamen ab ipso non audiui. Uerum de anti christo cū inquireres quid sentiret: durante adhuc ea que nunc est ꝓfatione/renelandū illū esse certissime se scire ꝓtestatus est. At cū eandē certitudinē vñ haberet: scisciti/ri mihi exponere veller: audito q̄ rndit: non me illud ꝓ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

certo credere debere putaui. Ad summam tñ hoc asseruit: nō visurū se mortē: misi prius videat generalē in ecclia pacificationē. Decetero me moz̄ari vestrā pietatē volo: illi⁹ pauperis ⁊ exulis humberti noīe: q̄ dudū cū treuis effectis: vobis supplicabat quatenꝰ ad comitē theobaldū: qui eū exheredauerat: intercederetis. Q̄ō ⁊ ego nūc p̄z ipso ⁊ cuz ipso iridē a vestra flagito pietate. Nā nr̄as litteras de hac re p̄cedentes: iam ad p̄dictū p̄incipē misi. sed gratiam nō inueniens: nihil effeci. Jam q̄ō libēter auditis: libēter debeo dicere vobis. Stephan⁹ vester sic currit nō quasi in incertū: sic pugnat nō quasi aerē verberās. Q̄zate quatenus sic currat vt cōp̄ehendat: sic pugnet vt vincat.

¶ Ad eundem. Epistola.lvij.

Jcut is a vestra mihi parte repoztauit: idcirco ipsius desiderio ⁊ petitioni: vsq̄ adhuc satisfacere distulistis: q: p̄imū votū p̄gendi videlz hierosolymā irritum vobis feciste videk. Sup quo si nostrā sniam requiritis: ego nō arbitro: minoza vota impedire debere maiora: nec deū exigere q̄cunq̄ sibi p̄missum bonū: si p̄z eo aliq̄d melioꝰ fuerit ꝓlolurū. Enūcro alicui fozte debenti vobis duodecim nūmos: nūquid si p̄z eis die cōstituto marchā solueret argenti: iuste irascere mihi? Jam si ⁊ ab hui⁹modi p̄z aliq̄d timetis: securū vos reddo: q: nō solum ei si q̄ō huic auxiliū impenderitis: nō displicebit: sed etiam valde gratū habebit. Vale.

¶ Ad Ebalum cathalaunensem epm. Epla.lvijj.

Omino Ebalo venerabili sancte cathalaunensis eccle dei gr̄a epo: frater B. abbas de claraualle: si q̄d potest petītis ozatio. Nauicule illi⁹ (de ecclia loquoz) ioim sancto⁊ q̄ sub oculis vestris gubernatoze destituta fluctuat: nō est bonum vobis negligere vel dissimulare periculū. Res q̄ppe vestre cure est. Unde miroz qua rōne: qua ve securitate a clerico illo qui a religiosis p̄sonis vir (vt aiunt) religiosus: eidē ecclesie electus est: requirendo desistitis: etiā si hoc quoꝛūdam qui in ip̄a eccl̄a fuit incuria: vel desidia nō mereak. Qui vr audiuim⁹ illū qui electus est nolētes: nec aliud nisi q̄ religiosus esk afferentes: de eligendo alio vestram q̄ō auxi sunt cōpellare grauitatez: quasi qui videak esse cōmunioz et affabilioz: qui nō sit extraneus: sed ciuib⁹ tam gratus q̄ cognitus: moz̄ū patrie guarus: rebus ecclie tractādis idoneus. Reuerauoz ad istos cautissimos p̄sultoz es: ne vertā: qui vitia vestra nō redarguat: qui misere cōuersationi vestre aut cōsentiat aut contradicere nō audeat. Nō sum⁹ audiendi: sed potius velint nolint oīmodo satisfagendū est vobis: vt is q̄ boni testimonij est: ecclie desolate q̄ toti⁹ p̄q̄ ratur: q̄m si talis est: qualis p̄dicak: deus p̄culdubio cuz ipso erit: qui suā ei gratiā ministrabit: placentē oibus efficacem in oibus. Q̄z si hūc istis nō meremib⁹? fortasse nullo mō haberi posse contigerit: alius de alia qualicūq̄ domo religiosa: qui videak id oneus: p̄uideak: non qualē isti volunt: q̄ nisi q̄ō sue carnalitati blandik nolūt: sed qui sciat negocia disponere rerū exterioꝛ: vt nozit p̄ oīa p̄ponere curā aīarū. Certe duob⁹ monasterijs: scī videlz Petri ⁊ sancti Urbani pastoz ali aliq̄n solatio sitis ter destinatis/bone memozie p̄decesso: vester dñs wyllhelm⁹ nō longi itineris labore: nō hyemis reputās asperitatē: bis (nisi fallo:) cluniacū: semel diuionē p̄ scipm adijt: hinc q̄ virū bonū dñm hugonē qui post defunct⁹ est: illinc virū venerabilē: q̄ adhuc supest: dñm Radulfuz vir multis p̄cib⁹ inperraros abducēs/singulū singulo p̄posuit monasterio: rutū videlz nō arbitrās cuiq̄ monachoz domestico: cū illā cōmittere curā. Q̄ō ideo vobis in ecclīa adduxi: vt vestrā charitatē cōmonefaciā qualiter ⁊ in hoc: q̄ō nunc in manibus est: opoꝛteat eam esse nō minus cautā: q̄ solicitam.

¶ Ad Guilencū lingonensem epm. Epistola.lix.

Omino suo ⁊ patri Guilenco dei gr̄a lingonēsi epo: frater Bernardus claretuallis abbas seipm. Audito obitu dñi Garnerij archidiaconi necessarij duxim⁹ vestrā paternitatez p̄cibus p̄ueniendos: immo p̄munire consilio. Si tñ dignū putatis monitis nr̄e acquiescere paruitatis: quater⁹ videlz de rebus sancti Stephani diuionēsis: quas tenebat: placeat liberalitati vr̄e miam superaltare iudicio. Siquidē nō ignoramus: q̄ in manū vestrā debeāt redire/iuxta q̄ō in capitulo lingonēsi dispositū ⁊ scripto firmatū fuisse etiā nos meminimus: q̄n filius vester harbert⁹ in illa eccl̄a p̄im⁹ abbas regularis cōstituturus est. Sed q: canonicis grauis scādali ⁊ abbati magni imp̄operij occasiones forte cognouim⁹: si ad ea q̄ diu tenuit illa eccl̄ia: quacūq̄ occasione manū vestrā extenderitis: cōquerentib⁹ q̄ppe illis de illo quasi q̄ malū p̄incipiū dederit aduenientes: cū ei⁹ causa/⁊ ad ei⁹ introitum tam grāde eccl̄ia dānū incurrerit: pietati vr̄e supplicamus: ⁊ supplicando cōsulim⁹? vt ⁊ tot puellis x̄pi a tanto imp̄operio simul liberare curetis: cōcedendo vtiq̄ ecclesie q̄ō hactenus iuris ecclesie fuisse cognoscitur.

¶ Ad eundem. Epistola.lx.

Ro eccl̄ia molissimēsi supplex: nō (vt arbitroꝛ) sine p̄oꝛtunus: interuento: accedo. Multa quippe sunt q̄ me cōfoꝛtant vt repulsam nō meruar hec nr̄a petitio. P̄imū q: nō p̄z qualibet extranea sed p̄z vr̄a vobis eccl̄ia supplicam⁹. Deinde q̄ eandē ecclesiam nō alienū vsurpare: sed suū ius tantū avr̄a equitate requirere credim⁹. Tertio q̄ idipsum talis nobiscū postulat: qui solus ad impetrandum etiā maius aliquid a vobis sufficere possit: videlz comes theobaldus. Quarum quoq̄ si addidero nō temere id me p̄sumere putaueritis. Nec⁹ enī vel ipsi de vestra adeo humilitate diffidim⁹? quin audacter si opus sit: per nosmetipsos ad vestre celsitudinis nobis iam satis expertā benivolentiā; petituri: q̄ō rationabile visum fuerit: accedamus. Vale.

¶ Ad Ricuinū tullensem epm. Epistola.lxj.

non auferetur in eternum. Quid istud? Nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit. Qui homo est ⁊ sm̄ hoiem ambulat: qui videlz (vt manifestius dicā) carni adhuc acquiescit ⁊ sanguini: quid illud sit penitus nescit: q: caro ⁊ sanguis nō reuelabūt: que solus reuelat deꝰ per spiritū suum. Animalis ergo homo ad hoc secretū nequaq̄ admittit: siquidem non percipit ea q̄ sunt spūs dei. Beati qui audiunt. Vos aūt dixi amicos: q: oia quecūq; audiui a pfe meo: nota feci vobis. ¶ O seculū nequā: qđ solos tuos sic soles beare amicos vt dei facias inimicos: cōsequenter ⁊ indignos cōsilio beatorum. Plane em̄ qui amicus vult esse tuus: inimicus dei cōstituitur. Oſi seruꝰ nescit quid faciat dñs eius: quāto minus inimicus? Porro aūt amicus sponsi stat: ⁊ gaudio gaudet ꝓpter vocem sponsi. Unde ⁊ loquit. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Amicus itaq; mūdi excluditur a consilio amicoū dei: qui nō spiritum huius mundi acceperūt: sed spiritū qui ex deo est: vt sciant que a deo donata sunt sibi. Confiteo: tibi pater / q: abscondisti hec a sapientib⁹ ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater q: sic fuit placitum ante te in oculis tuis. Omnes enim peccauerunt ⁊ egent gloria dei: vt gratis mittas spiritum filij tui clamantem in cordibꝰ filioꝝ adoptionis abba pater. Hoc quippe spiritu qui agunt: hi filij sunt: nec pater / no prorsus arcendi cōsilio. Habent nempe in se manentē spiritū: qui scrutatur etiā pfunda dei. Deniq; quid ignorent: quos vnctio docet de oibus? Ue vobis filij huius seculi / a vestra insipiente prudentia ignoratur: antes spiritū salutarem: nec participantes cōsilium / qđ solus soli eructuat filio: excepto cui voluerit filius reuelare. Quis em̄ cognouit sensum dñi: aut quis cōsiliarius eius fuit? Nō equidez nullus: sed rarus. Soli sane qui veraciter dicere possunt. Unigenitus qui est in sinu patris: ipse enarrauit nobis. Ue mūdo a strepitu. Clamat in populis ūsdem vnigenitꝰ tanq̄ magni consilij angelus. Qui habet aures audiendi: audiat. Et quoniā dignos nō inuenit sensus: quib⁹ patris cōmittat arcanū: texit parabolas turbis: vt audiētes nō audiant: ⁊ videntes nō intelligant. Leterū amici sponsi audiūt. Vobis datū est nosse mysteriū regni dei. Quibus ⁊ loquit. Nolite timere pusillus grex: q: cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Qui sunt hi? Utiq; quos prescisit ⁊ predestinauit cōformes fieri imaginis filij dei: vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Magnum secretiq; innotuit consiliuz. Nouit dñs qui sunt eius. Sed qđ notum erat dei: manifestū est hoibus. Nec alios sane dignatur tanti participatione mysterij: nisi cōsipsos quos suos prescisit ⁊ predestinauit. Nā quos ꝑdestinauit: hos et vocauit. Quis em̄ sane nisi vocatus ad dei accedit consilium? Quos autez vocauit hos ⁊ iustificauit. ¶ Oritur quippe sol: nō is qui quotidie oriri cernitur sup bonos ⁊ malos: sed qui timentibus deū / prophetica pnunciatione promittitur: solis ad cōsiliū vocatis. Vobis (inquit) qui timetis deum: orietur sol iusticie. Manentib⁹ igitur in renebris filijs diffidentie: euadit in nouā hanc lucem / lucis filius de potestate tenebrarū: si tamen iam fidenter deo dicere potest. Particeps ego sum oim timentiū te. Videsq; precedit timor: vt sequat iustificatio: Jforsitan ergo timore vocamur: amore iustificamur. Deniq; iustus ex fide viuit: illa procul dubio / que operatur ex dilectione. Audiat itaq; in sui vocatione peccator qđ timeat: ⁊ sic accedēs ad solem iusticie / videat illuminatus qđ diligat. Quidnā est illud? Misericordia dñi ab eterno ⁊ vsq; in eternū / super timentes eū. Ab eterno ꝓpter predestinationem: in eternū propter beatificationem. Altera carens principio: altera nesciens finem. Siquidem quos ab eterno predestinat in eternum beatificat: intercedente sane media vocatione / vna cum iustificatione / dūtaxat in adultis. Sic ad horum solis iusticie / sacramentū absconditū a seculis de predestinatis et beatificandis: emergere quodāmodo incipit ex abysso eternitatis; dum quisq; vocatus per timorem / iustificatus per amorem: presumit se quoq; esse de numero beatorum / sciens nimirū q: quos iustificauit: illos ⁊ magnificauit. Quid em̄? Audit se vocari: cū timore cōcutitur: sentit ⁊ iustificari / cū amore pfundit: ⁊ de magnificatione diffidet? Jnitiatur: prouchit: ⁊ de sola cōsummatione desperabit? Nempe si initium sapientie timor: dñi: in quo dicta est esse nostra vocatio: quid nisi proiectus in sapientia est amor: deis dūtaxat qui interim ex fide est: ex quo ⁊ nīa fit iustificatio? Quid item nisi consummatio in sapientia est: ipsa quā in fine speramus / de diuina illa ⁊ deifica visione gloria ficatio? Sic abyssus abyssuz invocat in voce cataractarū suarū: cū in terrore iudicioꝝ suoꝝ / immensa illa eternitas ⁊ eterna immensitas: cuius sapientie nō est numerus: cor hois p̄uuz ⁊ inscrutabile / mira sua bonitate ⁊ potentia educit in admirabile lumen suū. Verbi gratia. Ponam hoiem in seculo / seculi adhuc ⁊ sue carnis amore retentū: et cū terrestris hois imaginem portantem incubantem terremis: nil de celestib⁹ cogitantem: quis hunc nō videat horrendis circūfusum tenebris: nisi q̄ in cade mortis umbra sedet: quippe cui nullū adhuc sue salutis signum eluperit: cui necdū in aliquo interna testetur inspiratio / aut boni de se quippiā eterna teneat predestinatio. At vō si supna cuz miseratio dignanter q̄p respexerit: immiserit q; spiritum cōpunctionis: quatenꝰ ingemiscat ⁊ resipiscat: mittet virū domet carnem: amet primū: clamet ad deū: ꝓponatq; de cetero viuere deo nō seculo: ex qua deinde supni luminis gratuita visitatiōe / ⁊ subita mutatiōe dextere excelsi / agnoscat se merito quidē nō iam ire: sed gr̄e filiū: quippe qui paternū erga se diuine bonitatis experiet affectū: qđ se vtiq; pacten⁹ intantū latuerat: vt nō solū nesciret: vtrūne dign⁹ foret amore an odio: verūtiā odiū magis ⁊ nō amore propria cōuersatio testaret: erant em̄ tenebre adhuc sup faciē abyssi: nōne is tibi videt quasi de abysso pfundissima ⁊ tenebrosissima horrende ignorātie / in aliā quandā q̄p trahi abyssuz e regione amenā ⁊ lucidā claritatis eterne? Et nūc deinū quasi diuidit deus lucem a tenebris: cū peccator / sole illucescente iusticie: abiectis operib⁹ tenebrarū: induitur arma lucis: ⁊ is quem prius vita ac ꝓpria cōscientia: tanq̄ reuera filiū gehēne deputauerat ardoribꝰ sempiternis: adtantā visitantis se orientis ex alto dignationez respirans / gloriari etiā incipit pcter spem in spe gloriе filioꝝ dei: quā iam nūmirū e vicino reuelata facie exultans: nouo in lumine speculatur / ⁊ dicit: Signatū est sup nos lumen vultus tui dñe: dediſti leticiā in corde meo. O dñe quid est homo q: innotuisti ei: aut filius hois q: reputas eū? ¶ Jam sc̄o bone pater vermis vilissim⁹ / ⁊ odio dignissimus sempiterno: tamen cōsidit amari: qm̄ se sensit amare: imo q: se amari ꝓsentir: nō redamare cōfundit. Jam apparet in lumine tuo o inaccessibilis lux / quid boni penes te: etiā cū malus esset: miserum manerer homūculum. Amat ꝓinde nō immerito: q: amatus est sine merito. Amat sine fine: q: sine principio se cognoscit amatū. Prodit in lucem ad miseri cōsolationem / magnū cōsilium qđ ab eterno latuerat in sinu eternitatis: q̄p nolit videlz deus mortem peccatoris: sed magis vt cōuertatur ⁊ viuat. Habes homo huius arcani indicem spiritū iustificantem: eoq; ipso testificantem spiritui tuo / q̄p filius dei ⁊ ipse sis. Agnosce cōsiliuz dei in iustificatione tui. Cōfitere ⁊ dic. Consiliū meū iustificationes tue. Presens nāq; iustificatio tui ⁊ diuini est cōsilij revelatio: ⁊ quedam ad futurā gloriā preparatio. Aut certe predestinatio: ipsa potius preparatio est: iustificatio autē magis iam appropinquario. Deniq; ait: Agite penitentiā q: appropinquabit regnū celoꝝ. Audi ⁊ de predestinatione: q̄p ipsa fit preparatio. Percipite (inquit) regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi. ¶ Nemo itaq; se amari diffidat: qui iam amat. Libenter dei amor / nostrū quez preuenit subsequitur. Nam quō redamare pigebit: quos amauit ⁊ necdū amantes? Amauit inquā / amauit. Habes em̄ dilectionis pignus spiritū: habes ⁊ testem fidelem ieſuz ⁊ hūc crucifixū. O geminū ipmq; firmissimū dei erga

Pſal. cxviij.

Mat. iij. ⁊ iiij.

mat. xxv

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos amoris argumentū. Christus mo:ik ꝛ mereꝛ amari. Spiritus afficit:ꝛ facit amari. Ille facit cur amet:astet ametur. Ille suaz multā dilectionem in nobis cōmendat: iste ꝛ dat. In illo cernim⁹ qđ amemus:ab isto sumim⁹ vnde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio:ex isto affectio. Quanta cōfusio dei filiū ingratis oculis cernere nolentem. Quod quidē facile contingit:si desit spūs. Nunc aūt qz charitas dei diffusa est in coꝛdib⁹ nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis:amati amamus:amantes amplius meremur amari. Si em̄ cū adhuc inimici essem⁹/reconciliati sum⁹ deo p mortē filij eius:multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Quid em̄: Qui proprio filio nō pepercit:sed pro nobis oibus tradidit illū:nū etiā oia cū ipso donaꝛus est nobis? Cū ergo geminū tenea⁹ nre salutis indiciū:geminā sanguinis ꝛ spūs effusionem:neutra sine altera prodest. Nam nec spūs datur nisi credentibus in crucifixū:nec fides valet:si nō operak ex dilectione. Dilectio aūt donū spūs est. Q⁹ si secūdus homo(christus loquor) factus est nō solū in aīam viuentem:sed etiam in spiritū viuificantem:ex vno videl⁹ moꝛiens:ex altero moꝛtuos suscitans:quid mihi pdesse potest qđ in ipo moꝛitur absq; eo qđ viuificat: Denicq; ipse ait. ¶ Caro nō prodest quicq̄:spūs est qui viuificat. Quid est aūt viuificat:nisi iustificat: Cū em̄ mors animę peccatū sit: aīa quippe q̄ peccauerit ipsa moꝛietur: vita eius sine dubio iusticia est:qm̄ iustus ex fide viuit. Justus aūr quis est:nisi q̄ amauit se deo vicem reprendit amoꝛis: Quod nō fit nisi reuelāte spiritu/per fidē homini eternū dei ppositū/sup sua salute futura. Que sane reuelatio nō est aliud/q̄ infusio gratie spiritalis:per quā dō facta carnis moꝛtificauit:homo ad regnuz pꝛeparat:qđ caro ꝛ sanguis nō possident: simul accipies in vno spiritu/ꝛ vnde se pꝛesumat amatū;ꝛ vnde redamet ne gratis amatus sit. Hoc itaq; est illud sacrū secretūq; cōfilium:qđ a patre filius in spūsancto accipiens:suis quos nouit:per eundem spiritū iustificādo eos/cōmunicat:ꝛ cōmunicando iustificat:quādo id quisq; accipit in sui iustificatione:vt incipiat ꝛ ipse cognoscere sicut ꝛ cognitus est: cū videl⁹ datur ꝛ ipsi pꝛesentire aliquid de sua ipsius futura beatitudine:quemadmodū ab eterno latuit in predestinante/pleniuꝰ apparituꝛā in beatificante. De qua tm̄ iam pcepta suimet ex parte noticia:interim quidē gloꝛiemur in spe:mondū tamen in securitate. ¶ Ē miserandi qui ad tā iocundū iustoꝛ consiliū/nullū adhuc tenent sue vocationis testimoniū. Dīe quis credidit auditui nro: O vtinam saperent ꝛ intelligerent. Verū nisi crediderint: nō intelligent. Sed habetis ꝛ vos o infelices seculi male securi amatoꝛes/vestrū seo:sum a iustis cōsiliū. Squama squame cōiungitur:ꝛ nō est spiraculū in vobis. Habetis inquā ꝛ vos o impij cōmunicatū adinuicem cōsilium:sed plane aduersum dīm ꝛ aduersus christū eius. Etem̄ si dicente scriptura/pietas est cultus dei: pfecto q̄squis plus amat mundū q̄ deū:impius atq; idolatra esse cōuincit: colēs ꝛ seruiēs creature potius q̄ creatoꝛi. Habetib⁹ aūt(vt dicꝛi est) sanctis atq; impijs suū ad se quibusq; cōsiliū/magnū pculdubio inter vtrosq; chaos firmatū est. Nam quō iustus lōge se facit a cōsilio ꝛ cōcilio malignantiū:ita nec refugit oīno impij in iudicio:neq; peꝛores in cōsilio iustoꝛ. Est quippe iustoꝛ cōsiliū/plusia volūtaꝛia quā segregauit de⁹ hereditati sue. Est cōciliū vere secretū:descendens nimirū fiscut pluuia in vellus. Est fons signatus:cui alienus nō cōmunicat. Est sol iustitie:qui timentib⁹ deū tm̄ oꝛitur. Poꝛro ceteros aduertens ppba in sui ficcitate ꝛ cecitate remanentes/iustoꝛ liquidē imbꝛis ꝛ lucis expertes:infecūdos ac tenebꝛosos/cōfusos ꝛ auersos sublamnat ꝛ notat. Hec est(inquiens) gens q̄ nō audiuit voce dei sui. Nōvultis o miseri dicere cū dauid: Audiā quid loquat in me dīns de⁹. Utiq; foꝛtis fuit in vanitates ꝛ insanias falsis:intimū oprimūq; nō requiritis veritatis auditus. Filij hoim vsq;quo graui coꝛde: Ut quid diligitis vanitatem ꝛ queritis mendaciū: Surdi ad vocem veritatis/ignoꝛantes cōsiliū cogitationes pacis: sed ꝛ loquentis pacem in plebem suā/ꝛ sup sanctos suos:ꝛ in eos qui cōuertuntur ad cor. Jam vos (inquit) mūdi estis ꝓpter sermonē quem locutus sum vobis. Ergo qui hūc sermonē nō audiunt: immūdi sunt. Leterū tu o charissime: huiuocꝛi dei tui dulcoꝛi sup mel ꝛ fauū: si pꝛeparas aurem interioꝛē: fuge curaz exteriozem: vt expedito ꝛ vacante interno sensu/ oicas et tu cū samuele. Loquere dñe:q; audit seruꝰ tuus. Uox hec nō sonat in foꝛo:sed nec audit in publico. Secretū cōciliū secretum querit auditū. Auditui tuo gaudiū pꝛo certo dabit ꝛ leticiaz:si sobria aure pceperis. Abrae pꝛecipit exire de terra ꝛ de cognatione sua:vt videre ꝛ possidere mereꝛetur terrā viuentiū. Jacob relicto fratre ꝛ patria/ iordanē transit in baculo:ꝛ excipitur rachelis amplexib⁹. Joseph dñatur egypto/mercatiōe furtiua patri sublatus ꝛ patrie. Ecclesie iubek vt concupiscat rex decoꝛem eius:ꝛ obliuiscꝛ populum suū/ꝛ domū patris sui. Puer iesus inter cognatos ꝛ notoꝛs a parentib⁹ querit: nec tñ inuenit. Jfuge fratres tuos ꝛ tu:si tuā vis inuenire salutem. Jfuge inquā de medio babylonis:fuge a facie gladij aḡlonis. Parati sumus cū panib⁹ occurrere fugienti. Abbatē tuū me noias: nō remoꝛ interim ꝓpter obsequiū. Obsequiū dico/nō qđ exigā:sed qđ exhibeā. sicut filius hois nō venit ministrari sed ministrare:ꝛ aīam suā dare in redēptionē pꝛo multis. Uerūtamen si dꝛ gnū iudicas:accipe cōdiscipulū: quē magistrū eligis. Unus sit ambob⁹ magister rps:ꝛ ipse sit epistole finis:qui finis est ad iusticiam omni credenti.

¶ Ad alterū Thomā de sancto audomaꝛo:qui transgressus terminū quez poluerat: animas adhuc petebat induciās:ob studiū litterarū tardans cōuersionē suā. Epla.cix

Bꝛarissimo filio suo thome frater. B. clarevallis vocatus abbas/in spiritu timoꝛis ambulare. Bene facis agnoscēs debitū tue pmissionis ꝛ dilate reatū solutionis nō diffitens. Sed volote nō solū quid:sꝛ cui pmiseris cogitare. Nā ego mihi nihil vsurpo:ex eo qđ me coꝛā/ꝛ nō mihi: pmissum ipse mecum recolis. Jfrustra pinde times exꝓobꝛatū tibi iri a me sup frustratoꝛia dilatione:qui restis accitus sum;ꝛ nō dīs voti. Uidi ꝛ gauisus sum. Et hoc oꝛo vt gaudiū meū plenum fiꝛ:qđ nō erit:nisi cuz fuerit impleta pmissio. Terminum posuisti quē nō oporuit transgredi. Trāsgressus es; quid ad me? Tuo dño stas aut cadis. Mihi sine decretū est pꝛo imminenti periculo:nō pꝛobꝛis:nō minus agere recum:sed monitis:idcꝓ quaren⁹ equo animiseris animo. Si me audieris/bene:si nō/ego nō iudico quemq̄:est q̄ querat ꝛ iudicet. Qui em̄ iudicat nos;dīns est. Et hinc tibi pl⁹ timendū arbitroꝛ ac dolendū:qꝛ nō homini:sed deo mentimus eo. Et si ego vt vis tue verecūdie parco coꝛā hoibus tuum illa q̄ coꝛaz deo est impudētia:impunita relinquitur? Quid quelo rationis habet verecundaꝛi ad diem hois:ꝛ vultū dei non vereꝛi? Nā vultus dīi super facientes mala.

¶ Tu ergo plus times opꝓobꝛia q̄ toꝛmenta:ꝛ qui trepidas ad linguā carnis: cōtemnis gladiū qui denoꝛat carnes? Deccine est illa moꝛtū pulcherꝛima cōpositio:qua informari te scribis scientie huius apprehēsione:cui⁹ studio et amoꝛe sic feruesꝛ:vt nō vereaꝛis sancto ꝓposito pꝛeiudicium facere? Sed quelo te/qđ memoꝛiale virtutis:q̄ laus disciplineꝛ quis scientie pfectus:vel carnis fructus/trepidare timoꝛe vbi nō est timoꝛ:ꝛ timoꝛē dīi relinquere? Ē subiugare discere iesum/ꝛ hunc crucifixū. Quā vtiq; scientiam haud facile nisi q̄ mūdo crucifixus erit:apprehendit Jfalleris fili falleris:si te puraꝛ inuenire apud mūdi magistros:qui soli christi discipuli:id est mūdi contemptoꝛes/dei munere assequunt. Nec em̄ hāc lectio docet:sed vnctio nō littera/sed spūs:nō eruditio/sed exercitatio in mandatis dīi. Seminate (inqꝛt) vobis ad iusticiā: metite spem vestre:illuminare vobis lumen scientie. Uides qꝛ nō recte pditur ad lumen scientie: nisi iusticie germen pcedat ad aiam ex quo foꝛmek granū vite:ꝛ nō palea gloꝛie. Quid ergo: Nondū tibi ad iusticiā seminasti; nondu⁹ spei manipulos

Job. vj. eze. xviij.

Rom. j.

Esa. liij. Deuter. xxvij.

Psal. ij.

Psal. j.

Hie. vij. Psal. lxxxiij. Pō. iij.

Job. xv.

j. reg. iij.

Ben. xij.

ge. xxix. ge. xxix. ps. xliij.

Luc. ij.

A

j. thes. v.

B

j. cor. j.

Osee. x.

messuisti:ꝛ verā te pꝛesumis secuꝛi scientiā? Nisi forte pꝛovera supponik illā q̄ inflat:ꝛ stultius erras appendens argentū tuū nō in pondꝛ:ꝛ laboꝛes tuos non in saturitate. Obsecro redi ad coꝛ:ꝛ aduerte hunc annuū terminū: quē tu tibi indulsisti in iniuriam dei/nō esse annū placabilem dño:sed discoꝛdie seminariū:ire fomitem:nutrimētū apostasie:qui spiritū extinguat:gratiā intercludat:repoꝛez aferat illū:qui deo solet vomitū puocare. Heu heu videris mihi vno spiritu ambulare: sicut ꝛ vno censeri noīe cum altero illo thoma:olim. s. pꝛeposito de beuerle:qui cū se similiter nostro oꝛdini ꝛ nostre domui toto desiderio deuouisset;cepit iduciari:ꝛ ira paulatim refrigescere:donec sub ira et hoꝛrenda moꝛte pꝛereptus/ factus de medio est secularis ꝛ pꝛeuaricatoꝛ:ꝛ duplo filius gehēnne. Quod absit:si fieri pōt:auertat misericoꝛs ꝛ miseratoꝛ dīns. Extat epistola quā ad eū frustra scripsi: nisi q̄ mea ipsius aiam liberauit:denūciās qđ in me fuit: q̄ oporuet fieri cito. Beatus foꝛet si me audisset. Dissimulauit: mundus ego sum a sanguine ei⁹. Uerū id non sufficit mihi:q; ꝛ si sim in facto isto securus de me:illa tamen:q̄ nō queꝛit q̄ sua sunt:charitas viget me lugere illū: qui securus nō exꝛt: q̄n male securus viꝛit. ¶ O iudicioꝛ dei abyssus multa:o terribilis in cōsilijs deus sꝑ filios hoim. Spiritū donauit quem erat denuo ablaturus;vt esset lupta modū peccans pcm: ꝛ gratia subintrauit:vt abūdaret delictū. Quod tamē nō fuit culpa dantis:sed addentis pꝛeuaricationē. Sui nimirum arbitrij erat: q̄ male liber liberum habuit cōtristare spiritū:cōtemnere gratiā:nec mācipare effectui suggestuz dei:vt possz dicere: Gratia dei in me vacua nō fuit. Tu si sapis:illius insipientia pdeꝛ:ꝛ tibi:ꝛ laudabis manus tuas in sanguine pcōrtis:ꝛ curabis cito absoluere re a laqueo pditionis:me a timoꝛe hoꝛribili. Ego em̄ haud secus fero fateoꝛ: auersionem tuā:q̄ cuiscerationē meā: qm̄ charissim⁹ factus es mihi:ꝛ paterno te amplecꝛoꝛ affectu. Lapropter ad oēm recoꝛdationē tui: aīam meā trāsuerberat gladius iste timoꝛis:tanto acerbius/quāto te min⁹ timentē cōsideꝛo. Scio nempe vbi de talib⁹ legerim. Cū dixerint pax ꝛ securitas:tunc subitaneus eis supueniet interitus: tanq̄ in vtero habenti ꝛ non effugient. Multa aūt pꝛesentio imminere tibi panēda:tardāti resipiscere/tāq̄ multa exꝓtus q̄ osi cognouisses ꝛ tu. Crede ergo experto:crede amanti: cui ex altero nō falli:ex alꝛo nō fallere inesse cognoscis.

¶ Ad illustrem iuuenem gaufridum de perona ꝛ socios eius. Epistola.cx.

Blectis filijs Gaufrido ꝛ sociis eius. B. abbas dictus clarevallis/spiritū cōsilij ꝛ foꝛtitudinis. Sermo q̄ insonuit edificat multos: imo vniuersam letificat ciuitatem dei: ita vt letentur celi et exultet terra;ꝛ ois lingua gloꝛificet deū de vestra cōuersione. Terra mota est: quia celi distillauerūt a facie dei synai: pluentes istis diebꝰ solito abūdantius pluuiā volūtariā: quā segregauit de⁹ hereditati sue. ¶ Nō apparebit vltra vacua in vobis cruꝛ christi: quemadmodū in multis filijs diffidentie: qui tardantes cōuerti ad dīm de die in diē: impꝛouisa moꝛte subtracti/ in pūcto descendunt ad inferos. Uino reflouit ꝛ nunc quasi de nouo lignū in quo pependit dīns gloꝛie: qui moꝛtuus est: nō tm̄ pꝛo gente: sed vt filios dei qui erant disperti: cōgregaret in vnū. Ipse ipe colligit vos qui diligit vos tanq̄ viscera sua ; tanq̄ fructum pꝛecios̄simū crucis sue: tanq̄ dignissimā recōpensationē effusi sanguinis sui. Si ergo gaudent angeli sup vno peccatoꝛe pniam agente: quid in tam multis/ꝛ in illis peccatoribus: qui quāto illustrioꝛes videb. unt in seculo/scientia/genere/iuuentute/ꝛ tanto pluribus erant pditionis exemplum? Legerā nō multos nobiles: nō multos sapientes; nō multos potentes elegit deus;at nūc ꝓeter regulā/mira dei potentia taliū cōuertit multitudo. Uilescit gloꝛia pꝛesens:inueturis flos conculcak:nō reꝓtuak generositas:sapientia mūdi stultitia iudicak:nō acquiescit carni ꝛ sanguini; parentū ꝛ charoꝛ renūciak affectib⁹; fauoꝛes/ꝛ honoꝛes/ꝛ dignitates reputantur vt stercoꝛa:ꝛ vt rps lucrifiat. Gaudaꝛe vos:si vobis hec accidisse ex vobis cognoscerē. Leterū digitus dei est iste:ꝛ mutatio plane dexꝛere excelsi Datū optimū est ꝛ donū pfectū: nec dubiū, quin descēdēs a patre luminū. Idcirco in ipm̄ oīne pꝛeconiū iure referimus:qꝛ facit mirabilia solus:qui fecit ne in vobis ociosa iā esset ea:q̄ apud se est:copiosā redēptio. Quid igit opꝰ est facto dilectissimi:nisi vt satagak quō laudabile ꝓpositum dignū cōsequak effectū: Studete, pinde pseuerantie:q̄ sola virtutū coꝛonak. Nō inueniak apud vos est ꝛ non: vt fiꝛis filij patris vestri q̄ in celis est: apud quē nimirū nō est transmutatio:nec vicissitudinis obumbꝛatio. Vos q̄ fratres in eandem imaginē transformamini a claritate in claritatem tanq̄ a dīni spū: curantes oīni vigilātia ꝛ ipsi non inueniꝛi leues/instabiles/fluctuātes. Scriptū est em̄. Uir duplex animo:inconstans est in oib⁹ vijs suis. Et rursum, Ue ingredienti terrā duab⁹ vijs. Et ego charissimi quantū cōgratulo: vobis:tantū gratulo: ꝛ mihi:q̄ vt accepi dignus habitus sum minister eligi cōsilij hui⁹. Et cōsiliū dꝛ auxilij spōdeo. Si videoꝛ necessarius: aut certe si dignꝰ iudicoꝛ: tio recuso laboꝛ: em̄ deeꝛo ꝓ viris⁹. Deuotus sup pono humeros/ꝛ si iā fessos/sarcine huic: si mihi celitus imponatur. Uetus ꝛ obuijs (vt dicitur) manib⁹ excipio ć nes sanctoꝛ ꝛ domesticos dei. Q⁹ libens iuxta mandatuz ꝓphetici: occurro cū panibus fugientibus a facie gladij aquā fero sitientibus. Reliqua posui in oꝛe nostri: immo et vestri Gaufridi. Quicquid vobis vice nostra dixerit ille nostrum nō dubiteris esse consilium.

¶ Ad parentes eiusdē gaufridi cōsolatoꝛia. Epistola.cxj.

Jlij vestrū deus facit ꝛ sui:qđ vos perditis: aut ipse qđ perdit: ffir de diuite dicꝛo: de nobili generosioꝛ: clarioꝛ de illustri: ꝛ qđ his oīb⁹ maius est: sanctus de peccatoꝛe. ¶ Oportuit aūt eū pꝛeparari regno q̄ sibi paratū est ab oꝛigine mundi: atq; huius rei gratia, modicū tempus q̄ viuere habet: manere nobiscuz; donec abꝛasa spurcitia vite secularis/ac terre/no deterso puluere/celesti mansioni fiat idoneus. Si diligitis eū: gaudebitis vtiq; q: vadit ad patrem/ꝛ tale patrē Ipse quidē vadit ad deū: sed vos nō pditis eū: quin potiꝰ multos per eū acquiritis vobis filios. Quotquot sumus in claraualle/vel de claraualle: ipm̄ in fratrē: vos in parentes suscipimus. Ut foꝛtassis meritis coꝛpoꝛi ei? vite aspꝛitatem: q̄ nimirū tenerū nostis esse ac delicatū. Leteruz de hmōi timoꝛe dicit. Ibi trepidauerūt timoꝛe/ vbi nō fuit timoꝛ. Cōfidite/cōsolamini. Ego ero illi in patrē: ꝛ ipe erit mihi in filiū: quouscq̄ de meis manib⁹ excipiat eū pater misericoꝛdiarū ꝛ deus totius cōsolationis. ¶ Nolite ergo lugere: ꝛ nolite flere: q̄ gaufridus vester festinat ad gaudiū nō ad luctū. Ego ero illi pater/ꝛ ego mater: ego frater et soꝛoꝛ. Ego faciam ei pꝛauia in directa: ꝛ aspera in vias planas. Ego ei oīa sic temperabo:vt sic dispensabo/vt ꝛ spiritus pꝛofician⁹ et coꝛpus non deficiat. Denicq; seruiet domino in leticia ꝛ exultatione:ꝛ cantabit in vijs domini: quoniam magna est gloꝛia domini.

¶ Ex pꝛsona helie monachi ad parentes suos. Epla. cxij.

Ola causa qua nō liceat obedire parentib⁹: de⁹ est. Ipse em̄ dicit. Qui amat patrem ꝛ matrem plus q̄ me: nō est me dignus. Si me vere vt boni/vt pij parentes diligitis:si verā:si fidelem erga filiū pietatem habetis: quid me patri omniū deo placere satagentem inquietaris:ꝛ ab eius seruitio:cui seruire regnare est:retrahere attentatis? Uere nunc cognosco: q: inimici hois domestici eius. Jn hoc vobis obedire nō debeo: in hoc vos nō agnosco parentes: sed hostes. Si diligeretis me;gauderetis vtiq; q: vado ad meū atq; vestrū: immo vniuersoꝛū patrem. Alioquin quid mihi ꝛ vobis?

¶ Quid a vobis habeo : nisi peccā ꝛ miseriā? hoc solū quod gesto coꝛruptibile coꝛpꝰ de vestro me habere fateoꝛ et agnosco. Nō sufficit vobis q̄ me in hanc seculi miseriā/miseri misꝛū induxistis, q̄ in pcō vestro/ꝛ pcōres pecca

Ecclī. ij.

Jaco. j.

Mat. x.

micb. vij

Universidad de Deusto
Biblioteca

rorem genuistis:ꝙ in peccato natus de peccato nutristis:
nisi etiã inuidendo mihi misericordiã: quã cõsecutus sum
ab eo qui nõ vult mortem peccatoris: filiũ insup gehenne
faciatis? O dyrũ patrem: o scuã matrem: o parentes cru-
deles ⁊ impios: iniuno nõ parentes: sed perẽptores: quor
dolor: salus pignoris: quoꝝ cõsolatio moꝛs filij est. Qui
me malunt perire cũ eis: ꝙ regnare sine eis. Qui me rur-
sus ad naufragiũ: vnde tãdẽ nudus euasi: rursus ad ignẽ
vnde vix semiustus exiui: rursus ad latrones a quib⁹ semi
uiuus relictus sum: sed miserante samaritano ⁊ iam aliquã
tulum cõualui: reuocare conant: ⁊ militem xp̃i: prope iam
rapto celo triũphantem: qõ nõ in me glorior: sed in eo qui
vicit mundũ: ab ipso iam introitu glorie: tanꝙ canẽ ad vo
mitũ: tanꝙ suem ad lutũ: ad seculuꝫ reducere molimini.
Mira abusio. Dominus ardet. ignis instat a tergo: ⁊ fugiẽ
ti phibet egredi: euadenti suadet regredi? Et hec ab his q̃
in incendio positi sunt: ⁊ obstinatissima demẽtia: ac de
mentissima obstinatione fugere periculũ nolũt? Proh fu
ror. Si vos cõtemitis mortẽ vestrã: cur etiã apperitis meã?
Si inquã negligitis salutẽ vestrã: q̃d iuuat etiã pseq̃ meã?
Quare vos nõ potius seq̃mini me fugientẽ? vt nõ ardeam
An hoc est vestri cruciatus leuamen: si me etiã perimatis?
et hoc solũ timetis: ne soli pereatis? Ardens ardentib⁹ qõ
solatiũ prestare poterit? Que inquã cõsolatio dãnatis so
cios habere siue dãnationis? Qõ ve remediũ mortientib⁹:
Luc.xvi. alios videre moriẽtes? Nõ hoc mihi psuader diues ille qui
in tormentis desperatus de sui liberatione: rogabat nũcia
ri fratrib⁹ suis: ne ⁊ ipsi venirent in locũ eundẽ tormento
rum: timens ꝑculdubio ex suorum cruciatu augeri suum.
¶ Quid ergo? Ybo ⁊ cõsolabo: lugentes matrẽ meã: mei
ad tps visitatione: vt in eternũ lugeã ⁊ me: ⁊ ipsos sine cõ
solatione? Ybo inquã ⁊ satisfaciã patri meo irascẽti: p mei
ad tps absentia: cõsolandus ⁊ ipse ad tps de eius presen
tia: vt postmodũ ⁊ quisq̃ pro se: ⁊ vtrisq̃ pro altercutro in
cõsolabili desolemur tristicia? En port⁹ exẽplo apli. nõ ac
mat.viij. quiescens carni ⁊ sanguini: vocẽ audiã dñi iubẽtis. Dimit
te mortuos sepelire mortuos suos. Et cãtabo cum dauid.
ps.lxxvj hier.xvij Remisit cõsolari aiã mea. Et cũ hieremia. Diem hois non
cõcupiui: dñe tu scis. Quid em? Infunes ceciderunt mihi in
preclaris: ⁊ celestis hereditas preclara est mihi: ⁊ terrena
adulatur promissio: blandiꝛ cõsolatio carnis? ¶ Gustato
B spũ: necesse est despere carnes. Affectanti celestia: terrena
nõ sapiũt. Eternis inhianti fastidio sunt transitoria. Desi
nite igitur parentes mei: desinite ⁊ vos frustra ploꝛando
affligere: ⁊ me gratis reuocando inquietare: ne si adieceri
tis mũcios vltra mittere pro me: plus me elõgare cogatis:
Si aũt dimittitis: clarũ allem in ppetuũ nõ dimittã. Nec
requies mea in seculũ seculi: hic habitabo qm̃ elegi eam.
Ibi pro meis atq̃ vestris peccatis iugiter orabo: ibi preci
bus assiduis: qõ⁹ vos cupitis impetrabo si potero: vt qui
eius amore hoc modico tempore ab inuicem separamur:
in alio seculo simul felici ⁊ inseparabili societate in eius
amore vitamus per omnia secula seculoꝝ. Amen.

¶ Ad Gaufridum lexouiensem. Epistola.cxiij.

OLeo super te fili mi gaufride; doleo sup te. Et
merito. Quis em̃ nõ doleat florẽ iuuentutis tue:
quẽ lerantib⁹ angelis deo illibatũ obtuleras in
odorem suauitatis: nunc a demonib⁹ cõculcari:
vitioꝝ spurcitijs ⁊ seculi fordib⁹ inquinari? Quõ qui vo
catus eras a deo: reuocantem diabolũ sequeris: et quem
xp̃s trahere ceperat post se: repente pedem ab ipso introis
tu glorie retraxisti? In te experior nũc veritatez sermonis
micℏ.vij dñi quẽ dixit. Inimici hois domestici eius. Amici tui ⁊ pri
Psal. mi tui aduersum te appropinquauerũt ⁊ steterunt. Reuo
xxxvj. cauerunt te in fauces leonis: ⁊ in portis mortis iterũ col
locauerunt te. Collocauerũt te in obscuris sicut mortuos
seculi: ter iam parũ est vt descendas in ventrem inferi: iam
re deglutire festinat: ac rugientibus preparatis ad escam
tradere deuorandũ. Reuertere queso: reuertere priusq̃ te
absorbeat pfundũ: ⁊ vigeat sup te puteus os suũ: priusq̃
demergaris vndeulterius nõ emergas: painsq̃ ligatis ma
nibus ⁊ pedibus pisciaris in tenebꝛas exteriores vbi est
fletus ⁊ stridor: dentiuꝫ: priusq̃ detrudaris in locum tene
brosum ⁊ operum mortis caligine. Erubescis forte redi
re: q: ad hoiã cessisti? Erubesce fugã: ⁊ non post fugam re
uerti in prelium: ⁊ rursum pugnare: necdum finis pugne
necdum abinuicem dimicantes acies discesserunt: adhuc
victoria pte manibus est. Si vis: nolumus vincere sine te:
nec tuã tibi inuidem⁹ glorie portionem. Leti occurremus
tibi: letis te excipiemus amplexibus: dicemusq̃ epulari et
gaudere oportet: quia hic filius noster mortuus fuerat ⁊
reuixit: perierat ⁊ inuentus est.

¶ Ad sophiam virginem. Epistola.cxiiij.

ERnardus abbas de claruallis: Sophie virgini
virginitatis seruare tinulũ: apprehẽdere fructũ.
¶ Fallax gloria ⁊ vana est pulchritudo: mulier
timens deũ ipa laudabitur. Cõdelecto: filia glo
rie virtutis tue: qua fallacem mũdi gloriã respuisse narra
ris. Ipsa quidem digne respuitur: sed q: multi aliter sapiẽ
tes in eius estimatione desipiũt: tu iure laudaris: q: non
falleris. Flos feni est. vapor: est ad modicuꝫ parens. Ipse
eius qualisẽq̃ status: nõne plus anxietatis q̃ iocunditas
tis habet? Dum vẽdicas: dum defendis: dum inuides: dũ
suspicaris: dum semp ambis que non habes: ⁊ nonnullis
adeptis/acquirendi nõ repescit ardor: q̃ requies in gloria
tua? Si qua rõ est: preterit iocunditas nõ redditura: ⁊ manet
anxietas nõ relicturꝛa. Ceterũ videas eam ꝓplurimos nõ
apprehendere ꝓmmere ꝓpaucos. Cur hoc? Profecto q:
necessitas multoꝝ est: virtus paucoꝝ. Paucoꝝ inquam/
paucoꝝ: preserim nobiliũ. Deniq̃ nõ multos nobiles: fz
ignobilia mũdi elegit deus. Proinde dñicta tu in nobili
bus: q̃ pro gloria certantib⁹ ceteris: de cõtemptu glie glo
riosius sublimaris: ⁊ sublimius gloriaris. Insigmo: pla
ne atq̃ illustrio/q̃ de paucis fetã es: q̃ ꝓ omia de magnis
Illud nãq̃ dei munere tuũ est: hoc tuoꝝ. Porro q̃ rium
est: tanto charius est: quanto rarius. Nam si in viris vir
tus/rara est auis in terris: quãtomagis in femina fragili
et nobili? Deniq̃ mulierem fortez quis inuenies? Multo/ Ibidem
magis quis fortez ⁊ nobilem? Minime quidem deus est
accepꝛo: psonarũ: nescio tamen quo pacto virtus in nobi
li plus placet. An forte q: plus claret? Siquidem ignobi
lis cum caret gloria: nõ facile liquet vtrum q: nolit: an q:
nõ possit habere. ¶ Laudo factã de necessitate virtutem
sed plus illam quam eligit libertas: nõ indicit necessitas.
¶ Certent ergo ceteri; que spem non habent: ꝓ rerũ fu
gacium arq̃ fallacium vili breuiq̃ gloriola: tu spei que nõ
confundit immitere. Tu te inquã ei quod breue hoc lucro
mentaneũ tribulationis tue supra modũ in sublime ope
ratur ponderi glorie reseruato. Q: si tibi exprobꝛauerint
filie belial: ille que extento collo fractis incedunt gressib⁹
composite et circumornate vt similitudo templi; respon
de. Regnũ meũ non est de hoc mundo. Respõde. Glo
ria mea abscondita est cũ
christo in deo. Cum autem christus apparuerit vita mea;
nunc et ego apparebo cum ipso in gloria. Q̃ꝑ ⁊ si gloria
ri oportet: potes tu quoq̃ ingenue: potes secure tantũ in
dño. Omitto sane coꝛonã quã tibi dñs preparauit in eter
num. Sileo repꝛomissiones: que te in posterũ manent: ꝙ
felix sponsa admittenda es reuelata facie speculari gloriã
sponsi tui: ꝙ te sibi exhibiturus est gloriosam/nõ habentẽ
maculã aut rugã/aut aliquid hmõi: ꝙ eternis exceptiurus
amplexib⁹/ponet lenã sub capite tuo: ⁊ dextera illius am
plexabitur te. Pretereo locũ nominarũ: quez virginitatis
prerogatiua singularem a filijs ⁊ filiab⁹ in regno es pcul
dubio sortiꝛura. Sileo ⁊ canticũ illud nouuꝫ: quod virgo
cum virginibus singulari nihilominus dulciq̃ modula
mine canitura leta beris in ipso: ⁊ letificabis ciuitatem dei
cantans/et curritans/et sequens agnum quocunq̃ ierit.
Illud siquidẽ nec oculus vidit; nec auris audiuit; nec cor

hois ascẽdit: q̃d tibi preparatũ est: ⁊ cui te pparari oporꝛet.
Nec ergo preterminto q̃ in futuro repostta sunt tibi: presentia
tamtũ loquor: ea loquor q̃ de primitijs spũs iã tenes: spõsi
exenia; arras spõsalitias: benedictiones dulcedinis in qui
bus re ꝑuenit: quẽ et subsecuturũ atq̃ q̃ deest cõpleturũ
expectis. Ille ille in mediũ veniat summo decore spectabi
lis: ipse ꝙ angelis admirãdus omar⁹: et proferat si q̃d si
mile habent filie babylonis: quarũ vere gloria in cõfusio
ne. Induunur purpura et byssoꝛ: ⁊ subinde cõsciẽtia panno
sa facer. Fulgẽt monilibus: moꝛibus fordent. Ecorra tu fo
ris pomosa: intus speciosa resplẽdes: sed diuinis aspectis
bus/non humanis. Intus est q̃ delectat: q: intus est quẽ
delectat: nisi forte tu dubitas habitare xp̃m p fidẽ in corde
ps.xliiij. tuo. Deniq̃ ois gria ei? filie regis abintus. ¶ Jocũdare fi
A lia syon: et exulta satis filia hierlm: q: cõcupiuit rex speciẽ
zach.ix. tuam: fi rõ confessionem et decorem induis amicta lumine
ps.xcv. sicut vestimento. Nempe confessio et pulchritudo in cons
pectu eius. Cuius? Speciosi forma pre filijs hominum.
Ipsius in quem desiderant angeli prospicere. Audis cui
places: ama vnde places. Ama confessionẽ: ob quam ama
ris. Ama confessionem: si affectas decorem. Confessioni
ps.ciij. iungitur decoꝛ: iungitur pulchritudo. Habes virtuq̃. Cõ
ps.xcv. fessionem et decorem induisti. Et confessio et pulchritu
do in conspectu eius. Reuera vbi confessio: ibi pulchritu
do: ibi decoꝛ. Si petã sunt: in confessione laudantur. Si bo
na opera: confessione commendantur. Cum mala tua cõfi
teris: sacrificium est deo spiritus contribularus. Cum dei
ps.xlix. beneficia: immolas deo sacrificium laudis. Bonũ anime
ornamentum confessio: que et peccatorem purgat: et iu
stum reddit purgatiorem. Absq̃ confessione iustus iudi
ecci.xvij catur ingratus: et peccato: mortuus reputatur. A mortuo
quippe tanꝙ qui non fit: perit confessio. Confessio igitur
ps.xxxij peccatoris est vita: iusti gloria. Et necessaria est peccato
ri: et iustum nihilominus decet. Deniq̃ rectos decet lau
dario. Serica et purpura et tincturarum fucus/decorem
habent: sed non prebent. Quicquid tale applices corpo
ri: exponit speciem suam: non deponit. Secum deniq̃ tol
B lit: cum tollitur ipsum. ¶ Porro decoꝛ qui cum veste in
duitur et cũ veste deponitur: vestis ꝑculdubio est: non ve
ps xxxvj stiti. Tu ergo noli emulari in malignantibus: et mendicã
tibus pulchritudinẽ aliena: vbi perdideris tuam. Nam uo
quippe ⁊ interno se produnt decore nudas: q̃ tanto studio
et precio de diuersis et varijs speciebus: cius que preterit
figure mundi: fotis sibi conficere satagunt: vnde oculis in
sipientium appeaꝛ speciose. Indignũ tibi iudica: fomã
pellibus murium: et operibus vermiũ mutuari. Tua ti
E bi sufficiat. ¶ Ille est verus propꝛius q̃ cuiusq̃ rei decoꝛ:
qui nulla interiacente materia/per se ineſt. O q̃ decenti
rubore genas suffundit virgineas: ingeniti gemina pudo
ris. Que in aures reginaꝫ huic comparabuntur? Nec infe
rioris insigne decoris: disciplina prefert. O q̃ composituꝫ
reddit oẽm puellaris corporis statũ: necnon et mentis ha
bitum disciplina. Cervicem submittit: ponit supcilia: com
ponit vultũ: ligat oculos: cachinnos cohibet: moderatur
linguam: gulam frenat: iram sedat: formam incessum. Ta
libus decet pudicitie vestem distingui margaritis. Illius
modi circumdata varietate virginitas; cui glorie merito
non prefertur? Angelice? Angelus habet virginitatem: sed
non carnem: sane felicioꝛ q̃ fortioꝛ in hac parte. Optimus
et optabilis valde ornatus iste: qui et angelis possit esse
inuidiosus. Sed aduerte et aliud de eodem. Profecto tan
to tibi manet tutus: quãto ⁊ ppius. Videsne pẽe auro ar
gento lapidibus preciosis: et omni deniq̃ cultu regio non
tam ornatas q̃ oneratas. Videsne longas post se trahẽtes
fimbrias: ipsasq̃ preciosissimas/⁊ dentas puluerisne nubes
excitantes in aera. Nõ te moueant hec. Ille illa vel in mor
te deponent: te tua sanctitas non relinquet. Nõ sunt sua q̃
portant. Cum interierint non sument ola: neq̃ descẽdet cũ
ps xlviij eis gloria hec. Mundus cuius sunt: nudis illis exeũtib⁹/
reminebit: eisdem vanis vanas similiter alias seducturus.
At vero tu⁹ ille oꝛmat⁹ nõ sic. Ffirmissime tibi (vt dixi) mane
re propterea tutus: q: tuus. Nullus facile aut cedit mise
rijs: aut patet insidijs. Aduersus hmõi nil furis callidi tas:
nil furẽtis crudelitas põt. Nec a tineis rodit: nec vetustate
corrumpitur: nec cõsumit vsu. In morte viuit. Nimirũ aie
res est: nõ corporis: et ob hoc simul cũ aĩa de corpore abit:
non obit cũ corpore. Porro aie non habent q̃d faciant:
etiam qui corpus occidunt.

¶ Ad alteram sanctimonialem. Epistola.cxv.

AGnum est mihi gaudiũ: q̃ te ad verũ et pfectũ D
gaudiũ velle tẽdere cõperi. Qõ nõ est de terra fz
de celo: id est nõ de hac cõualle ploꝛationis: fz de
illa qua fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei. Et
renera illud verũ: et solũ est gaudiũ: qõ nõ de creatura: sed
de creatore cõcipitur: et q̃d cũ possederis: nemo tollet a te.
Cui cõparata ois aliunde iocunditas mero: est: ois suaui
tas/dolor: est: oẽ dulce/amarũ: omne decorum/fedũ: oẽ po
stremo quodcũq̃ aliud delectari possit: molestum. Deniq̃
tu mihi restis es in hac re. Teipsam interroga: q: tu tibi fa
miliarius credes. Num q̃d non hocipsum clamat in cor/de
tuo spũs sanctus? An non tibi iam ab ipso ꝓncipio a me hu
ius rei veritas persuasa est? Quando em̃ tu femina et inuẽ
cula: formosa et ingenua/sic fragilẽ et seruũ vinceres ⁊ eta
tem: sic spectabilem et formam et generositatem contẽ
res: nisi cuncta que corporis sensib⁹ subiacent: in illo: um
iam tibi comparatione vilescerent: que te interius et con
fortant vt vincas: ⁊ delectant vt ꝑeas. ¶ Nec immerito. E
Modica: trãsitoria: terrena sunt q̃ despicis. maxima: eter
na: celestia sunt q̃ appetis. Plus dicã: et verũ dicam. Tene
bꝛas deseries: et lucẽ ingrederis. De ꝑfundo fluctuũ/ener
gis ad portũ. De misera seruitute: in felicẽ libertatẽ respi
ras. De morte deniq̃ trãsis ad vitã. Siquidẽ vsq̃ mõ tua
nõ dei volũtate: tua viues nõ dei lege: vitijs mortua eras.
Viues mũdo: mortua deo: siue vt verius loquar: nec mun
do viues nec deo. Voles q̃ppe sub habitu et noie religio
nis/instar vnius de seculo cõuersari: sola deum a te volũta
te repuleras. Nõ aũt valens q̃ simulte volebas: non tu qui
dem mũdum: sed te mundus repulerat. Deum ergo repel
lens: et a seculo repulsa: inter duas (vt dicit) sellas corrue
ras. Nec deo itaq; viuebas q: nolebas: nec seculo q: nõ po
teras. Alteri quidem volẽs: alteri inuita: sed tamen verisq̃
mortua. Sic deber contingere his qui vouent: ⁊ nõ soluũt;
qui aliud foris ostentant: et intus aliud appetunt. At ve
ro nunc per dei miam incipis reuiuiscere: non peccato sed
iustitie: non seculo sed christo: sciens quia et seculo viuere
apo.xiij mors est: et in christo etiam mors vita. Beati nempe mor
tui: qui in domino moꝛiuntur. Ex hoc iam nec vorũ nunc
irrium: nec cassam professionem causabimur. Ex hoc iam
nec corporis integritas/animi corruptione infirmabitur:
nec mortium prauitate/virginitatis titulus obscurabitur.
Ex hoc iam nec falsum nomen: nec vacuum velamen po
tabis. Ut quid enim hactenus nõna et sanctimonialis vo
citata es: que sub sanctitatis nomine/non tam sancte con
uersata es? Cur velum in capite mentiebatur reuerentiaꝫ:
et sub velo penulans oculus exhibebat impudẽtiam? Ca
put siquidem gerebas velatum: sed clarum. Sub signo ve
recundie/sermo resonabat inuerecundus. Risus immode
ratior: incessus lasciuior: vestis ornatior: vultus plane magis
q̃ velate congruerent. Sed ecce iam vetera christo autoꝛe
transierunt: et noua fieri incipiunt omnia: dum cultum ex
teriorem interiore commutans: et magis vitam q̃ vestem
appetis habere ornatam. Facis quod debes: immo quod
iam olim fecisse debueras: nã olim iã voueras. Sed spũs
qui sicut vbi vult: et q̃n vult spirat: necdum spiranerat. Et
idcirco fortasan q̃d huicsq̃ egisti: repulsionem habet. Le
terũ si flãmanti spũ: quo nũc recaluit sine dubio coꝛ tuuꝫ
intra te: et in meditationibus tuis ecardescẽtem ignem di
uinum iã extingui permiseris: quid restat: nisi vt te illi ser
uãdã noueris ignis: qui nõ possit extingui? Sed extinguat
potius idem spũs in te cõcupiscẽtias carnales: ne forte ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

his prefocato (quod absit) nuper concepto sco desiderio in flamas congregatis incidere gehennales.

¶ Ad sanctimonialem quandā de monasterio sancte marie trecensis. Epistola.cxvj.

Elatū est mihi te quasi asperioris vite desiderio: tuū monasteriū velle deserere. Quā rē dissuadē tib tibi atq; oīmodis phibēnibus spūali matri tue siue soroib/cū acq̄escere nolles: placuisse tā dē nostrū sup hoc pisiliū eligere: vt q̄cq̄d ego laudauerim: id tibi credas expedire. Debueras quidē docto rē ad hoc consiliū eligere. Quia tū sic tibi vilium est: qō hinc mihi rei citius videt nō celo. Hoc itaq; tuū desideriū: ex quo cognitū habui: cogitās atq; recogitās quo q̄dē spū conceperis: facile iudicare nō audeo. Potes nāq; in hac re zelū dei habere: vt excusabilis sit tua intētio: sed quō hm scām tua talis volūtas impleat: oīno non video. Cur inquis? Nō est sapere vt opulentiā: vt vbis frequētiā: vt pinguia fugiā & delitias. An nō mea mihi pudicitia tutio: erit i heremo: vbi in pace cū paucis/aut sola cōuersans: soli placeam cui me pbaui? Nequaq̄. ¶ Nā voleri per cērā agere: et deserti abundantiā habere: & nem? vmbrā: et filētium solitudo. Malū quippe qō nemo videt: nemo arguit. Ubi autē nō timet repehēsio: securius accedit tētato: licētius ppetrat iniquitas. In cōtentu vero bona si qua facis: nemo pbibet. Malū aūt facere si vis: nō licet. Mox etiā a pluribus comperitur: arguitur: emendatur: sicut ecō trario bonus cum videt: omnes mirantur: venerantur: imitantur. Vides ergo filia q̄ et tua merita immanio: in conuentu gloria sequitur: et citio: culparū correctio: quādo ibi sunt: et q̄ bus de bonis exemplum prebeas: et quas de malis offendas. Deniq; vt ex illa iam euangelica parabone omnem tibi auferam tui excusationem erroris: aut de famis virginibus vna es. si tamen virgo es: aut de prudentibus. Si de famis: congregatio tibi necessaria est. Si de prudentibus: tu congregationi. Nam si sapiēs et probata es: religio certe que illo in loco nouiter inmonata: nunc vbiq; laudatur: multum tua discessione diffamabitur: et infirmabitur vt timemus. Dicetur quippe q̄ bona cū sis: bonum oīdinez nequaq̄ delereres. Q̄ si fatua cognita es: et recedis: dicemus q̄ quia cum bonis male viuere non licet: bonas mala non ferens: queris vbi viuere liceat vt liber. Et merito. Nam ante oīdinis emendationem nunq̄ (vt aiunt) inde locuta es. Ar vbi religio creuit: sanctio: subito facta: feruore repentino cogitare cepisti de heremo. ¶ Agnosco filia agnosco: vtinam et tu mecum agnoscas serpentinū virus: fraudulenti dolum: verū pellis astutiam. In nemore lup? habitat. Si fota ouicula vmbras nemoris penetras: pda vis esse lupo. Sed audi me filia: fidele audi cōsiliū. Si ue peccatrix: siue sctā sis: noli te separare a grege: neq̄ rapiat: et nō sit q̄ eripiat. Sctā es: studie tuo exēplo tue sociae acquirere scritatis. Peccatrix es: noli addere pctā petis. Sed age penitētiam vbi es: ne discedēs cū tui quidē periculo: vt ostēsus est: et soroibus quidē scandalū relinquas: et multor in te prouoces derahentium linguas.

¶ Ad ermāgardē quōdā comitissam būtānie. Epla.cxvij.

Olecre in xpo filie sue ermāgardi: quondam eximie comitisse: nūc humili christi ancille. B. abbas clarevallis: pium sancte dilectionis affectū Utinā sicut chartā nunc presentem: ita et meas tibi mentem expandere possem. O si legere posses in corde meo: quod ibi de amore tuo: suo digito deus scribere dignatus est: certe agnosceres q̄ nulla lingua vel penna sufficiat exprimere: quod in intimis mihi medullis dei spiritus imprimere potuit. Et nunc quidem presens sum spiritu: licet corpore absens: sed nec mihi/nec tibi est vnde appaream. Est tamen penes te/vnde possis de me vtcunq; conijcere: et si nondū cognoscere q̄ dico. Intra ergo cor tuum: et inspice meum: et vel tantū mihi tribue amoris erga te: quātum tibi erga me inesse sentis: nec fi nos quidē minus: te vero amplius amare plumpseris; eo te nobis pferre puteris: quo et vincere nos charitate putaueris. Ceterū tue modestie est: potī? id sentire de nobis vt q̄ te affecit ita me diligere et eligere ad consiliū tue salutis: eque affecerit et me in obsequiū tue dilectiōis. Tu ergo videris quō me tecū retinueris: ego (vt verū fatear) nusq̄ abs te absq; te recedō. Hec tibi interī de via breuiter in trāsitu scribere volui: sperās me maiori ocio/maiora missurū: si de? annuerit.

¶ Ad eandem. Epistola.cxvij.

Recepi delitias cordis mei: pace tui. Venis sum: q; tu leta nūciaris: meq; admodū animo reddit incolumē tua innotescēs alacritas. Hec nimirū letitia nil habet de carne & sanguine: cū humilis ex sublimi: ex ingenua ignobilis: paup ex diuite viuas: fratris/filij/patrieq; destituta solatio. Sine dubio ergo qō in te alacritatis tātū est: de spūsctō est. Quippe iamduduz a timore dei cōcipiens: parturisti iā tandē spiritū salutis: foras vtiq; mittere charitate timorē. O q̄ libētius ista p̄sens colloquerer: q̄ scribo absens. Crede mihi iracor occupationibus: quibus frequenter impediri video: ne te videā: et delector occasionibus: quibus vel interdum expediri video: vt te videam. Rara quidem datur hmōi opportunitas: sed chara fateor: est mihi vel ipsa raritas. Est em̄ sane melius videre te vel nonnūquā: q̄ nūq̄ oīno. Spero me in proximo venturum ad te: iam nūc prelibans gaudium: plenie; futurum.

¶ Ad beatricē nobilē et religiosam matronā. Epla.cxix.

Miror tue deuotiōis studiū: tue erga nos dilectionis affectū. O bona dña: qd tibi & nobis? Ubi tāta tibi solicitudo de nobis? Si filij: si nepotes: si vel aliqua extrema ppinquitatis linea tibi iuncti essem? tua creba beneficia: frequētes salutationes: innumera deniq; tui amoris insignia: q̄ quotidie experimur: nō tā nobis mirāda viderētur: q̄ ex debito suscipienda. Nūc autē cū genere tantū dñam: non matrē te cognoscam?: nō mirum si miramur: sed mirū si satis mirari possum?. Quis enim notorum vel cognatorum nostrorum curam habet de nobis? Quis vnq̄ de nostra salute interrogat? Quis inquā non dico solicitus: sed vel memor nostri est in seculo? Amicis: propinquis: vicinis nostris: facti sumus tanq̄ vas perditum: sola nos oblīisci non potes. Inquiris de esse/et statu sanitatis nostre: de via quam nuper egimus: de monachis quos ad alium locum transtulimus. De quibus breuiter respondeo: q̄ de terra deserta: et de loco horroris et vaste solitudinis introducti sunt in abundantiam rerum: edium: et amicorum: in terram deniq; fertilem: & locum amene habitationis. Letos itaq; & in pace reliquim?: leti nos et in pace reuersi sumus: preter qō ego paucis diebus: sed non parum: febre redeunte ira vt moui timerem: aggrauatus fui. Sed rursum deo miserante/cito cōualui: ita vt nunc fortior em̄ amore; q̄ me sentiā: post viam peractam: q̄ ante inchoatam.

¶ Ad ducem et ducissam lotharingie. Epla.cxx.

Duci et ducisse lotharingie. B. abbas de clara valle: fic suis admiricē charis ac castis delectari ampleribus: vt solus xpi amor superet in ambobus. Et quo cepimus mittere pro nostra necessitate in terram vestram: multam semper inuenimus in oculis vestre dignitatis familiaritatem et gratiā. Benedictionē largitatis vestre nostris hoibus cum necesse fuit liberaliter exhibuistis. Passagium trāscuntibus: et si quod est aliud iuris vestri debitum: mercantibus libenter dimissistis. De quibus omnibus sine dubio merces vestra multa est in celis: si tamen verū esse credim? quod dñs in euangelio promisit. Quādiu fecistis vni ex minimis meis: hoc mihi fecistis. Sed qd est q̄ ministros vestros: que vos donastis: exigere rursum permittitis? Dignum est vobis et honorificum: vt quod vobis pro salute animarum vestrarum placuit donare: nemo vestrorū repetere audeat. Si ergo vos (quod absit) beneficiorum vestrorū non peniteat: donūq; quod in beneplacito vestro a vobis sepe recepim? eque adhuc vt habeam? vtriq; vestrū cōplacear: inbete ita firmiter et incōcusse teneri: quatenus vlra fratres nostri a nullo ministror vestrorū timeant propter hoc disturbari. Alioq̄n nō renuimus dñi nri sequi exēplū: qui p se non debitum est soluere cēsum: parati et nos libēter que sunt cesaris cesari reddere: et vectigal cui vectigal: et tributum cui tributū: p̄sertim q: iuxta apostolū nō tam debemus requirere datū nostrum: q̄ fructum vestrum.

¶ Ad ducissam. Epistola.cxxj.

Gratias agimus deo p tā deuota volūtate: quā erga ipm: et seruos ei? vos habere cognouim?. Quotiēs em̄ in corde carnali/terrenis dignitatibus/alto: vlla vel minima scintillula celestis amoris accensa videtur: diuinum sine dubio est unū?: nō hois virtus. Et nos quidē largitatis vestre/vestris in literis nobis oblata beneficia gratāter amplecimur. Sed cognita illa subita & grādi fatis occupatione: qua vos nūc detineri necesse est: cōuenientes ducimus vestrā: quārum vobis placuit: iter expectare opportunitatē. Nemini etem̄: quā tū in nobis est: vellem? esse oneri: p̄sertim in his q̄ ad deū pertinēt: vbi nō dati lucrū: sed dātis fructū magis requirere debem?. Diem itaq; nobis: si placet: atq; locum referendo per hunc nuncium nominare: quo iuuante deo: presenti expedita instantia nostris partibus appropinquare debeatis: et fratre vestro nobis obuiam facto: si quid in terra vestra inuenerit: quod aptum sit ordini nostro: p̄missa vestra expeditius atq; alacrius compleatis. Hilarez em̄ datorem diligit deus. Aut si forte nō placet vobis dilatio: et hoc notificate: quia parati sumus in hac re: quātū ratio patitur: vestre obtemperare voluntati. Ore vestro ducem salutamus: et tam ipsum q̄ vos admonemus: vt si castrus pro quo guerram facturi estis: vestri iuris non esse noueritis: pro dei amore relinquatis. Scriptum q̄ppe est. Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur; se autem perdat: et detrimentum sui faciat?

mat.xvj. mar.viij

¶ Ad ducissam burgundie. Epistola.cxxij.

nis. Hoc est ita q̃ rogo: vt q̃ de meo apud te est: fra-
tres dico valcellenses/⁊ eoꝝ eccl̃esiā mei gratia diligas:
foueas/⁊ manuteneas vbi necesse fuerit: vt in hoc ⁊ tue
liberalitatis insigne ꝓbeas documētū: ⁊ eius quā mihi
ꝓmittis: charitatis clarescat indiciū. Quā nūc charita-
tem in eo vel ꝓmū cupio experiri: si ligecurtē: quā mihi
pater tuus ꝓsenti contulit ad opus illius monasteri:
tu quoq; concesseris/⁊ donum patris tui non feceris ir-
ritū. Nos quoq; q̃ nostrū est de ꝓtereritis gratias agen
tes: ⁊ in reliquū similia sperātes: ꝓ: o te misq; illi ꝓeces
fundimus: qui voluntatem timentium se facit: ⁊ dep:eca
tionem eoꝝ exaudit. Oramus te/⁊ ꝓpter nos tuā/⁊ om̃
nes qui ad vos pertinent: benevalere.

pō. cxliij

¶ Ad epos senonas cōuocādos cōtra petrū abaslardū.
Epistola. clxxxvij.

Sæpe sermo inter multos: ⁊ credim⁹ ad vos per
uenisse: quō videlz apud senonas i octauis pē
tecostes vocamur ⁊ ꝓuocamur ad litē ꝓ: o de-
fensione fidei: cū seruū dei nō oporteat litiga-
re: sed magis patientē esse ad oēs. Si mea ꝓpria causa
esset: posset nō immerito fozrassis puer sanctitatis vestre
in vestro patrocinio gloziari. Nūc aūt q: et vestra est: im
mo plus vestra: fidēlius moneo: ⁊ obnīt⁹ rogo: vt ami-
cos vos in necessitate ꝑbeas. Amicos dicerim nō nostros
sed chr̃isti: cui⁹ spōsa clamat ad vos in silua heresum: ⁊ in
segete erroꝝ: quib⁹ sub tutela/⁊ custodia vestra pullulā
tib⁹: pene iam suffocaꝫ. Amicus sponsi nō deseret eam in
oppoꝛtunitatibus in tribulatiōe. Nec miremini q̃ sta de
subito/⁊ in arcto tēpoꝛis vos inuitamus: q̃m̃ hoc quoq;
aduersa pars in sua versutia ⁊ calliditate ꝓuidit: vt im⁹
ꝓuidos inuaderet: ⁊ cōgredi cogeret immunitos.

Isa. xj.

¶ Ad epos ⁊ cardinales curie de eodē. Epistola. clxxxix.

Ominis ⁊ patrib⁹ reuerēdis/epis ⁊ cardinali-
bus qui sunt de curia: puer sanctitaſ eoꝝ. Nul
li dubiū quin ad vos ſpecialiter ſpecter tollere
scandala de regno dei: surgentes succidere spi
nas: sedare querelas. Sic em̃ ꝓcepit moyses cū montē
subijt. Habetis (inquiēs) aaron ⁊ hur vobiscum: si quid Exo. xxiv.
natū fuerit questionis: referetis ad ipsos. Illum loquoꝝ
moyſen: qui venit p aquā: ⁊ nō in aqua solū: sed in aqua
et sanguine. Et ideo pluſq̃ moyſes: q: ⁊ in sanguine ve-
nit. Et q̃m̃ ꝓ: hur ⁊ aaron stat zelus ⁊ autoꝛitas roma-
ne ecclesie super populū dei: ad ipsam merito referimus
nō questiones: ſz lesiones fidei: ⁊ iniurias chr̃isti: patrū
ꝓbꝛia atq; cōtemptus: ꝓsentiū scādala: pericula poste
roꝝ. Irridek simpliciū fides: euiscerank arcana dei: que
stiones de altissimis reb⁹ temerarie vērilank: insultat pa
trib⁹ q̃ eas magis sopiēdas/q̃ soluēdas cēluerint. Inde
fit q̃ agn⁹ paschalis contra dei statutū/aut aqua coquik:
aut crudus discerpik/moze ⁊ oze bestiali. Nō refiduū est
nō igne cōburik: sed cōculcak: ita oīa vsurpat sibi huma
nū ingeniū/fidei nil reseruās. Xenrat altiora se: fouiora
scrutak: irruit in diuina: sancta temerat magis q̃ referat:
clausa ⁊ signata nō aperit: sed diripit: ⁊ q̃cquid sibi non
inuenit peruiū: id putat nihilū: credere dedignak. Legis
te si placet libꝝ petri abailardi: quē dicit theologie: ad
manū est em̃: cū sicut gloziak: a plurib⁹ lectitek in curia: ⁊
videte qualia ibi de sancta trinitate dicank: de genitura fi
lij: de ꝓcessione spūssancti: ⁊ alia innumera catholicis au-
rib⁹ ⁊ mētib⁹ dissueta. Legite ⁊ aliū quē dicūt sentētiaruꝫ
ei⁹: nec nō ⁊ illū qui inscribik/scito reipm̃: ⁊ animaduerti
te quāte ⁊ ibi filueſcāt segetes sacrilegioꝝ atq; erroꝝ: um:
quid sentiat de aīa chr̃isti: de ꝓsona chr̃isti: de descēsu chri
sti ad inferos: de sacramēto altaris: de potestate ligandi
atq; soluēdi: de originali peccato: de cōcupiscētia: de pec
cato delectatiōis: de pctō infirmitatis: de pctō ignoꝛātie:
de opere peccati: de volūtate peccādi. Et si quidē indica
me iuste moueri: mouemini ⁊ vos: ac ne frustra moueas
mini: agite ꝓ: o loco quē tenetis: ꝑ dignitate qua polles:
ꝓ: o potestate quā accepistis: quō qui ascendit vsq; ad ce
los: descēdat vsq; ad inferos: ⁊ opera tenebꝝ arū ausa ꝓ
dire in lucē: arguātur a luce in lucē: vt dum qui publice
peccat/publice arguetur: cōp:imant sese etiā alij ponen
tes tenebꝛas lucē: disputātes in triuīs de diuinis: qui lo
quuntur mala in coꝛdibus suis/⁊ in codicibus suis scri
bunt: ⁊ sic obstruatur os loquentium iniqua.

¶ Ad dñm papam Innocētiū de eodē. Epistola. cxc.

Mantissimo patri ⁊ dño Innocentio: dei gra
tia summo pōtifici. B clareuallis vocatus abs
bas: modicū id quod est. Necesse est vt veniant
scandala. Necesse; sed non suque. Et ideo dicit

pō. liiij. ꝓphet̃a. Quis dabit mihi pēnas sicut columbe: ⁊ vola
ꝓhēt. j. bo ⁊ requesc̃ā? Et ap̃ls cupit dissolui ⁊ cū chr̃isto quiesce
iij. re. xix re. Et ali⁹ quidā sanctoꝝ. Sufficit mihi dñe ait: tolle ani
mam meā: neq; em̃ melioꝛ sum q̃ patres mei. Est ⁊ mihi
nūc aliquid commune cū sanctis: in volūtate dūtaxat: non
in merito. Nā vellem ⁊ ipse modo de medio fieri: victus
fateoꝛ a pusillanimitate spūs ⁊ rēpestate. Vereoꝛ autem
ne non sicut pariter affect⁹: ita pariter ⁊ parat⁹ inueniar.
Tedet viuere: ⁊ an moꝛi expediat: nescio. Et ideo foꝛte
etiā in voꝛis dixī a sanctis: q̃ ipsi ꝓuocentur desiderio
melioꝝ: cū ego scādalis ⁊ erūnis cōpellar exire. Deniq;
ait. Dissolui ⁊ cū chr̃isto esse multo melius. Ergo ⁊ in san
cto appetit⁹: ⁊ in me ꝑualet sensus: ⁊ in hac miserrima vi
ta/necille habere q̃ appetit bonū: nec ego q̃ molestū
patioꝛ/nō habere valemus. Et ob hoc exire quidem am
bo pari cupimus volūtate: sed nō pari intētione. Scrutre
mihi dudū requiē ꝓmittebā: si quidem leonina rabies
quieuisset: ⁊ pax eccl̃ie redderet. Nā ecce illa quieuit: sed
nō ego. Nesciebā me esse in valle lachrymarū: aut oblit⁹
fuerā me habitare in terra obliuionis. Nō attēdebam ter
rā: in qua habito: ſpinas ⁊ tribulos germinare mihi: suc
cisis succedere nouas: ⁊ rursum illis alias: fine fine fine
intermissione succrescere? Audierā hec: sed meli⁹: vt nūc
experioꝛ: ipsa vexatio dat intellectū auditui. Inundatus
est dolo: nō exterminat⁹: lachrymę inundauerunt: q: in
ualuerūt mala: ⁊ expertis ꝓuinā/irruit sup eos nix. Ig
te faciē frigoꝛis huius q̃s sustinebit? Hoc frigoꝛe refrige
scit charitas: vt abūder iniquitas. Leonē cuasimus: sed
incidimus in draconē: qui nō minus foꝛtan noceat sedēs
in insidijs: q̃ ille rugiēs de excelso. Quā q̃ nō iam in insi
dijs: cuius virulēta folia vtinā adhuc latereꝛ in scrinijs:
⁊ nō in triuijs legerenk. Volant libri: ⁊ qui oderant lucē
q̃m̃ mali sunt: impegerūt in lucē: putātes lucē tenebꝛas.
Urbib⁹ ⁊ castellis ingerunk ꝓ: o luce tenebꝛe: ꝓ: o melle
vel poꝛius in melle/venenū passim oibus ꝓpinak. Trās
ierunt de gēte in gentē: ⁊ de regno ad populū alterum.
Nouū cudik populis ⁊ gētib⁹ euāgeliū: noua ꝓponiꝛ
fides: fundamētū aliud ponik ꝓter id q̃ positū est. De
virtutib⁹ ⁊ vitijs nō moꝛaliter: de sacramētis eccl̃ie nō fi
deliter: de arcano sancte trinitatis non simpl⁹ nec sob:ie
disputak: sed cūcta nobis in puerſum: cūcta ꝓter solitū/⁊
ꝓter q̃ accepim⁹ ministrank. Procedit golias ꝓcero
coꝛpe/nobili illo suo bellico apparatu circūmunit⁹: an
tecedente q̃ eius armigero arnoldo de brixia. Squama
squame cōungik: ⁊ nec ſpiraculū incedit p eas. Siquidē
fibilauit apis: q̃ erat in frācia: api de italia: ⁊ venerunt in
vnū aduersus dñm/⁊ aduersus chr̃istū eius. Intēderunt
arcū: parauerūt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in
obscuro rectos coꝛde. Ju victu aūt ⁊ habitu habētes foꝛ
mā pietatis: sed virtutē eius abnegantes: eo decipiūt plu
rimos: quo trāsfigurāt se in angelos lucis: cū sint satha
ne. Stans ergo golias vn⁹ a cū armigero suo iter vtraſq;
acies: clamat aduersus phalāgas israel: exp:obꝛatq; ag
minib⁹ sanctoꝝ. eo nimirū audacius: quo sentit dauid nō
adesse. Deniq; in fugillationes doctoꝝ ecclesie/magnis
effert laudib⁹ ꝑbos: adimūtiones illoꝝ/⁊ suas nouita-
tes catholicoꝝ patrū doctrine ꝓfert ⁊ fidei. Et cū oēs fu
giāt a facie ei⁹: me oīm minimū expetit ad singulare cer
tamen. Deniq; scripſit mihi: solicitāte quidē ipso: archi-
epōs senonēſis diē statuēs cōgressionis: quo ille in ꝓsen
tia eius/⁊ coepoꝝ suoꝝ: deberet si posset: statuere ꝓpria
dogmata sua: ꝓtra que ego ausus mutire fuissem. Abnui
rū q: puer sum: ⁊ ille vir bellatoꝛ: ab adolescentia: tum q:
iudicarē indignū ratione fidei humanis cōmitti ratiōcu
lis agitandam: quam tam certa ac stabili veritate cōster
esse subnixā. Dicebā sufficere scripta eius ad accusandu
eū: nec mea referre: sed episcopoꝝ: quoꝝ esset ministerij
de dogmatibus iudicare. Ille nihilominus: immo eo am
plius leuauit vocem: vocauit multos: cōgregauit cōpli
ces. Que de me ad discipulos suos scripserit; dicere non
curo. Disseminauit vbiq; se mihi die statuto apud seno
nas respōsurū. Exijt sermo ad oēs: ⁊ nō potuit me latere
Dissimulani primū: nec em̃ satis rumoꝛe populari move
bar. Cedens m̃: licz vir ita vt flerē: cōsilio amicoꝝ: qui vi
dentes quō se quasi ad spectaculū oēs parārēt: timebāt
ne de nostra absentia ⁊ scandalū populo/⁊ cōmua cresce
rēt aduersario: ⁊ q: error: magis cōfirmarek: cū non esset
qui respōderet aut cōtradiceret: occurri ad locū ⁊ dixī: im
paratus quidē ⁊ immunitus: nisi q̃ illud mēte voluebam:
Nolite ꝓmeditari qualiter respondeatis: dabit em̃ vo Mat. x.
bis in illa hoza q̃d loquamini. Et illud: Dñs mihi adiu pō. lv.
toꝛ: nō timebo q̃d faciat mihi hō. Conuenerant aūt ꝓ-
ter epos/⁊ abbates plurimi/viri religiosi: ⁊ de ciuitatib⁹
magistri scholarū: ⁊ clerici litterati multi: ⁊ rex ꝓsens
erat. Itaq; in ꝓsentia oīm aduersario stante ex aduerso
ꝓducta sunt quedam capitula/de libꝛis eius excerpta.
Que cū cepissent legi: nolens audire exiuit: appellās ab
electis iudicibus: q̃ nō putamus licere. Poꝛro capitula
iudicio omniū examinata: inuēta sunt fidei aduersantia:
cōtraria veritati. Hec ꝓ: o me: ne leuitate/aut certe teme
ritate vsus: in tanto negocio putarer. Veruz tu o succes/
sor petri/iudicabis an debeat habere refugiū sedē petri:
qui petri fidē impugnat. Tu inquā amice sponsi ꝓuide
bis: quomodo liberes sponsam a labijs iniquis/⁊ a lin
gua dolosa. Sed vt paulo audacius loquar cū dño meoꝝ
attēde etiā ribꝫpti amātissime pater: ⁊ gratie dei/que in
te est. Nōne cū esses parvulus in oculis tuis: ipse te con
stituit sup gentes ⁊ regna? Ad quid nisi vt euellas ⁊ de
struas ⁊ edifices ⁊ plantes? Qui ergo tulit te de domo
patris tui: ⁊ vnxit te vnctione mīe sue: attende quelo/ex
tūc ⁊ deincepo: quāta fecit aīe tue: quāta per te eccl̃ie sue
quāta in agro dñico: celo ⁊ terra testib⁹? rā poterer/q̃ sa
lubriter cuulsa sunt ⁊ destructa: quāta rursuz bene edifi
cata: plātata/ꝓpagata. Suscitauit deus furoꝛē scismatiꝯ
coꝝ in tuo tēpoꝛe: vt tuo opere cōtererenk. Vidi stultum Job. v.
firma radice: ⁊ statim maledictū est pulchꝛitudini eius.
Vidi inquā vidi impiū superexaltatū ⁊ eleuatū sicut ce
dros libani: ⁊ trāsiui ⁊ ecce nō erat. Oportet aūt (ait) he j. Cor. xj
reses ⁊ scismata esse: vt qui ꝓbati sunt: manifesti fiant. Et
in scismate quidē iā (vt dictū est) dñs ꝓbauit te: ⁊ cogno
uit te. Sed ne q̃d desit coꝛone tue: en hereses surrexerūt.
Itaq; ad cōsummationē virtutū: ⁊ ne q̃d min⁹ feciſſe iue
niamini a magnis epis antecessoꝛibus vestris: capite no
bis pater amātissime vulpes q̃ demoliunk vineā dñi: do
nec paruule sunt: ne si creſcāt ⁊ multiplicenk: q̃q̃d taliū
ꝓ vos nō fuerit exterminatū: a posteris desperek. Quā q̃
nō iā paruule nec paucule: sed certe grādiuscule ⁊ multe
sint. nec nisi in manu foꝛti vel a vobis exterminabuntur.
Hyacinthus multa mala ostēdit nobis: nec em̃ q̃ voluit
fecit. Sed visus est mihi patiēter ferēdus de me: qui nec
persone vestre: nec curie incuria illa pepercit: q̃ melius
nicolaus iste meus: immo ⁊ vester: viua referet voce.

¶ Ad eundem cōtra quedam capitula illarum hereſum.
Epistola. cxcj.

Mantissimo patri ⁊ dño Innocētio summo pō
tifici: frater. B. clareuallis vocatus abbas/mo
dicū id q̃ est. Oportet ad vestrū referri apostō
latū pericula queq; ⁊ scandala emergētia in re
gno dei: ea ꝓsertim que de fide cōtingūt. Dignum nāq;
arbitroꝛ: ibi potissimū reſarciri dāna fidei: vbi non possit
fides sentire defectum. Hec quippe huius ꝓrogatiua se
dis. Cui enim alteri aliquādo dictū est: Ego ꝓ: o te roga Zu. xxij.
ui petre vt non deficiat fides tua! Ergo quod sequitur/ a petri successoꝛe exigitur. Et tu aliquādo cōuersus cōfir
ma fratres tuos. Jd quidez modo necessariū. Tēpus est Ibidem
vt vestrū agnoscaris pater amantissime principatus: ꝓ-
betis zelum: ministeriū honoꝛetis. Jn eo plane petri im
pletis vicem: cuius tenetis et sedē: si vestra ammonitio
ne coꝛda in fide fluctuantia confirmatis: si vestra autoꝛi
tate conteritis fidei coꝛruptoꝛes. Habemus in francia

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouū deveteri magistro theologū: qui ab īcūte etate sua in arte dialectica lusit: ⁊ nūc in scripturis sanctis insanit. Olim dānata ⁊ sopita dogmata: tam sua videlz q̄ aliena suscitare conat, insup ⁊ noua addit. Qui duz oīm q̄ sunt in celo sursum: ⁊ q̄ in terra deorsum: nihil p̄eter solū nescio quid: nescire dignat: ponit in celū os suuz / ⁊ scrutat alta dei: rediēsq̄ ad nos / refert ꝟba ineffabilia: que nō licet homini loqui. Et dū paratus est de oībus reddere rationē: etiā que sunt supra rationē: ⁊ cōtra rationem p̄sumit: ⁊ cōtra fidē. Quid em̄ magis cōtra rationē / q̄ ratione rationē conari trāscēdere? Et q̄d magis cōtra fidē: q̄ Ecci. xix credere nolle q̄quid nō possit rōne attingere? Deniq; exponere volēs illud sapientis: qui credit cito levis est corde: cito credere est inquit / adhibere fidē ante rationē: cū hoc salomon / non de fide in deū: sed de mutua inter nos dixerit credulitate. Nā illā que in deū est fidē: beat⁹ papa Gregorius negat plane habere meritū: si ei humana ratio p̄beat experimētū. Laudat aūt apl̄os: q̄ ad vni⁹ iussionis vocē secuti sunt redemptorē. Scit nimirū p̄o laude dignū. In auditu auris obedivit mihi: increpatos e regione discipulos q̄ tardi⁹ credidissent. Deniq; laudat maria / q̄ rationē fide p̄uenit: ⁊ punit zacharias q̄ fidem ratione tētavit. Et rursum abrā cōmendat: qui cōtra spē / in spē credidit. At cōtra theologus noster / q̄d inq̄t ad doctrinā loqui, p̄scit: si q̄s docere volumus: exponi nō p̄t vt intelligat? Et sic p̄mittēs intellectū auditorib⁹ suis: in his etiā que sublimiora ⁊ sacratiora, p̄fundo illo sinu sacre fidei cōtinent: ponit in trinitate gradus: in maiestate modos: numeros in eternitate. Cōstituit deniq; deū patrē plenā esse potētiā: filiū quādā potētiā: spiritū sanctū nullam potentiā. Atq; hoc esse filiū ad patrē: q̄d quandā potentiā ad potentiā: q̄d speciē ad genus: q̄d materiatū ad materiā: q̄d hominē ad animal: q̄d ereū figillū ad es. Nōne plus q̄ arrius hic? Quis hec ferat? Quis nō claudat aures ad voces sacrilegas? Quis nō horreat p̄fanas nouitates: et vocū et sensuū? Dicit etiā spiritū sanctū p̄cedere quidē ex patre ⁊ filio: sed minime de patris esse / filij ve substātia. Dū ergo: an forte ex nihilo: sicut ⁊ vniuersa que facta sunt? Nā ⁊ ipsa ex deo esse nō diffitetur apostolus: nec veretur dicere / ex quo oīa. Quid igitur? Dicem⁹ Ro. ri. ex patre ⁊ filio spiritū sanctum: nō alio p̄ior: sus p̄cedere modo / q̄ oīa / idest nō esse essentialiter: sed creabiliter: ac perinde creatū sicut et oīa? Aut nū quid terrium inueniet sibi modū: quo eū ex patre filioq; p̄ducat: hō qui nouā semp inquirit: ⁊ que nō inuenit fingit: affirmās ea q̄ non sunt / tamē q̄ ea que sunt? Ac si esset inquit de substātia patris: p̄fecto genitus esset: ⁊ duos pater filios haberet. Quasi vō omne q̄d de substātia aliqua est: cōtinuo ipsius a quo est: habeat genitorē. Num vō pediculi aut lentes / aut phlegmata / vel filij carnis sunt: vel non sunt de substantia carnis? Aut vermes de ligno putrido, p̄deuntes / aliūde q̄ de ligni substātia sunt: qui tñ filij ligni nō sunt? Sed et tinee de substātia pānoꝝ substāti habēt: generationē nō habēt. Et multa in hunc modū. Miror autē homine acutū / ⁊ sciolū: vt quidē sibi ipse videat: quō cū spiritum sanctū fateatur patri ⁊ filio cōsubstantialē: neget tñ ex patris filioq; p̄dire substantia: nisi forte illos ex ipsius p̄cedere velit. Nō quidē inauditū est: ⁊ nefandū. Si aūt nec ea de illoꝝ: nec illi de huius substātia sunt: vbi queso cōsubstantialitas? Aut ergo fateat cū ecclesia / spiritū sanctum de substātia illoꝝ esse / a quibus nō negat p̄cedere: aut certe cū arrio cōsubstantialitatē deneget: ⁊ p̄dicet aperte creationē. Deinde si filius de substātia patris est: spūs sanctus nō est: differāt necesse est a se inuicē: nō solū q: spūs sanctus genitus nō est / q̄d filius est: sed etiā q̄ fili⁹ de substātia patris est: q̄d spūs sanct⁹ nō est. Quā quidē posteriorē differētiā fides catholica hucusq; nescivit. Si eā admittimus: vbi trinitas: vbi vnitas? Siquidē spiritui sancto filioq; noua a se differētiarū numerositate distantib⁹: vnitas dissipat / p̄sertim cū substātialē esse patreat differentiā: quā iste conatur inducere. Porro aūt spiritus sancto a patris filioq; substātia recedēte: nō trinitas remanet: sed dualitas. Neq; em̄ dignū est in trinitate admitti p̄sonā: que nil habeat in substantia cōmune cū reliquis. Desinat ergo spūs sancti p̄cessionem a patris filioq; substātia separare: ne duplici impietate numerū ⁊ trinitati minuat / ⁊ tribuat vnitati: quod vtrūq; fides abnuit christiana. Et ne de re tanta solis videar humanis inniti rationib⁹: legat epistolā hieronymi ad auitū: ⁊ cerneve bit inter ceteras: quas redarguit: o: igenis blasphemias etiā hoc eū detestārē q̄ dixerit spiritū sanctū de substantia patris nō esse. Beat⁹ Athanasi⁹ in libro de vnita trinitate ita loquit. Solū deū vbi memorat⁹ fuz: nō solā p̄sonā patris indicauit: q: filiū ⁊ spūm sanctū de hac ipsa sola substātia patris esse nō abnegauit. Hoc athanasi⁹. Videt sanctitas vestra quō ille nō dispurāte: sed dementante: ⁊ trinitas nō coheret: ⁊ vnitas pēdet: nec istud sane absq; iniuria maiestatis. ¶ Quicq̄d nāq; illud est q̄d de⁹ sit: id sine dubio est / quo nō possit aliquid maius cogitari. Si ergo in hac vnica ⁊ summa maiestate iuxta cōsiderationez personarū: vel parū aliq̄d claudicare recipimus: duz q̄ vni plus datur: alteri minuitur: minus p̄fecto est totum ab eo quo nil maius valeat cogitari. Maius em̄ sine dubio est q̄d totū maximū est: q̄ q̄ ex parte. Ille vō digne p̄o sua possibilitate diuinā estimat magnificētiā: qui nil in ea cogitat dispar: vbi est totū summū: nil distās: vbi totum est vnū: nil hians: vbi totū est integrū: nil deniq; imperfectū vel egēs: vbi totū est totū. Totū nempe est pater: q̄d pater / ⁊ filius / ⁊ spūs sanct⁹. Totū filius: q̄d ipse ⁊ pater ⁊ spūs sanctus. Totū spūs sanctus: q̄d et ipse ⁊ pater ⁊ filius. Et totū vnū est totū: nec supabundans in trib⁹: nec imminutū in singulis. Nec em̄ verū summūq; bonū: q̄d sunt: inter se particulariter diuidūt: q̄m nec participi / aliter id possidēt: sed hoc ipsum essentialiter sunt. Nam q̄ alter ex altero: vel alter ad alterū veracissime d̄r: persona rū sane designatio est: nō vnitatis diuisio. Quis nāq; i hac ineffabili ⁊ incōp̄ehēsibili deitatis essentia: alter ⁊ alter id quidē requirēt⁹? p̄p̄ietatib⁹ personarū: sobrie catholicos dicat: nō tñ ibi est alterū: ⁊ alter: sed simplex vnū: vt nec p̄iudiciū faciat vnitati trinitat⁹ cōfessio: nec p̄terita rū sit exclusio vera assertio vnitatis. Tā longe, p̄inde fiat a sensib⁹ nostris: q̄ est ⁊ a regula veritatis / exercāda illa de genere ⁊ specie nō similitudo: sed dissimilitudo: ⁊ nihilominus illa de ere ereoq; figillo: q̄m cū genus quidē ⁊ spēs (q̄d se inuicē sunt) alterū superi⁹? altera inferio: sit: deus aūt vnus sit: nunq; bene, p̄fecto cōueniet tāre equalitari / ⁊ tante disparilitati. Et rursuz de ere ⁊ quodam ere q̄d est ereū figillū: q̄m q̄d inde in eandē vsurpat similitudinis rationē: simile est huic / idē iudiciū. Cū em̄ species (vt dixi) minor sit / ⁊ inferior genere: absit vt hāc in patre ⁊ filio diuersitatē cogitemus. Absit vt huic acq̄escamus dicēti / hoc esse filiū ad patrē: q̄d speciē ad genus: q̄d hominē ad animal: q̄d ereū figillum ad es: q̄d aliquā potentiā ad potentiam. Sunt quippe cuncta hec mutua sue cōnexione nature / ad semmicē superiora ⁊ inferiora: ⁊ ob hoc nulla p̄ior: sus admittēda similitudo ex his ad illud: vbi nihil est inequale: nihil dissimile. Videtis de quāra vel imperitia vel impietate descēdat harū adinuentio similitudinū? Adhuc aduertite clarius: q̄d sentiat / doceat / scribat. Dicit, p̄ie ⁊ specialiter ad patrē potentiā: ad filiū sapientiā pertinere: q̄d quidē falsum. Nā ⁊ pater sapientia: ⁊ filius potētia verissime sunt: sanissimeq; dicūtur: ⁊ q̄d est cōmune ambo⁹: non erit p̄prium singulorum. Alia illa sunt p̄fecto vocabula / que nō ad seipsos dicuntur sed ad alterutrū: ⁊ ideo est cuiq; suum ⁊ nō cōmune cum altero. Nam qui pater est: filius non est: ⁊ qui filius est pater nō est: quoniā non q̄d ad se: sed quod ad filium / pater est: patris nomine designatur. ⁊ item nomine filij: nō q̄d ad se filius: sed quod est ad patrem / exp̄imitur. Non sic potentia; nō sic sapientia; neq; alia multa: que ad se di

cunt ⁊ pater

lio: quibus spoliate sunt contrarie potestates: traducus est ipse in possessionē dñi. Si me insecur⁹ laban arguerit / q̄ recesserim dā ab eo: audiet dā me accessisse ad eū: ⁊ ob hoc dā recessisse. Subiecit me illi causa secretio: peti: subduxit me illi ratio occultionis iustitie. Aut si gratis venunda / tus sum: gratis non redimar? Si assur sine causa calumniatus est mihi: sine causa causam exigit euasionis? Aū si dixerit: pater m⁹ addixit te: respōdebo: sed frater meus redemit me. Cur non aliū de iustitia: cū alium de reat⁹? Alius qui peccatorē cōstituit: alius q̄ iustificat a petō. Alter in semine: alter i sanguine. An peccatū in semine petōis: ⁊ nō iustitia in xpi sanguine? Sed iustitia (inquier) sit cui? est: quid ad te? Esto. Sed sit etiā culpa cuius est: quid ad me? An iustitia iusti super eū erit: ⁊ impietas impij non erit super eū? Nō conuenit filiū poscere iniquitatē patris: ⁊ fraterne fieri exortem iustitie. Nunc vero per hominē mors: et per hominē vita. Sicut enim in adā omnes moriūtur: ita et in christo oēs viuificabunt: q̄m non sic illi attineo vt non et isti. Si illi per carnē: et per fidem huic. Et si infect⁹ ex illo originali concupiscentia: etiā et in christi gratia spiritali perfusus sum. Quid mihi plus imputatur de p̄uaricatore? Si generatio: regenerationem oppono: misi q̄ spiritalis est ista: illa carnalis. Nec patitur ratio equitatis: vt ex equo contendā: sed vincat necesse est spūs carnem: et sit efficacior causa: cuius est potior: et natura: quo plus vidēlicet p̄fit generatio secunda: q̄ prima nocuerit. Sane peruenit delictum ad me: fz̄ peruenit ⁊ gratia. Et nō sicut delictū ita ⁊ donū. Nā iudicium ex vno in cōdemnationē: gratia autez ex multis delictis in iustificationē. A primo homine manauit delictū: a summo celo egressio gre. Utrūq; a patre: illo a p̄mo: ista a summo. Terrena natiuitas p̄dit me: et nō multomagis gnatio celestia cōseruat me? Nec vereor: sic erutus de potestate tenebrarū / repelli a pfe luminū: iustificatus gratis in sanguine filij ei⁹. Nēpe ipse qui iustificat: q̄s est q̄ cōdēnet? Nō condēnabit iustū: q̄ misertus est petōi. Iustū me diserim: sed illius iustitia. Quēnā ipa? Si minis legis xp̄s / ad iustitiā oī credēti. Deniq; q̄ factus est nobis (inquit) iustitia a deo patre. Nunc ergo mihi iustitia facta est mea nō est? Si mea traducta culpa: cur nō ⁊ mea indulta iustitia? Et sane mihi tutior donata: q̄ innata. Nam ista quidē gr̄am habet: sed nō apud deū. Illa aūt cū sit salutis efficax: materiā nō habet gloriandi / misi in dño. Nā ⁊ si iustus fuero (inquit) nō leuabo caput: ne videlicet respōsum accipiat. Quid habes q̄d nō accepisti? Si aūt accepisti: q̄d gloriaris quasi nō acceperis? Hec est iustitia hois in sanguine redēptoris: quā homo p̄ditionis exufflās ⁊ subsannās / in tantū euacuare conat: vt totū: q̄ dñs gloriose ipsemetipsum exinaniuit: q̄ minor at⁹ est ab angelis: q̄ nat⁹ de femina: q̄ cōuersatus in mūdo: q̄ expertus infirma: q̄ passus in digna: q̄ demū per mortē crucis in sua reuersus: ad id solū puter / ⁊ disputet redigendū: vt traderet hoibus formā vite viuēdo ⁊ docēdo: patiēdo aūt ⁊ moriēdo charitatis merā p̄figeret. Ergo docuit iustitiā ⁊ nō dedit: ostendit charitate sed nō infudit: ⁊ sic redijt in sua? Ita ne hoc totū est magnū illud pietatis sacrām: q̄d manifestatum est in carne: iustificatū est in spū: apparuit angelis: p̄dicatū est gētibus: creditū est mūdo: assumptū est in gloria? Incōparabilis doctor: q̄ etiā p̄funda dei sibi aperiēs: ⁊ ea quibus vult lucida ⁊ peruia faciēs / altissimū sacramentū et mysterium abscōditum a seculis: sic nobis suo mendacio planū et apertum reddit: vt trāfire leuiter possit per illud quiuis etiā incircūcisus ⁊ immundus: quasi dei sapientia cauere nesciret: aut negligerit q̄d ipsa, p̄hibuit: sed dederit et ipsa scām canib⁹? ⁊ margaritas porcis. Sed non est ita. Nā et si manifestū est in carne: fz̄ tñ iustificatū est in spū: vt et spūalibus spiritualia cōferantur: ⁊ aīalis homo nō percipiat q̄ sunt spūs dei: nec fides nra sit in sapiētia vbi: sed in virtute dei. Vñ saluator: ait. Cōfiteor tibi pater dñe celi ⁊ terre: q: absc̄ondisti hec a sapiēt⁹ et prudētibus: et reuelasti ea parvulis. Et apls. Et si inq̄t operū est ewāgeliū meum: in his est operū q̄ pereūt. Deniq; aduertite hoiem irridentem q̄ sunt spūs dei: q̄m stultitia illi videt⁹: et insulantē apl̄o loquēti dei sapientiā in mysterio abscondita: inuehēte in euāgeliū / dñm blasphematem. Qui prudētius q̄d nō valet cōprehēdere: credere dignat? nec auderet cōtenere: aut cōculcare sacrū reuerendūq; mysteriū. Longū est ad oēs ei⁹ ineptias ⁊ calūnias: quas diuino struit cōsilio: respōdere. Pauca tñ infero: e q̄bus cetera estimētur. Cū solos inquit electos liberauerit xp̄s: quō eos diabolus possidebat: sine in hoc sēlo: siue in futuro / magis q̄ modo? Rndeo. Immo q: diabolus electos dei possidebat: a quo (sicut dicit apl̄s) captiui tenebāmur ad ipsius voluntatē: vt dei p̄posi- ij.cor.x. tū de ipsis implerēt: opus fuit liberatore. Oppositum aūt liberari in hoc seculo: vt liberos haberet in futuro. Deinde infert. Numq̄d etiā pauperē illū qui in sinu abrae requiescebat: sicut et diuitē dānatū / diabolus cruciabat: aut erā in ipsum abraam dñium habebat: cererosq; electos? Non. Sed habuisset: si non liberati fuissent fide futuri: sicut de ipso abraam scriptum est. Credidit abraam deo: et reputa- Gen. xv. tum est ei ad iustitiam. Item abraam exultauit vt videret iob. viij. diē meum: et vidit / et gauisus est. Propterea iam nunc sanguis christi rorabat etiam lazaro: ne flammas sentiret: q̄ et ipse credidisset in eū qui erat passurus. Sic de omnibus electis illius tēporis sentiēdū: natos quidem et ipsos eque vt nos / sub potestate tenebrarū propter originale petm: sed erutos anteq̄ moterentur: et non nisi in sanguine xp̄i. Scriptū est enim. Turbe autem que p̄cedebāt ⁊ q̄ sequebantur: clamabant dicentes: Osanna filio dauid: bñdict⁹ mat. xxi. qui venit in nōe dñi. Ergo xp̄o in carne venienti: et ante q̄ veniret et post: bñdictum est a turbis benedictorum: q̄bus p̄euentes plenam minime nunc cōsecuti sint bñdictionem: seruata nimirū hac p̄rogatiua rēponi gratie. Deinde laborans docere ⁊ persuadere diabolum nullū sibi ius in hoiem vēdicare potuisse aut debuisse / nisi permissū dei: et q̄ sine iniuria diaboli / iure deus p̄fugam suū si veller misereri / repetere: et solo verbo eripere posset: quasi hoc quis diffiteatur: post multa aliqn̄ infert. Que itaq; necessitas: aut q̄ ratio: aut q̄d opus fuit: cū sola iussione sua / diuina miseratio liberare hoiem a petō posset: p̄prer redemptionem nostrā filius dei carne suscepta / tot et tantas iniquitates / opp̄obria / flagella / sputa: denique ipsum crucis ignominiosam et asperrimā mortem sustinere: vt cū iniquis patibulum sustineret? Respondemus. Necessitas nostra fuit: ⁊ necessitas dura sedentium in tenebris et vmbra mortis. Opus eque nostrū: et dei ipsius / et sancto: rū angelorum. Nostrum: vt auferret iugum captiuitatis nostre. suum: vt implereretur p̄positum voluntatis eius. angelorū: vt nuncius impleret eorū. Porro ratio huius facti fuit dignatio faciendi. Quis negat oīpotenti ad manum fuisse alios et alios modos nostre redēptionis / iustificationis / liberationis? Verum hoc non iudicat huius / quem e multis elegit: efficacie. Et forasse is prestat: per quem in terra obliuionis / grauedinis / lapsus nostri: tot et tantis graminib⁹ reparatoris fortius ⁊ vtilius admoneremur. Alis aūt nemo hoim nouit: nec noscere ad plenum potest: quid boni ad gr̄am: quid congruētie ad sapientiam: quid decoris ad gloriā: quid commodi ad salutē penes scipsum contineat huius venerandi mysterij inscrutabilis altitudo: quam p̄pheta considerans expauit / non penetrauit: ⁊ p̄cursor: dñi indignū se iudicauit q̄ peneraret. Cęterum si non licet p̄scrutari diuine sacramentuz voluntatis: licet tamē sentire effectū opis: fructū vtilitatis p̄pere. Et q̄d Prou. licet scire: nō licet tacere: q: gloria regū celare verbū: et gloria dei inuestigare sermonem. ¶ Fidelio sermo et oī accep- B tione dignus: q̄m cum adhuc petōres essem⁹: reconciliati sumus deo per mortē filij eius. Ubi reconciliatio: et remissio peccatoꝝ. Nam si dicente scriptura: peccata nostra separant inter nos et deū: manente peccato non est reconci- Esa. lix. liatio. In quo ergo remissio petōrū? Dic calix inq̄t noui testamenti in meo sanguine: qui p:o vobis effundetur in re

Universidad de Deusto
Biblioteca

missionē pctōrū. Itaq; vbi reconciliario: ibi remissio pctōz. Et qd ipsa nisi iustificatio? Siue igit reconciliatio: siue remissio pctōz: siue iustificatio sit: siue etiā redēptio: vel liberatio de vinculis diaboli: a quo captiui tenebamur ad ipsius voluntatē: intercedēte mōte vnigeniti obtinem⁹: iustificati gratis in sanguine ipsi⁹: in quo scitur idē dicit: habemus redēptionē p sanguinē eius: remissionē pctōz. Fm diuitias gre eius. Cur inquis p sanguinē: q̄ potuit facere p sermonē? Ipm interroga. Mihi sane licet q̄ ita: cur ita: nō licet. Nūquid dicit figmentū ei q̄ fin⁹it: quid me fin⁹isti sic: Sed hec stulticia ei videt̄: nō pōt tenere risum. Audite cachinnos. Quō ait iustificari nos vel reconciliari deo p mortē filij eius dicit apl's: qui tāto amplius aduersus hominē irasci debuit: quāto amplius hoies in crucifigēdo filiū suū deliquerūt: q̄ in trāsgrediēdo p̄ceptum vni⁹ pomi gustu? Quasi nō potuerit deo in vno codēq; facto et displicere iniq̄tas malignāriū: ⁊ placere pietas patiēntis. Et ait. Oz si tantū fuerat illud ade pctm: vt expiari nō posset nisi mōte xpi: quā expiationē habebit ipm homicidiū qō in xpm cōmissum est: Beuenter respōdem⁹: ipm sanguinē quē fuderūt: et interpellationē ipsi⁹ quē occiderūt. Addit etiā. Nunq̄d mors innocētis filij: intātū deo pri placuit: vt p ipsam reconciliaret nobis: q̄ hoc peccādo p̄missim⁹: ꝓpter qō inocēs dñs est occisus: nec nisi ꝫ maximū fieret pctm illud multo leuius potuit ignoscere? Nō mors: sz voluntas placuit spōte mortis: et illa mors expungētis mortē: operātis salutē: restituētis innocētiā: triūphātis ꝓncipatus et ptātes: spoliātis inferos: ditātis superos: pacificantis que in celo sunt: et q̄ in terra oīa instaurātis. Et qm̄ hec tā ꝓciosa mors volūtarie suscipiēda aduersus pctm: nō tm̄ poterat fieri nisi p pctm. Nō delectat⁹ q̄dē: sed tm̄ bene vsus malicia sceleratorum: ⁊ mortē de morte: ⁊ de pctō dānauit pctm. Et quāto illoz maior iniq̄tas: tāto hui⁹ volūtas sanctio: et eo potētio: ad saluādū: quanto⁹ tāta mediāte potētia antiquū illud: q̄uis grāde pctm: necessario rūpit huic q̄ in christo cōmissuz est: cederet tanq̄ min⁹ maiori. Nec pctō siue peccātibus ascribit hec victoria: sed bene vtēti pctō: et peccātea fortiter pferēti: ⁊ cōuertenti in vsum pietatis: q̄cq̄d in ipsum ausa est crudelitas impioꝝ. ¶ Fuit vero sanguis: qui effusus est: tam multo⁹ ad ignoscēdū: vt ipsum q̄ pctm maximū: quo factū est vt effunderet: delereret: ac p hoc de antiqui illius vtpote leuioris deletione: nulla oīno dubietatē relinqueret. Deinde iste: cui vero (inq̄t) nō crudele et inquū videt: vt sanguinē innocētis in p̄ciū aliq̄s q̄s requisierit: aut vllo modo ei placuerit: innocentē interficī: ne dū deus tā acceptā filij mortē habuerit: vt p ipsam vniuerso reconciliarus sit mūdo? Nō requisiuit deus pater sanguinē filij: sed tñ acceptauit oblatū: nō sanguinē fūdēdo: sed saluteꝫ: quia salus erat in sanguine. Salus plane: ⁊ nō sicut iste sapit et scribit: sola charitatis ostensio. Sic enim cōclusit tot calūnias et inuectiones suas: quas in deum tā impie q̄ imperite euomuit: vt dicat totum esse q̄ deus in carne apparuit: nostrā de verbo et exemplo ipsius institutionē: siue vt postmodū dicit institutionem: totum q̄ passus et mortuus est: siue erga nos charitatis ostēsionem vel cōmendationē. Cetez quid ꝓdest q̄ nos instruit: si non restituit? Aut nūquid frustra instruimur si nō ꝓius destruatur in nobis corpus peccati: vt vltra non seruiamus peccato? Si omne quod ꝓfuit: christus in sola fuit ostensione virtutū: restat vt dicat q̄ adā quoq; ex sola peccati ostensione nocuerit. Siquidē p̄o qualitate vulneris: allata est medicina. Sicut enim in adam omnes mortuūtur: ita ⁊ in christo omnes viuificabuntur. Ergo sicut hocita et illud. Si vita quā dat xp̄s: non alia est q̄ instituit eius: nec mors vtiq̄ quam dedit ad m: non alia erit similiter q̄ instituit eius: vt ille quidem ad peccatum exēplo suo: hic vero exemplo et verbo ad bene viuendum: et se diligendum homines informarēt. Aut si christiane fidei: et nō hereti pelagiane acquiescentes: generatione non institutione traducum in nos confitemur ade peccatū; ⁊ per peccatū mortem: fatemur necesse est: et a christo nobis non institutione: sed generatione restituta iusticia: ⁊ per iusticia vitā: vt sicut per vnius delictū in oēs hoies in condēnationē: sic ⁊ p vnius iusticiā in oēs hoies in iustificationē vite. Et si ita est: quō is dicit consiliū et causam incarnationis fuisse vt mundā luce sue sapiētie illuminaret: et ad amorē suum accēderet: Vbi ergo redēptio? A christo nempe: vt fateri dignat: illuminatio et prouocatio ad amorē. Redemptio ⁊ liberatio a quo? Esto q̄ christi aduentus illis ꝓfuit: qui se illi posterius cōformare p vitam: et vicem ei dilectionis rependere. Quid de paruulis? Quam dabit lucem sapiennę: vix adhuc capturnibus lucem vite? Unde ascendet ad dei amorem: qui necdum matres suas amare nouerunt. Nihil nec ꝓderit eis aduentus christi: nihil q̄ complantati sunt similitudini mortis eius per baptismum: quoniam nondum possunt prohibente etate: christuz sapere aut amare? Redemptio itaq; ait nostra: est illa summa in nobis per christi passionem dilectio. Ergo paruuli non habent redemptionem: quia non habent summā illam dilectionem. An sicut non habent vnde diligant: ita nec vnde pereant: vt non sit eis in xpo necessaria regeneratio: vtpote quibus generatio ex adam nihil nocuerit? Si hoc sapit: cum pelagio desipit. Quicq̄d horum sentiat: patet quantū huma ne sacramento salutis inuideat: quantum quod in ipo est: euacuet alti dispensationem mysterij: qui totum de salute tribuit deuotioni: regenerationi nihil: qui nostre gloriam redemptionis: et summam salutis nō in virtute crucis: nō in pretio sanguinis: sed in nostre constituit cōuersationis ꝓfectibus. Mihi autez absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu xpi: in qua est salus vita ⁊ resurrectio nostra.

¶ Et quidem tria quedam precipua in hoc opere nostre salutis intueor. Formam humilitatis: in qua de⁹ semetipsum exinaniuit: charitatis mensuram: quam vsq; ad mortem: et mortē crucis extendit: redēptionis sacramentum: quo ipsam mortem: quā pertulit: sustulit. Horum duorum priora fine vltimo sic sunt: ac si super inane pingas. Magnū ꝓfecto et valde necessariū humilitatis magnū ⁊ omni acceptione dignum charitatis exemplū: sed nō habent fundamentum ac perinde nec stabunt: si desit redemptio.

¶ Volo totis visibus humilē sequi iesum: capio eum qui dilexit me: ⁊ tradidit semetipsum ꝓ me: quibusdam brachijs vicarie dilectionis amplecti: ꝫ oportet me et agnum manducare paschalem. Nisi enim manducauero carnē ei⁹: et bibero eius sanguinem: non habebo vitam in memetipso. Aliud est sequi iesum: aliud tenere: aliud et māducare: Sequi salubre consilium: tenere et amplecti solenne gaudium: manducare vita beata. Caro enim eius vere est cibus: et sanguis eius vere est potus. Panis est dei qui de celo descendit: et dat vitā mundo. Quis status gaudio: sine consilio absq; vita? Nempe haud aliuz q̄ picture absq; solido. Ergo nec humilitatis exempla: nec charitatis insignia: preter redemptionis sacramentum sunt aliquid. Hec domine pater de labore manuū pueri vestri qualiacunq; tenetis: aduersus pauca quidem noue hereseos capitula. Ubi si non aliud: q̄ zelū agnoscitis meum: tamen ꝓpter interim cōscientie satisfeci. Nam cū non esset q̄ agere ꝓ iniuria fidei quā dolebam: opere mihi precium arbitror: si illum monui cui⁹ arma potētia dei: ad destructionem contrariarum assertionū: ad destruendam omnē altitudinem extollentem se aduersus scientiā dei: et in captiuitatem redigendum omnē intellectū in obsequiū xpi. Sunt et alia in aliis ei⁹ scriptis nō pauca: nec min⁹ mala capitula: ad q̄ nec tpis: nec epistole angustia rūdere ꝓmittit. Quāq̄ nec necessarium pute: cū sint adeo manifesta: vt ipsa etiā vulgata fide facile refellātur. Collegi tm̄ aliqua et transmisi.

¶ Ad eundē ex persona dñi remēsis. Epla. cccij.

Reuerendissimo domino: et charissimo patri dei gratia summo pontifici Innocentio: iasson remorum archiepiscopus: iosienus suessionēsis: gaufridus cathalaunēsis: aluisus atrebatēsis: voluntarium debite subiectionis obsequiū. Auribus occupatis ad plurima: sermonem facimus abbreuiatū de ꝓlixo negocio: ꝓ eo maxime q̄ idipsum diffusius ac plenius continetur in litteris dñi senonensis. Petrus abailardus xp̄iane fidei meritū euacuare nititur: dum rōni: q̄ deus est: humana ratione arbitratur se posse comprehendere. Ascendit vsq; ad celos: et descendit vsq; ad abyssos. Nihil est quod lateat eū: siue in profundū inferni: siue in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis: de fide contra fidem disputans: ambulans in magnis et in mirabilibus super se: scrutator⁹ maiestatis: heresum fabricator. Jam dudū fecerat libū de sua trinitate: sed sub legato romane ecclesie igne examinatus est: q⁹ inuēta est in eo iniq̄tas. Maledictus qui reedificabit ruinas hiericho. Surrexit a mortuis liber ille: et cū eo multoꝝ hereses: q̄ dormierant: surrexerūt: et apparuerūt multis. Jamiam extendit palmites suos vsq; ad mare: et vsq; ad romam ꝓpagines eius. Hec gloriatio hominis illius: q̄ liber suus in curia romana habet: vbi caput suum reclinet. Hinc cōfirmatus et cōfortatus est furor eius. Propterea cū in cōspectu episcopoꝝ super his arguerer eū abbas clarevallis: zelo fidei et iusticie armatus: nec cōfessus est: nec negauit grauamine: vt suam ꝓlongaret iniquitatē: sedem apostolicā appellauit. Episcopi autē qui propter hoc invnū cōuenerant vestre reuerētie deferētes: nihil in persona ei⁹ egerunt: sed tantūmodo capitula liboꝝ eius a sanctis patribus condēnata: ne mozbus serperet: medicinali necessitate abiudicauerunt. ¶ Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se: ⁊ populū qui sibi credat: habet: necesse est vt huic contagio celeri remedio occurratis. Sero enim medicina paratur: cum mala per lōgas inualuere moras. Processimus in hoc negocio quousq; aufi fuimus: tutum est deceterο beatissime pater prouidere: ne in diebus tuis aliqua heretice prauitatis macula: decoꝛ ecclesie maculet. Tibi commissa est sponsa christi amice ꝓnsi: tuum est tandem vni viro virginem castam exhibere christo.

¶ Ad magistrum guidonem de castello: qui petri discipulus fuerat: et de quo potissimum presumebat: qui postea fuit papa celestinus. Epistola. cc. iij.

Venerabili dño: et charissimo patri magistro guidoni sancte romane ecclesie: dei gratia presbytero cardinali. B. clarevallis vocatus abbas non declinare ad dexterā: nec ad sinistram. Jniuriam facio vobis si aliquēa vobis ita diligi credam: vt cum eo pariter eius errozes diligatis. Quisquis enim sic aliquem diligit: nondum nouit quēadmodum oporteat eū diligere. Talis nāq; dilectio terrena est: animalis: diabolica: nocens eque diligēti atq; dilecto. Existimēt alij de alijs ꝓout volūt: ego adhuc de vobis estimare nō possum: nisi quod vicinum est rationi: quod ad lineam pertinet equitatis. Quidam ꝓius iudicant et postea ꝓbant: ego de postone vtrū dulcis sit: an amara: ante gustum non iudicabo. Magister petrus in libris suis ꝓfanas vocum nouitates inducit ⁊ sensuum: disputans de fide contra fidem: verbis legis legem impugnat. Nihil videt per speculum et in enigmate: sed facie ad faciem omnia intuetur ambulans in magnis et in mirabilibus super se. Melius illi erat si iuxta titulū libi siri: seipsum cognosceret: nec egrederetur mensuram suam: sed saperet ad sobrietatem. Ego non cū accuso apud patrē: est qui eum accuset: liber suus: in quo sibi male complacuit. Cū de trinitate loquitur: sapit arrium: cum de gratia: sapit pelagium: cum de persona christi sapit nestoriū. Minus devia equitate presumo: si duos rogauero vt in causa christi nullum christo preponatis. Illud autem scirote: quia expedit vobis quibus potestas data est a domino: expedit ecclesie christi: expedit illi etiā homini vt rei silentium imponatur: cuius maledictione os plenum est: et amaritudine: et dolo.

¶ Ad magistrū inocem cardinalē de codē. Epla. cccliij

Dilectissimo suo suoni sctē romane ecclie dei gra presbytero cardinali. B. clarevallis abbas: dilige iusticiā: ⁊ odire iniquitatē. Magister petrus abailardus sine regula monach⁹: sine solicitudine plat⁹: nec ordinē tenet: nec tenet ab ordine. Homo sibi dissimilis est: intus herodes: foris iohānes: totus ambiguus: nihil habēs de monacho ꝓter nomē et habitū. Sed quid ad me? Unusquisq; on⁹ suū portabit. Aliud est qō dissimulare nō possum: qō ꝓtinet ad oēs: q̄ diligūt nomē xp̄i. Jniquitatē in excelso loquit⁹: integritate fidei: castitatē ecclesie corrumpit. Trāsgredit terminos quos posuerūt patres nr̄i: de fide: de sacrāmētis: de scrā trinitate disputās et scribēs: singula p sua voluntate mutat: auget: et minuit. Jn libris ⁊ in operib⁹ suis: ostēdit se fabricatorē mēdacij: ⁊ cultorē perversoꝝ dogmatū: hereticū se probās: nō tm̄ in errore: ꝓ in pertinacia: ⁊ defensiōe errozis. Domo est egrediēs mensurā suā: in sapiētia verbi euacuās virtutem crucis xp̄i. Nihil nescit oīm que in celo: ⁊ que in terra sunt: ꝓter seipsum. Dānatus est suessioni cū opere suo: cōtā legato romane ecclie. Sed q̄si nō sufficeret ei illa dānatio: iterū facit vnde iterū dānetur: ⁊ iā nouissim⁹ errōr: peior: est ꝓiore. Securus est tm̄: q̄m cardinales et clericos curie se discipulos habuisse gloriat: ⁊ eos in defensione ꝓteriti ⁊ psentis errozis assumit: a q̄bus iudicari timere debuit ⁊ dānari. Si q̄s spiritū dei habet: illius versiculi recordet: Nōne qui oderūt te dñe oderā: ⁊ sup inimicos tuos tabescebam? Liberet deus ꝓ vos: ⁊ per ceteros filios suos ecclesiā suā a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Ps. cxxxix.

¶ Rescriptum domini innocētij pape contra hereses petri abailardi. Epistola. ccxv.

Innocētius episcopus seruus seruoꝝ dei: venerabilib⁹ fratrib⁹ Herico senonēsi: samsoni remēsi archiepiscopis: coēpiscopis suffragineis: ⁊ charissimo in xpo filio bernardo clarevallis abbati: salutē ⁊ apostolicā benedictionē. Testāre apl's: sicut vnus dñs: ita vna fides est: dignoscit⁹ in qua tanq̄ in immobili fundamēto ꝓter q̄ nemo pōt aliud ponere: firmitas catholice ecclesie inuiolata cōsistit. Inde est q̄ brūs petrus apostolorū ꝓnceps: ꝓ eximia hui⁹ fidei confessione: a dño ac saluatore nostro audire meruit. Tu es (inq̄t) petrus: et sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā: petrā vtiq; firmitatem fidei: ⁊ catholice vnitatē soliditatē manifeste designās. Hec siquidē est inconsutilis tunica redēptoris nostri: sup quā milites sortiti sunt: sed eā diuidere minime potuerūt. Contra quā in initio fremuerunt gētes: ⁊ populi meditati sunt inania: Astiterūt reges terre: ⁊ ꝓncipes cōuenerūt in vnū. Verū apli duces dñici gregis: et eoꝝ successores apostolici viri: ardore charitatis: ⁊ zelo rectitudinis succēsi: fidē defendere: ⁊ eā in cordib⁹ aliorū ꝓpriis sanguinis effusione plātare nō dubitarūt. Demū cessante persecutoꝝ rabie: imperauit dñs vēris: ⁊ facta est in ecclesia trāquillitas magna. Sed q̄ hostis humani generis semp circuit querēs quē deuoret: ad impugnandā sinceritatē fidei: fraudulentā hereticoꝝ fallaciam subinduxit. Contra quos viri ecclesiastici pastores viriliter insurgēres: eoꝝ prauā dogmata: cū ipsoꝝ auctoribus condemnarunt. Jn magna nam̄q; nicena synodo Arrius hereticus est dānatus. Constantinopolitana synodus manicheū hereticum debita sententia condemnauit. Jn ephesina synodo Nestorius cōdignam sui erroris dānationem excepit. Calcedonensis quoq; synodus nestorianā heresim ⁊ eutychianā: cū dioscoro ⁊ eius cōplicibus iustissima sententia cōfutauit. Marcianus pie rere: licet laicus: christianissim⁹ tamen imperator: catholice fidei amore successus: predecessoꝝ nostro sanctissimo pape iohānī scribēs aduersus eos qui sacra mysteria ꝓfanare contendunt: inter cetera sic loquitur dicens: Nemo clericus vel militaris: vel alterius cuiuslibet cōditionis: de fide christiana publice tractare conetur in posterū. Nam iniuriā facit iudicio reuerendissime synodi: si quis semel iudicata: et recte disposita: reuoluere ⁊ iterū disputare cō- mat. xvi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendit: ⁊ in cōtēptō: es huiꝰ legis tanḡ in sacrilegos pe-
na nō deerit. Igitur si clericꝰ erit q̄ publice tractare de reli-
gione ausus fuerit: cōlortio clericoꝝ removebit. Dolemꝰ
aūt qm̄ sicut litterarū vestrarū inspectione: ⁊ missis a vō
fraternitate ⁊ nobis error ꝺ capitulis cognouimꝰ: in nouissi-
mis diebꝰ q̄n instant tēpora periculosa: in petri abaelardi
perniciosa doctrina: ⁊ predictoꝝ hereles: ⁊ alia peruersa
dogmata catholice fidei obuiāria pullulare ceperunt. Ve-
rū in hoc maxime cōsolamur: ⁊ oīporenti deo gr̄as agim⁹:
qui in partibꝰ vestris / p pr̄ibꝰ tales filios suscitauit: ⁊ tpe
aplātus nr̄i in ecclesia sua tā pr̄eclaros voluit esse pastores
qui nouī hereticī calūnijs studeāt obuiare: ⁊ immaculatā
spōsam vni viro virginē castā exhibere xp̄o. Nos itaq̄ q̄ in
Zu.xxij. beati petri cathedra: cui a dño est dictū: Et tu aliq̄n cōuer-
sus cōfirma fratres tuos: ꝫ indigni residere cōspicimur:
cōcato fratrū nostroꝝ epoꝝ ⁊ cardinaliū cōsilio / destina-
tā nobis a vō discretione capitula ⁊ vniuersā ipsius petri
puersa dogmata: scīoꝝ canonū auroritate cū suo autore dā
nauim⁹: eiq̄ tanḡ hereticō pperuū silentiū imposuimus.
Uniuersos q̄ errores sui sectatores ⁊ defensores: a fideliū
pcessu seq̄strādos / excōiationi q̄ vinculo innodādos esse
cēsemus. Datū laterani octauo septimo kalēdas augusti.

¶ Ad epm̄ ⁊ stannēsem p̄ Arnaldo de baxia. Epla. cxcvj.

manḃ. xxiij. Si scīret pater familias qua hora fur veniret: vigi-
laret vtiq̄: ⁊ nō sineret pfodi domū suā. Scitis
q̄ fur de nocte irrumpit domū: nō vestrā ꝫ dñi:
vobis tamē cōmissam? Sed dubiū esse non pō-
test quin vos q̄ apud vos fit: quādo id vsq̄ ad nos vtiq̄ tā re-
motos potuit pcurare. Nec mirū si non bona pūdere: aut
nocturnū furis ingressum obseruare quiuistis. Mirū aūt
si deprehensum iā nō agnoscitis: nō tenetis: non pḧibetis
exportare spolia vestra: immo pretiosissimas xp̄i exuuias:
alias videlicet quas sua imagine pr̄signiuit: suo cruore re-
demit. Adhuc forsan hereticis: et miramini quemā dicere
velim. Arnaldus loquor: de baxia: qui vtinam tā sane esset
doctrine / q̄ districte est vite. Et si vultis scīre: homo est ne-
q̄ manducās neq̄ bibens: solo cū diabolo cūriēs ⁊ finiēs
sanguinem animarū. Unus de numero illoꝝ: quos apo
ſ. tim. iij stolica vigilantia notat: habentes formam pietatis: virtu-
mat. vij. tem illius penitus abnegantes. Et ipse dīc: venient (in-
quiens) ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem
sunt lupi rapaces. Ja ergo vsq̄ ad hanc etatem / vbicūq̄
conuersatus est: tam fedā post se ꝛe tam seuā reliquit vesti-
gia: vt vbi semel fixerit pedem: illuc vltra redire omnino
nō audeat. Denique ipsam in qua natus est: valde atrociter
commouit terram: et conturbauit eam. Unde ⁊ accusatus
apud dīm papā scīsmate pessimo: natali solo pulsus est:
etiā ⁊ abiurare cōpulsus reuertionem: missi ad ipsius apo-
stolici permissionem. Pro qua sim. li deinde causa: et a regno
francoꝝ errur batus est scīsmaticus insignis. Execratus
quippe a petro apostolo: adhesrat petro abaelardo. Cu-
ius omnes errores ab ecclesia iam dep: ehēsos atq̄ damna-
tos: cū illo etiā ⁊ pr̄e illo defendere aciter / et pertinaciter
conabat. Et in his omnibus non est auersus furor eius:
sed adhuc manus eius extenta. Nam etiā ita vagus et pro-
fugus sup terrā: q̄si iam nō liceat inter suos: nō cessat apud
alienos: tanḡ leo rugiens circuiens: et querens quem de-
uoret. Et nunc apud vos: sicut accepim⁹: operatur iniqui-
tatem: et deuorat plebē vestrā sicut escā panis. Cuius ma-
le dictione ⁊ amaritudine os plenū est: veloces pedes eius
ad effundendum sanguinem. Cōtritio ⁊ infelicitas in viis
eius: et viā pacis nō cognouit. Inimicus crucis ch̄isti / se-
minator: discordie / fabricator: scīsmatum / turbator: pacis /
vnitatis diuisor. Cuius dentes arma et sagitte: et lingua
eius gladius acutus. Mollita sunt sermones eius super
oleū: et ipsi sunt iacula. Unde et soler sibi allicere blandis
sermonibus: et simulatione virtutū / omnes et potēres: iu-
P̄s. lxx. xta illud: Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis vt in
terficiat innocentem. Demum cum fuerit de illoꝝ capitata
benivolentia: ⁊ familiaritate securus: videbitis hominem
aperte insurgere in clerum: fretū ex: amnide militaris / insur-
gere in ipsos episcopos: et in omne passim ecclesiasticum
ordinē deseuire. Hoc scientes: nescio an melius saluabim⁹
ſ. cor. v. ve in tanto discrimine rerū agere valeatis: q̄ iuxta aposto-
li monitū / auferre malū ex vobis: q̄ q̄ amicus sponsi: liga-
re possim⁹ q̄ fugare curabit: ne iam discurrere: ⁊ eo nocere
plus possit. Hoc em̄ ⁊ dñs papa dū adhuc esset apud nos:
ob mala que de illo audiebat fieri: scribendo mādauit: sed
Lah.ij. nō fuit qui faceret bonū. Denique si capit vulpes pusillas de-
molientes vineā: scriptura salubriter monet: nō multoma-
gis lupus magnus et ferus rapidus est: ne christi irrum-
pat ouilia: oues mactet et perdat.

¶ Ad guidonē legatū de eodem. Epistola. cxcvij.

B Arnaldus de baxia: cuius cōuersatio mel: et do-
ctrina venenum: cui caput columbe: cauda scor-
pionis est: quē baxia euomuit: roma exhorruit:
Veris itaq̄ quidnā visus patribus fuerit: vt solio ex oibus antiquis iustis singulari quodam priuilegio machabeis annuā celebritatem pari cum nostris martyrib⁹ veneratione decerneret in ecclesia solenniter exhibendā. Si dixero dignos meri/ro martyrū gloria iudicatos/ quib⁹ non impar fuit in martyrio virtus: erit forsitan solutū cur ipsos: sed necdū plane cur solos: cū ⁊ alios nōnullos ex veteribus pari costet zelo pietatis occubuisse: non tamen ⁊ pari tripudio recoli meruisse. Cōstat tamen vtroq̄ quidē in morte cōmunem habuisse cū martyribus nostris pietatis causam: sed non vtroq̄ pariter eandez cū illis adeptos fuisse martyrij formam. Universis nempe tam veteris/ q̄ noui testamenti martyribus/ eque conuenit pro iusticia occubuisse: sed interest q̄ illi passi sunt q̄ illā tenebant: illi q̄ non renentes reprehendebāt. Et vt breuiter rorū in quo differunt: proferamus: hos cultus: illos zelus iusticie martyres fecit. Soli ex veteribus machabei: q̄ nō solū causam: sed ⁊ formā vt dicti martyrij noui testamenti tenuerūt: iure fortasse in ecclesia cum nouis ecclesie martyrib⁹/ eandez celebritatis gloriā assecuti sunt. Itaq̄ martyrū facit causa: tempus/ genusq̄ discernūt. Tempus quippe machabeos a nouis martyribus disiungit: coniungit antiquis. Genus vo nouis aggregat: q̄ libare ⁊ ipsi dijs alienis cogebantur: et segregat a veteribus.

¶ Ad dominum ac venerabilem epm̄ lundensem archiepiscopū sedis apostolice in dacia ⁊ suecia legatum; cuius corpus gloriosum in claraualle requiescit iuxta matrē eiusdem diui bernardi. Epistola. cccxiij.

Wantissimo patri ⁊ dño Eskilo dei gratia lundensi archiepiscopo: frater. B. clareuallis vocatus abbas/ in vero salutari salutem. Scripta et salutationes vestras: immo affectiones cordis vestri tam libenter suscepi: q̄ specialiter ⁊ diligo vos: ⁊ diligor a vobis. Inde est q̄ auditis tribulatiōib⁹ vestris/ cas nō solū meas feci: sed ⁊ inueni: q: nō possum te dolente/ nō dolere dulcissime pater: nec nisi molestus ⁊ anxiꝰ tuas molestias ⁊ anxietates audire. Tangit ⁊ angit cor meum quicq̄d tuū exasperat: ⁊ quicquid illud sit q̄ te pśequit: non solū te pśequitur: sed me tecū. Quicq̄d em̄ gratie ⁊ dilectionis impendere sibi possunt absentes amici: puto et me debere nibi: ⁊ mihi deberi a te. Audax sum: sed nō mendax: ⁊ in hanc audatiā me cōpulit tue sublimitatis dignatio. Quando em̄ id pśesumerem ego: quādo tantā tantillus: ⁊ a tanto gratiā sperare auderem? Et si ego retribuere nō potero: nō est mortuus retributo⁹ me⁹: q: dñs retribuet pro me. Dñs inquā: in quo/ ⁊ pro quo/ tanta nos deuotione cōplecteris: tanta stringis affectione. Benedict⁹ sanctus angelus tuus/ q̄ pro pectoris tuo id suggessit. Benedictus deus noster/ qui pśuasit. Gloria: pruilegio amoris tui. Refectus sum p̄ charissimū fratrem nostrū filium tuum guillelmū: de abūdātia suauitatis pectoris tui. Refectus sum p̄ nunciū tuuz: refectus sum per litteras tuas: refectus sum per oēs qui a teyslę ad nos/ vel per nos euadere possunt. Utinā mihi datum esset desup hec dicere nō dictare: vt me potius loquens/ q̄ scribens aperire valerē. Pro certo acceptio: esset sermo meus: illud quantuz potui cauens: vt nec breuitas obscuros: nec plenitas redderet onerosos. Deinde q̄s ad cantū spectat: hymnū composui metri negligens/ vt sensui nō deessem. Responsoria ij. cum antiphonis. xxvij. suis in locis disposui: addito responsorio uno q̄ pro ib⁹ vesperis assignaui: item q̄ duobus aliis breuib⁹: ipso die festo pro vestra regulari cōsuetudine vno ad laudes: altero ad vesperas decātandis. Et pro his oibus mercedem flagito: sequor: remunerationem. Quidni sequar? Sine placeant: siue nō: mea nō refert: q̄ quid habui dedi. Ergo merces mea oratio vestra.

¶ Epistola beati Bernardi respōsiua ad dubiū sibi propositum cur festa machabeorum ab ecclesia habentur celebria: in ordine aliarū Epistola. cccxiij.

Veris itaq̄ quidnā visus patribus fuerit: vt solio ex oibus antiquis iustis singulari quodam priuilegio machabeis annuā celebritatem pari cum nostris martyrib⁹ veneratione decerneret in ecclesia solenniter exhibendā. Si dixero dignos meri/ro martyrū gloria iudicatos/ quib⁹ non impar fuit in martyrio virtus: erit forsitan solutū cur ipsos: sed necdū plane cur solos: cū ⁊ alios nōnullos ex veteribus pari costet zelo pietatis occubuisse: non tamen ⁊ pari tripudio recoli meruisse. Cōstat tamen vtroq̄ quidē in morte cōmunem habuisse cū martyribus nostris pietatis causam: sed non vtroq̄ pariter eandez cū illis adeptos fuisse martyrij formam. Universis nempe tam veteris/ q̄ noui testamenti martyribus/ eque conuenit pro iusticia occubuisse: sed interest q̄ illi passi sunt q̄ illā tenebant: illi q̄ non renentes reprehendebāt. Et vt breuiter rorū in quo differunt: proferamus: hos cultus: illos zelus iusticie martyres fecit. Soli ex veteribus machabei: q̄ nō solū causam: sed ⁊ formā vt dicti martyrij noui testamenti tenuerūt: iure fortasse in ecclesia cum nouis ecclesie martyrib⁹/ eandez celebritatis gloriā assecuti sunt. Itaq̄ martyrū facit causa: tempus/ genusq̄ discernūt. Tempus quippe machabeos a nouis martyribus disiungit: coniungit antiquis. Genus vo nouis aggregat: q̄ libare ⁊ ipsi dijs alienis cogebantur: et segregat a veteribus.

¶ Ad dominum ac venerabilem epm̄ lundensem archiepiscopū sedis apostolice in dacia ⁊ suecia legatum; cuius corpus gloriosum in claraualle requiescit iuxta matrē eiusdem diui bernardi. Epistola. cccxiij.

Wantissimo patri ⁊ dño Eskilo dei gratia lundensi archiepiscopo: frater. B. clareuallis vocatus abbas/ in vero salutari salutem. Scripta et salutationes vestras: immo affectiones cordis vestri tam libenter suscepi: q̄ specialiter ⁊ diligo vos: ⁊ diligor a vobis. Inde est q̄ auditis tribulatiōib⁹ vestris/ cas nō solū meas feci: sed ⁊ inueni: q: nō possum te dolente/ nō dolere dulcissime pater: nec nisi molestus ⁊ anxiꝰ tuas molestias ⁊ anxietates audire. Tangit ⁊ angit cor meum quicq̄d tuū exasperat: ⁊ quicquid illud sit q̄ te pśequit: non solū te pśequitur: sed me tecū. Quicq̄d em̄ gratie ⁊ dilectionis impendere sibi possunt absentes amici: puto et me debere nibi: ⁊ mihi deberi a te. Audax sum: sed nō mendax: ⁊ in hanc audatiā me cōpulit tue sublimitatis dignatio. Quando em̄ id pśesumerem ego: quādo tantā tantillus: ⁊ a tanto gratiā sperare auderem? Et si ego retribuere nō potero: nō est mortuus retributo⁹ me⁹: q: dñs retribuet pro me. Dñs inquā: in quo/ ⁊ pro quo/ tanta nos deuotione cōplecteris: tanta stringis affectione. Benedict⁹ sanctus angelus tuus/ q̄ pro pectoris tuo id suggessit. Benedictus deus noster/ qui pśuasit. Gloria: pruilegio amoris tui. Refectus sum p̄ charissimū fratrem nostrū filium tuum guillelmū: de abūdātia suauitatis pectoris tui. Refectus sum p̄ nunciū tuuz: refectus sum per litteras tuas: refectus sum per oēs qui a teyslę ad nos/ vel per nos euadere possunt. Utinā mihi datum esset desup hec dicere nō dictare: vt me potius loquens/ q̄ scribens aperire valerē. Pro certo acceptio: esset sermo meus: illud quantuz

¶ Habent ꝑ. inter fationes quoꝝ pri mus incipit Victoris vira: secundus vo: Laudate in dño dilectissimi.

nedictū in secula: de cuius munere venit/ vt cōmunes habeam filios vobiscū: quos vestra predicatio plantauit: nostra exhortatio rigauit: deus aūt incrementū dedit. Sanctitatem vestrā rogamus: vt verbū dñi predicetis: ad dandam scientiā salutis plebi eius. Supleꝝ em̄ vobis incumbit necessitas: ⁊ ex officio legationis/ ⁊ episcopali negocio. Decetero q̄m in multis offendimus oēs: ⁊ inter homines seculi frequenter positi/ multū de puluere mundi cōtrahimus: vestris ⁊ vestroꝝ orationib⁹ me cōmendo: vt in fonte misericordie sue nos lauare ⁊ emaculare dignet ipse fons pietatis iesus christus: qui dixit petro: Nisi lauero te nō habebis partem mecū. Sed ⁊ hoc ipm̄ nō solum precibus: verūetia quasi ex debito requiro: cū ego clamem ad dñm pro vobis si q̄d possit precibus oratio. Jn dño valete.

Jaco. iij. Jo. xiij.

¶ Ad eundem. Epistola. cccxv.

Alachie dei gratia epo/ sedis apostolice legato: frater Bernardus clareuallis vocatus abbas/ si quid potest peccatoris oratio: et si quid pauperis deuotio prodest. Fecimus quod precepit sanctitas vestra: ⁊ si nō vt dignū: profecto vt possibile pro tempore fuit. Tanta apud nos vbiq̄ malicia grassatur: vt vix id tantillum: quod factū est: fieri licuerit. Misit⁹ tam exiguum seminis quod videris: ad seminandā vel modicam partem agri illius in quem verus ysaac quondā exierat ad meditandū/ cum primū adducta est ei rebecca per puerum abraam perenni coniugio feliciter copulanda. Nec cōtemnendū semen: de quo illud in partibus vestris experimur impletū hoc tempore. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen/ quasi sodoma fuissemus: ⁊ sicut gomorra similes essemus. Itaq̄ ego seminaui: rigate vos ⁊ deus incrementū dabit. Sanctos omnes qui apud vos sunt per vos saluramus: humiliter ipsorum nos ⁊ vestris sanctis orationibus cōmendantes. Valete.

Ge. xxiij. Esaie. j. Rom. ix

¶ Ad eundem. Epistola. cccxvj.

Mantissimo patri ⁊ dño reuerēdissimo malachie dei gratia epo/ sancte ⁊ apostolice sedis legato: suus sanctitatis frater Bernardus clareuallis vocatus abbas/ salutem et quales cunq̄ nostras orationes. O dulcia faucibus meis eloquia tua dñe pater: q̄ iocūda tue memoria sanctitatis. Si quid affectionis: si q̄d deuotionis: si quid animi in nobis est: rorū fine dubio/ sibi vendicat tue dilectionis charitas. Nec opus est verboꝝ multitudine: vbi multum viget affectus. Cōfido em̄ q̄ testimoniū phibeat spiritui tuo/ spūs quem habes a deo: tuum esse modicū id q̄ sumus. Tu q̄ pater amantissime ⁊ desiderantissime ne tradas obliuioni aīam pauperis/ charitatis nexib⁹ adhe/rentem tibi: ⁊ animā pauperis tui ne obliuiscaris in finē. Nec em̄ quasi de nouo cōmendamus nos tibi: cū in multo iam tpe gloriemur in dño: q̄ inuenire meruit paruitas nostra gratiā in oculis sanctitatis tue. Sed oramus vt dilectis iam nō noua/ nouis quotidie pficiat incrementis. Filios nostros: immo ⁊ vestros/ tanto obnixius cōmendamus vobis: quāto amplius remoti sunt a nobis. Vos scitis q̄m tota post deū fiducia nostra fuit vt mitteremus eos: q̄m sanctitatis vestre precibus nō acquiescere illicitū videbatur. Facite q̄s vos decet: vt totis visceribus charitatis amplecramini eos ⁊ foueatis. Nequaq̄ occasiōe aliqua circa eos solicitudo ⁊ diligentia tepescat: ⁊ pereat q̄s plantauit dextera tua. Jam quidem q: bene pficit dom⁹: ⁊ ex vestris litteris: ⁊ ex fratrū nostroꝝ relatione didicim⁹ multiplicantur tam in tpalibus/ q̄ in spiritualib⁹. Unde ⁊ congratulamur plurimū: ⁊ toto animo gratias agim⁹ deo et paterne solicitudini vestre. Et q̄m multa adhuc op⁹ est vigilantia/ tanq̄ in loco nouo: ⁊ in terra tam infuera: immo ⁊ inexperta monastice religionis: obsecramus in dño ne retrahatis manū vestrā: sed quod bene incepistis: optime perficiatis. De fratribus nostris qui redierūt a loco illo: nobis bene placuisset si remansissent. Et forsasse non nullam occasionem prebuerunt eis/ fratrum qui de terra sunt minus disciplinati mores: in eo maxime q̄ minus facile eoꝝ cōsilijs acquiescere videntur in his rebus/ quarum prius fuerant inexperti. Charissimū filiū nostrū christianū ⁊ vestrum remisimus ad vos quantuz potuim⁹ instructum plenius in his q̄ ad ordinem pertinent: ⁊ decetero circa obseruantias eius solicitiorem futurū vt speram⁹. Nec miremini q̄ nō plures cū eo misim⁹ fratres: q̄m nec idoneos inuenimus fratres qui facile acquiescerent: nec inuitos cogere consiliū fuit. Dilectissim⁹ frater noster robertus precibus nostris acquieuit/ etiā hac vice: tanq̄ filius obedientie. Vestrū erit iuuare eum vt possit iam ⁊ in edificijs/ ⁊ in ceteris necessarijs promoueri domus vestra. Illud quoq̄ paternitati vestre suggerimus: vt viris religiosis: ⁊ quos speratis viles fore monasterio persuadeatis: quatenꝰ ad eoꝝ ordinem veniant: q̄m hec erit summa vtilitas domus: ⁊ vobis facilius acquiescent. Valeat sanctitas vestra nostri semper memor: in christo.

¶ Ad dñm papam innocentium. Epistola. cccxvij.

Mantissimo patri ⁊ dño innocētio summo pōtifici: frater bernardus modicum id quod est. Eremonenses induruerūt ⁊ prosperitas eoꝝ perdit eos. Mediolanenses cōtemnunt: ⁊ confidentia ipsoꝝ seducit eos. Ij in curribus ⁊ in equis spem suam ponentes/ meā frustrauerūt: ⁊ laborem meū exinanierunt. Abibam tristis: cum ecce non mediocris a vestra parte consolatio: vt ⁊ si abundant tribulationes pro christo: abundent ⁊ cōsolationes per ipsum. Accepi optatas litteras ferentes delitias cordis mei/ certitudinem de vestra incolumitate: hostiū infortunijs: successibus amicoꝝ. Ceterum perlegenti rursum tristio: finis lericiam tempe/rauit. Quem em̄ nō terreat vestra indignatio? Sfateor: iustam: ⁊ eo plus terreor. Dico tamen: quod factū nondum est/ faciendū est; sed tempore quo prenderit deꝰ. Si quo/minus erit vobis eque in promptu quicquid intēteris inferre: ⁊ non eque forsan periculosum. Alioquin quod tantis dei miserationibus: tantis vestris ⁊ vestroꝝ laboribus in populo isto nouiter edificatū est: hen q̄ leuiter destrui potest. Mirū si ei qui misericordiā legitur superexaltare iudicio: placere poterit. Sed o infelicem illū episcopū qui in vibe chaldeoꝝ de quodam quasi paradiso transla tus/ frater factꝰ est diaconū/ ⁊ socius structionū. ¶ Quid facies! Obedire vultꝰ ⁊ ecce bestie ephesi frendent in eum dentibus. Dissimulare vult prudenter pro tpe: ⁊ omni feritate fortunidoloſio: eum vestrā indignationem incurrit. Angustie sunt eivndiq̄: nisi q̄ tolerabilius iudicat sibi esse sine populo/ q̄ sine dño. Pluris habens: vt dignū est: apostolicam gratiam/ q̄ mediolanensem cathedram: An vos de eius fidelitate dubitatis? Si quis vobis aliud de eo maligna persuadere suggestione tentauit: se magis prodidit in fidelem: qui virum tam boni testimonij lingua pfida in suo linore persequitur. Parce pater benigne: parce fideli tuo: parce adhuc recenti structure: parce nouelle plātatiōi parce deniq̄ pplo acq̄sitionis tue: his q̄ ipis dñicijs tuis que te eidem veracissime cōtulisse cōmemoras. Memento pie dñe sermonis dñi tui quez dixit. Ecce anni tres sunt (inquit) ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: ⁊ nō inuenio. Tu vero vix tres expectasti menses ⁊ iam secum paras. Si tres annos sustinuisses: quarū adhuc a fideli seruo dñici iure exigeremus exempli. Dicimus ergo ⁊ nos. Dimitte ⁊ hoc anno: si quo modo forte circū fossa humo ligone penitentie/ adhibitoq̄ fimo lachrymarum suarum sterilitati mediolanensiū: is cui etiam credidisti: consulere ⁊ fructum elicere queat.

Luc. xiij

¶ Ad Velbertū abbatē sancti michaelis. Epla. cccxix.

Patri ⁊ amico suo Velberto sancti michaelis abbati: frater Bernardus eoꝝ qui in claraualle sunt seruoꝝ dei inutilis seruus: debitū dilectionis affectum. Hic filius vester peregrinationem quaz etsi vestra licentia susceperat: nostro cōsilio deferens/ ad vos reuersus est. Cum em̄ cognouissem⁹ viam illā ⁊ eū re

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisse per leuitatem: ⁊ vos ob illius improbitatē annuisse: ut rec(vt dignus erat) increpatū reuerti psuasimus: huc quidem quantū cōgruit: ⁊ leuitatis ⁊ improbitatis penitentē: ac decetero emendationē pollicentem: rectius iudicates quātūliber rerum in suo monasterio monachū pnias agere: ꝙ foris vagādo puincias circuire. Necp̄ enī terrena: sed celestē requirere hierosolymā monachos ꝓpositū est: ⁊ hoc nō pedibus pficiscendo: sed affectibus pficiēdo. Vos aūt pater nō molestā habeatis eius reuersionem: etsi suspectā habeatis eius conuersationez: quin potius gaudete: q: hic filius vester mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est. Luc.xv.

¶ Ad pr̄iorem suum Godefridum: postea Lingonensez episcopum. Epistola.cccxx.

Karri Godefrido/frater Bernardus salutem In octauis pentecostes ipsa die cōpleuit deus desideriū nostrū: ecclesie vnitatez/⁊ vbi dando pacem. Nam illa die filij petri leonis oēs simul humiliauerūt se ad pedes dñi pape: ⁊ facti hoies eius ligij: iurauerūt ei ligiā fidelitatem. Clerici ꝑ quī in scismate erāt: fuerant/humiliātes se ad pedes dñi pape/obedientiā ei iuxta morem pmiserūt: ⁊ facta est leticia magna in pplo. Nunc pacem nisi cū quadā securitate occultata tñ diu a nobis expectauissem⁹: iāpridē venissemus. Decetero iā nihil est qđ nos hic detineat. Facio qđ imperastis: veniā vertimus in venio. Ecce em̄ venio cito: etiā ⁊ merces mea mecū est: victoria xp̄i/⁊ pax ecclie. Sexta feria post diez illū egressus est noster decuriatus. Itaq̄ venientes veniemus cum exultatione portantes manipulos pacis. Et hec quidez verba pulchra sunt: sed pulchriora facta sunt. Etem̄ tam pulchra sunt: vt quisquis non letatur in eis: aut stultus sit: aut nequā. Vale.

¶ Ad fratres de sancto anastasio. Epistola.cccxxi.

Vlectissimis in xp̄o filijs nostris de sancto anastasio: frater Bernardus clarevallis vocat⁹ abbas: salutem ⁊ deuotas orationes. Testem habeo in celis: ꝙ multuz oēs vos cupiā in visceribus iesu christi: quāto si fieri posset: desiderio desiderarez videre vos: nō ꝓpter vos tantū: sed ꝓpter me: cui magnū certe solatiū/⁊ pr̄egrandis esset leticia aplecti viscera mea gaudiū meū/⁊ coronā meā/qđ estis vos. At qm̄ id nondū cōcedit: cōcedetur em̄ sicut bene confido de mia dei: ⁊ erit quādo videbim⁹ vos: ⁊ gaudebit cor nostrū: ⁊ gaudiū nostrum nemo tollet a nobis. Interim certe magna mihi est cōsolatio/⁊ leticia multa: in his q̄ de vobis audiui: per dilectissimū fratrem ⁊ coabbatem nostrū venerabilem Bernardū vestrū. Multā em̄ vobis habeo gratiā: ꝙ tam bene sibi cōplacet in vobis: ꝓ disciplina vra ⁊ ordinis: zelo ꝓ obedientia ⁊ voluntaria paupertate: ꝓ quibus sine dubio/merces vestra multa est in celis. Unde rogo vos fratres: ⁊ multū obsecro: sic agite ⁊ sic state in dño dilectissimi: solliciti semp circa custodiam ordinis: vt ordo custodiat vos: sollicite seruare vnitatem spūs in vinculo pacis: mutuā in vobismetipsis/maximeq̄ ad pr̄elatos charitatē humilem habentes: q̄ est vinculū pfectionis. Humilitatē ante oia/super oia pacem sectamini: ꝓpter inhabitantem spiritū dei in vobis: qui nō nisi sup quietū ⁊ humilem requiescit. Ceterū vnū quidem a me petijt venerabilis abbas vester: qđ mihi minime bonū videtur. Credo aūt ꝙ ⁊ ego spūs dei habeā/⁊ consiliū dei in hoc. Scio equidez ꝙ in regione habitatis infirma: ⁊ multis aliū ex vobis laborant infirmitatib⁹: sed memento re quis dixerit: Libenter gloriabor: in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i. Et cū infirmor: (inquit) tūc fortior sum. Cōpatior vtiq̄/⁊ multū ego cōpatior infirmitati cor⁹: sed timenda multomagis: ampliusq̄ caueda infirmitas aiaz. Ꝓpterea minime cōpetit religioni vestre/medicinas quere re corporales: sed nec expedit saluti. Nam de vilib⁹ quidez herbis: ⁊ q̄ pauperes dececant: interdū aliquid sumere: tolerabile ē: ⁊ hoc aliqñ solet fieri. At vo species amere: quere medicos: accipere potiones: religioni indecens est ⁊ cōrariū puritati: maximeq̄ ordinis nr̄i: nec honestati congruit: nec puritati. Hec cū oia gentes inquirūt. Scimus aūt qr̄ q̄ carne viuūt: deo placere nō p̄nt. Spiritalia ꝓ oia de spiritalib⁹ cōparanda: ⁊ querēda potio humilitatis; et clamandū in toto cordе: sana aiam meā dñe: q: peccaui tibi. Huic sanitati fratres dilectissimi operam date: hanc sectamini: hanc seruate: q: vana salus hominum. mat.vj. ℟o. viij ℣.coz. ij. ℣ Psal.xl. ℣ Ps̄. lix.

¶ Eiusdē ad epm̄/clerū ⁊ pplm̄ spirensem hortans ad arma contra infideles suscipienda. Epistola.cccxxij.

Omino ⁊ patri charissimo venerabili epō spirē si/⁊ vniuerso clero ⁊ pplo: Ber.clarevallensis vocatus abbas in spū fortitudinis abundare. Sermo mihi ad vos de negocio xp̄i: in quo est vtriq̄ salus nostra. Hec dico vt excuset indignitatez pſone loquentis/autoritas dñi: excusет ⁊ cōsideratio ꝓpriе utilitatis. Modicus quidem sum: sed non modicū cupio vos oēs in viscerib⁹ iesu xp̄i. Ea nūc mihi ratio scribēdi ad vos ea causa vt vniuersitatem vestrā litteris audeā conuenire. Agerem id libentius viua voce: si vr voluītas nō deest: sup peretet ⁊ facultas. Ecce nūc fratres acceptabile tp̄s: ecce nunc dies copiose saluris. Cōmota est liquidē ⁊ tremuit terra: q: cepit deus celi pdere terrā suā. Suā in qua est visus/⁊ annis plusq̄ triginta homo cū hoibus conuersus Suam vtriq̄: quā illustrauit miraculis: quā dedicauit sanguine ꝓprio: in qua primi resurrectionis flores apparuerunt: ⁊ nunc peccatis nostris exigentibus/crucis aduersarij caput exulerūt sacrilegū depopulantes in ore gladij terram pmissionis. Ꝓpone em̄ est: si nō fuerit qui resistat: vt ipsam dei viuentis irruant ciuitatem: vt officinas nr̄e redemptionis euertant: vt polluant loca sancta/agni immaculati purpurata cruore. Ad ipsum (phdolor) religionis christiane sacrariū inhiant. ore sacrilego/lectuq̄ ipm inuadere ⁊ conculcare conant: in quo ꝓpter nos vita nr̄a obdormiuit in morte. Quid facitis viri fortes? Quid facitis serui crucis? Ita ne dabit̄ sanctū canib⁹? ⁊ margaritas porcis? Et multi illic pctōres cōfitēres pcā sua cū lachrymis/veniā obtinuerūt/postq̄ patrū gladijs eliminata est spurcitia paganor̄. Videt ho malign⁹ ⁊ invidet: frendet dentib⁹ ⁊ tabescit. Excitat vasa iniq̄tatis sue; nec vlla quidem tante pietatis signa/aut vestigia relicturus: si qñ forte (qđ deus auertat) obtinere valuerit illa sancta sanctor̄. Uerū id quidem oibus deinceps seculis incōsolabilis dolor: q: irrecuperabile damnū: specialiter autē generationi huic impiissime: infinita cōfusio ⁊ opprobriū sempiternū. Quid tñ arbitramur fratres? Nūquid abbreviata manus dñi: aut impotēs facta est ad saluandū: q̄ ad tuendū ⁊ restituendū tibi hereditatem suā: extinguos vmiculos vocat? Nūquid non pōt mittere angelos plusq̄ duodecim legiones: aut certe dicere verbo: ⁊ liberabit̄ terra? Dño subest ei (cū voluerit) posse. Sed dico vobis: tentat vos dñs deus vester. Respicit filios hoim/si forte sit qui intelligat: ⁊ requirat: ⁊ doleat vicem eius. Miserat̄ em̄ dño populū suū ⁊ lapsis grauiter prouider remediū salurare. Considerate quāto ad saluandos vos artificio vsif: ⁊ obstupescite: intuemini pietatis eius abyssum: ⁊ cōfidite peccatores. Nō vult mortem vestrā: sed vt cōuertamini ⁊ viuatis: quia sic querit occasionē: nō aduersum vos: sed ꝓ vobis. Quid est em̄ nisi exquisita ꝓcursus ⁊ innētibilis soli deo occasio saluatiōis: q̄ homicidas/raptores/adulteros/periuros/ceteriscq̄ obligatos criminib⁹/quasi gentem que iusticiaz fecerit: de seruitio suo submouere dignat̄ omipotens? Nolite diffidere peccatores: benignus est dñs. Si vellet punire vos: seruitiū vestrū nō modo nō expeteret: sed nec susciperet quidem oblatū. Ceterū dico pensate diuitias bonitatis dei altissimi: consiliū miserationis attendite: necessitatem se habere aut facit aut simulat: dum vestris cupit necessitatibus subuenire. Teneri vult debitor: vt militantibus sibi stipendia reddat: indulgentiam delictorū ⁊ gloriam sempiternā. Beatā ergo dixerim generationem quā Ecclesiastes.l. Esaie.l. Esaie xxxiij. Joel.ij

apprehēdit tēs vber indulgēcie tpis: quam inuenit superstitē annus iste placabilis dño/⁊ vere iubileus. Diffundit em̄ hec benedictio in vniuersum mundū: et ad signum vite certatim conuolant vniuersi. Quia ergo fecunda virorū fortium terra vestra/⁊ robusta noscitur in iuuentute referta (sicut laus est vestra in vniuerso mundo: et virtutis vestre fama repleuit vniuersum orbē) accingimini et vos viriliter: ⁊ felicia arma accipite christiani nois zelo. Cesset pestifera illa non militia: sed plane malicia: qua soletis inuicē sternere: inuicem perdere: vt ab inuicē cōsumamini. Que miseros tam dira libido excitat: q̄ ꝓximi corpus gladio: cuius fortassis et anima perit: transuerberent: sed nec effugit qui gloriet̄: ⁊ ipsius aiam pertransibit gladius: cum solū hostem gaudeat occidisse. Illi se dare discrimini insanie est: non virtutis: nec audacie: sed amentie potius est asscribendū. Habes nunc fortis miles: habes vir bellicose vbi inimices absq̄ periculo: vbi et vincere gloria: ⁊ mori lucrū. Si prudens mercator es: si conquisitor: huius seculi: magnas quasdā tibi nundinas indico: vide ne pereant. Suscipe crucis signū: ⁊ oīm pariter de quibus cor de contrito confessionē feceris: indulgentiā obtinebis. Materia ipsa si emitur: parui constat: si deuoto assumitur humero: valet sine dubio regnū dei. Bene ergo fecerunt qui celeste iam signaculū susceperunt: bene ceteri faciūt: sed nec ad inspiētiā eis: si festinent et ipsi apprehendere qđ et eis in salutē exīstat. De cetero fratres moneo vos: non aūt ego: sed apostolus dei mecū: nō esse credendū oī spiritui. Audiuim⁹ et gaudemus/vt in vobis feruеat zelus dei: sed oportet oīno rēperamentū scientie nō deesse. Nō sunt persequēdi iudei; non sunt trucidandi: sed nec effugandi quidē. Interroga re eos diuinas paginas. Noui qđ in psalmo legit̄ prophetātū de iudeis: Deus ostēdit mihi (inquit ecclesia) sup inimicos meos ne occidas eos: nequādo obliuiscātur populi mei. Uiui quidē apices nobis sunt: repr̄esentātes dñici passionē. Ꝓpter hoc dispersi sunt in oēs regiones: vt dū iustas tanti facinoris penas luūt: testes sint nostre redemptionis. Unde et addit in eodem psalmo loquēs ecclesia. Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector me⁹ dñe. Ita factū est: dispersi sunt: depositi sunt: durā sustinēt captiuitatē sub principibus christianis. Conuertent̄ nī ad vesperā: ⁊ in tēpore erit respect⁹ eorū. Deniq̄ cū introierit gēnū multitudo: tūc oīs israel salu⁹ erit: sicut apls. Interim sane qui mos ik manet in morte. Taceo q̄ sic vbi desunt: pcius iudaizare dolemus xp̄ianos feneratores: si tamen christianos: ⁊ non magis baptizatos iudeos cōuenit appellari. Si iudei penitus conteranf: vnde iā ꝓsperabit eorū in fine pmissa salus siue cōuersio? Plane et gentiles si essent similiter exp̄ctādi: sustinēdi fore nt potius/q̄ gladijs exp̄terēdi. Nūc aūt cū in nos ceperint esse violēti: ꝓcurer vim vi repellere eos qui nō sine causa gladios portāt. Est aūt xp̄iane pietatis: vt debellare superbos: sic et parcere subiectis: his p̄sertim quoz est legislatio repromissa: quoz patres: et ex quib⁹ xp̄s fm carnē: qui est benedictus in secula. Attamen exigendū ab eis iuxta tenorē apostolici mādati: vt oēs q̄ crucis signū susceperint: ab vsurarum exactione liberos oīno dimittāt. Illud q̄ admonitos vos esse est necesse fratres dilectissimi: vt si qđ forte amaro ꝑtū cū gerere inter vos expeditiōe sua regni voluerit exercitū p̄uenire: nullatenus audeat: et si a nobis missum se simulet non est verū: aut ostēdat litteras tanq̄ a nobis datas: sed omnino falsas me dicam furtiuas esse dicatis. Uiros bellicosos et gnaros: taliū duces eligere est: ⁊ simul prosiscī exercitū dñi: vt vbiq̄ habeat robur: ⁊ nō possit a quibusliber violentiā sustinere. Fuit em̄ in ꝓcinctu expeditione anteq̄ hierosolyma caperet: vir quidā petrus noie: cuius et vos (nisi fallor) sepe mentionē audistis. Ita vero populum: qui sibi crediderat: salnus cum suis incedens: tantis eos periculis dedit: vt aut nulli aut paucissimi eorū euaserint: qui non corruerint aut fame aut gladio. Ꝓpterea oīno timēdū est si similiter et vos feceritis: ne contingat ⁊ vobis similiter. Qđ auertat a vobis deus: qui est benedictus in secula. Amen. Joel.iij

¶ Ad Mericū mogūtinū archiepm̄ de fratre Radulpho qui nec iudeorū delatus est consensisse. Epistola.cccxxiij.

Uenerabili dño et charissimo pri henrico mogūtino archiepo: Bernardus clarevallis abbas/in uenire gram apud deū. Litteras dilectionis vestre debita veneratione suscepi: sed pr̄e multitudine negociorū h: eius est respōsio. Depositū querele vestre apud nos signū est ⁊ pignus dilectionis: et pcipue humilitatis indiciū. Quis em̄ ego sum: aut q̄ domus patris mei: vt ad me referat archiepi cōceptus: ⁊ metropolitane sedis iniuria? Nonne ego sum puer parvulus: ignorans introitū et egressum meū? Uerūtamē non ignoro verbū veritatis vsquequaq̄: qđ ex ore altissimi pcedit. Necesse est vt veniat scandalum: ve autē illi p quē venit. Homo ille de quo agit̄ in litteris vestris mecū ab hoc nec p hominē: sed nec q̄ a deo missus venit. Qr̄ si se monachum aut heremitā iactat: et ex eo sibi assumit libertatē vel officiū predicationis pōt scire ⁊ debet q̄ monachus nō habet docēdi: sz plāgēdi officium: q̄ppe cui oppidū carcer esse debet: ⁊ solitudo paradisus. Ille vero a contrarijs: ⁊ solitudinē p carcere: et oppidū habet p paradiso. O hoiem sine pectore: o hoiem sine frōte: cui⁹ stultitia eleuata est sup cādelabrū: vt appareat oībus qui sunt in domo. Tria sane sunt in eo reprehensione dignissima: vsurpatio pdicationis: cōtemptus epōrū: homicidij approbati libertas. Nouū gen⁹ potētie. Uidi quid tu maior: es patre nostro abrahā: qui eodē prohibente gladiū deposuit: quo iubente leuauerat? Numqd tu maior es p̄incipe apostolor̄: qui quesiuit a dño. dñe ti pcutimus in gladio? Sed instructus es oī sapiētia egyptior̄. id est sapientia huius mūdi que stultitia est apud deū. Aliter solutis questionē petri: ꝙ ille qui dicit: Mitte gladiū in locū suū. Omnis em̄ q̄ acceperit gladium: gladio peribit. Nō ne copiosius triūphat ecclesia de iudeis p singulos dies: vel conuincens vel conuertens eos: ꝙ si semel et simul cōsumeret eos in ore gladij? Nunqd in cassum cōstituta est illa vniuersalis oratio ecclesie: que offertur ꝓ perfidis iudeis a solis ortu vsq̄ ad occasum: vt deus ⁊ dñs auferat velamen de cordibus eorū: vt ad lumen veritatis a suis tenebris eruant? Nisi enim eos qui increduli sunt: credituros sperarem: superfluum videretur et vanum orare ꝓ eis. Sed cōsiderat oculo pietatis q̄ dñs habet respectum gratie/apud eū/qui reddit bona ꝓ malis: et dilectionem ꝓ odio. Ubi est ergo illud quod dictum est: videas ne oculos eos: Ubi est cum plenitudo gentium intrauerit: tunc omnis israel saluus fiet. Ubi est edificans hierusalem dominus: dispersiones israelis congregabit. Tu nec es ille/q̄ mendaces facies prophetas: et euacuabis omnes thesauros pietatis et misericordie Jesu christi? Tua doctrina nō est tua: sed eius qui misit te patris. Sed credo sufficit tibi si sis sicut magister tuus. Ille enim erat homicida ab initio. Ille mendax et pater mendacij. O monstruosa scientia. O sapientia infernalis/contraria prophetis: et apostolis inimica: submersio pietatis et gratie. O immūdissima heresis. O mererix sacrilega que impregnata de spū falsitatis/concepit dolor: et peperit iniquitatē: liber sed nō licet vltra progredi. Advtrimum vt omnia que sentio super his breuiter comprehendam: homo est magnus in oculis suis: plenus spiritu arrogātie: verba et opera eius pretendunt q̄ conatur sibi facere nomen iuxta nomē magnorum: qui sunt in terris: sed non habet sumptus ad perficiendum. Vale. Gen.xxij. Zu.xxij. j.coz. iij. matth. xxvj. ℣ Ps̄. lviij. ℟o. xj. ℣ Ps̄. cxlviij

¶ Ad Leonium abbatem sancti bertini ꝓ thoma de sancto audomaro. Epistola.cccxxiiij.

Uilecto et venerabili dño leonio abbati: et vniuerso cōuentui ecclesie sancti bertini: frater bernardus clarevallis vocat⁹ abbas: spm̄ veritatis quē mūdus non pōt accipere. Uras dilectionis vestre dilectissimi fratres suscepimus: indiciū voluītatis et

Universidad de Deusto
Biblioteca

petitionis vestre. Beneficiorū q̄ vobis ⁊ nostris plena manu: hilari mente: vultu sereno exhibueris: ineternū non obliuiscar. Sed q̄d si nō fuz oblit⁹: ⁊ ingratus inuenior: Nū quid sola memoria habebit me excusatū? Immo acerbius accusabit. Nec immemorē nec ingratum amicis meis me exhibere noui. Si tamē non habeo quid retribuā p̄o oibus que accepi a vobis (vt minus sapiēs loquor) dōis retribuet p̄o me. De alieno liberalis sum: qm̄ inops ⁊ pauper sum ego. Honorem ecclesie vestre/ⁿ decorem domus dñi q̄ in vobis est: quantū diligā: ipse nouit/qui plus profunditatem humani cordis ingreditur. Sed nec ego vereor vera dicere in hac parte. Ego diligētes me diligo: sed non in hoc iustificatus sum. Nam et ethnici hoc faciūt. Nō multū laudis habet/si amātes me amauero: sed si nō amauero hoc etiā sceleratus p scelere iudicabor. Dileri vos et ante meritū: quare etiā post meritū nō diligerē? Quos enim etiā si nulla merita precessissent honorari oportuit: post beneficia nō honorare plusq̄ iniuria est. Diligā vos semper fratres charissimi in dño: ⁊ cū oi amore seruiā vobis in eo cui⁹ serui estis. Immo xp̄m: cuius mēbra estis: semp in vobis honorabo. Verūtamē vt rationabile sit obsequiū nostrū: ⁊ honor irreprehēsibilis/quē vobis exhibere debem⁹: prudenter ⁊ caute id fieri oportet: quia honor regis iudiciū diligit. Super his igit que mihi rescribitis: respōdeo charitati vestre: quia nec ego audeo: nec vos deberis p̄ohibere eum qui benefacere pōt. Quid em̄ respōdere habemus apostolo dicenti: spiritū nolite extinguere. Nec em̄ securum est extinguere: quod extinctū accēdere nō sit tue potestatis. Et vbi est illud: vnusquisq̄ in ea vocatiōe qua vocatus est: in ea p̄maneat. vocatus est inquā thomas nō a me: sed ab eo qui vocat ea que non sunt: tanq̄ ea q̄ sunt. Quid ad nos respicitis? q̄d nos intuemini in hoc facto: tanq̄ opus hois sit: et nō dei? Non ab hoie neq; p hoiem: sed a dño factū est istud: non em̄ homo: sed de⁹ est qui operat in cordibus hoīm: ad inclinādas eorū voluntates quocūq; voluerit. A dño inquā factū est istud: et ideo nō solū mirabile: sed immutabile esse debet in oculis nr̄is. Quis em̄ vel q̄d est homo vt adiuuet sensum dñi: vel spm̄ el⁹? Nouit ille qui q̄rit ouē perditā: et q̄d queratur: ⁊ vbi queratur: et quō et vñ reuocet: ⁊ vbi collocet: sic vt eā vlteri⁹ nō p̄dat. Quē ergo dñs vocauit: vide ne reuoces: quē de⁹ erexit: tu inclinare noli: nec ponas ei offendiculū: cui de⁹ manū porrigit ascēdenti. Sed iā videndū est q̄d pōderis habeat illud q̄d dicitis eū oblatū a parentibus. Videat prudēria vra quid habeat plus vigoris et rationis: vtrū illud q̄d factū est de ipso p̄ aliū ipso nesciente: an illud q̄d sciēs ⁊ prudens de se ipse fecit. Non arbitr ipse: sed gra dei: que volentem preuenit vt velit: q̄ volenté subsequit ne frustra velit: Ego aūt dico/q̄ votū parentū integrū manet: et oblatio eorū non est exinanita: sed cumulata. Nā et idē offert q̄d p̄ius oblatū est: et eidē offert cui p̄ius oblatū est: et q̄d p̄ius a solis parētibus oblatū fuerat: nūc offert a filio. Ceterea super hoc verbo precipere vobis nihil habeo: cōsiliū aut do. A dño egressus est sermo: nolite impedire cursum gratie dei: nolite reputare primitias bone voluntatis: q̄d cū in eo ceptū est: de spūsancto est. Vos autem nolite dissimulare iniuriā quā nobis inferris: cū nūq̄ vos leserim⁹ in hac parte: vt fratres quos de⁹ misit ad vos: vellem⁹ subtrahere vobis. Nouerit aūt ipse thomas si irritū fecerit votū suum: cui⁹ me testē adhibuit: nouerit ali⁹ q̄cunq; sit ille qui eum ad hoc impulerit: q̄ascendā ex aduerso: ⁊ stabo cōtra eos in die dñi. Sed interim melius est ei vobis et nobis: seruare vnitatem spūs in vinculo pacis. Vale.

pō.cxxj/ vij.

mat.v.

pō xcvij

ſ.Thes.v

ſ.coz.vij

Ro. iiij.

pō.cxvij.

Epō.iiij

¶ Ad aluisum arrebatēsem epm̄ p eodē. Epla.cccxxv.

Venerabili pri ⁊ amico nro aluiso dei gra arrebatēsi epo: frater Bernardus vocatus abbas: saluté ⁊ nras qualescūq; orones. Rogatus nos p ecclia sci Bertini: quā et vos diligitis: ⁊ nos ipsi diligim⁹: ⁊ dilexim⁹ ab initio. Verūtn q̄ nūc rogat venerabilis abbas eiusdē monasterij: vtinā diligenti⁹ p̄sideraſſet p̄udētia vra/quale sit istud nō dicā facere: sed vel rogare. Nec; cū dubito quin redarguisſetis cū tāq̄ qui delinqueret grauiter ⁊ aduersum nos amicos suos: ⁊ aduersum ip̄m cui⁹ animū querit: immo et aduersus deū cui⁹ conatur immutare consiliū. Quid enim dñe pater id vobis p̄suaderi potuit: vt ab amico vestro tale aliquid peteretis? Vocat deus thomā de celo: vocat vt exeat de terra sua: et de cognatiōe sua: ⁊ de domo p̄ris sui: et veniat in locū quem ipse ei ostēdit: ego q̄s sum qui p̄ohibeam ſpm̄ dei: qui debeaz impedire cū qui ꝓprias oues vocat nouit p̄oprio: et ipse ante eas vadit vt alium non sequant: sed ip̄m: Thomas paupertatē elegit: ego eum ad diuitias delitiasq; remittā: Nec ignoro quin possint apud sanctū Bertinū fratres suā ipsoz operari salutē: sed quos illuc vocauerit de⁹: vt vnusquisq; in qua vocatione vocatus est: in ea p̄maneat. Scio scio vbi legerim. Nemo mittēs manū suā ad aratrū: ⁊ respiciēs retro: aptus est regno celorū. quo nequaq̄ ego fraudare velim charissimū filium meū thomam: ⁊ aiam que mihi a deo commissa est. Unde satis admiror quonā modo sub ip̄i potuerit tāte discretionis rem huiscemodi postulare. Ego em̄ q̄m de vestra: sicut scitis: dilectione p̄sumo: paulo minus resp̄deam/ q̄d ait dñs ad filios zebedei: nescitis quid petatis: nisi q̄ cogitaui non sic de charitate p̄sumendū: vt nō etiam sacer dotali cathedre deferretur. Ssacite ergo morem vestrū: honorificate etiā in hac parte ministeriū vestrū: et viriliter iuuate etiam has christi spōsas: vt cuz ad quem vocant spōsi thalamū: sine offensione/ sine dilatione mereant intrare. Agite inquā vt amicus spōsi: qui stat ⁊ gaudio gaudet p̄opter vocē spōsi: et sicut bene soletis iuuare ceteros: sic iuuate et istos: vt nō solū non extinguatis (quod absit) spm̄ dei: sed et coadiutores eius fidelem vos esse p̄obetis. Hoc em̄ oino certū sit paternitati vestre: qm̄ meo consilio/ siue p̄missione mea nusq̄ declinabūt: scio em̄ qm̄ ipse peccarē: ⁊ eos peccare facerē: si q̄d eis aliud consulerē aut cōcederē. Recedant ergo vota sua que distinxerunt labia sua. Alioq̄n vi- mat.xxi derint ipsi q̄bus credant dicentib⁹: ecce hic est xp̄s. ecce illic est: qm̄ oportebit eos mihi ante tribunal xp̄i super voto suo: cuius ego testis sum: respondere. iiij. mar.xiij Lu.xvij.

¶ Ad abbatem lesciensem. Epistola.cccxxvj.

Venerabili p̄ri lescīensis monasterij: ac filiorū dei⁹ frater Bernardus seruoz dei q̄ in claraualle sunt/ inutilis seru⁹: seruire dño in timore: ⁊ exultare ei cū tremore. Remisim⁹ vobis fratre robertū p̄mū p eo et cū eo precātes: vt clementius cū ipso agak in recipiendo: q̄ cū ceteris solet fugitivis reuerteri⁹. Nō em̄ par eē debet pena: vbi dispar est causa. Deinde vt ab obedientia: in qua cum periculo (vt ipe dicit) aie sue diu inuitus detentus est: amoueatur: ⁊ ad aliā in qua securius ⁊ salubri⁹ viuat: transferatur. Alioq̄n quātū intētione hois arrēdo: timeo ne illū irreuocabiliter amittatis. Ceterū aūt audiuim⁹ dñm abbatē grauiter infirmari. Cui⁹ nobis vitā vel morte flagitam⁹ citius renunciari: aut de vita licet mortali recipiam⁹ gaudium: aut de morte licet vitali luctū: siue vt verius fateaz: de qualibet et gaudiū simul ⁊ luctū. De vita quidē ipsi cōdolentes/ q̄ sit retardatus: ſz nobis gaudētes quib⁹ est p̄seruat⁹. De morte vero ipsi nimirū cōgratulantes p̄o adepto premio: nobis autē gemētes p̄o adempto necessario. Zuc.ix.

¶ Ad papam innocentium: p̄o aluiso arrebatensi episcopo. Epistola.cccxvij.

Mātissimo patri ⁊ dño dei gra summo pontifici Innocentio: Bernardus clarevallis abbas vocatus/ modicum id quod est. Nec nouū: nec mirū est: humanū animum posse falli vel fallere. Cauendū ⁊ hoc et illud: q̄ vtrobiq̄ periculū: ad vtrūq; cautelā vobis appositi magni consilij angelus: qñ dixit. Estote prudentes sicut serpentes: ⁊ simplices sicut columbe: vt nec prudentia decipi: nec simplicitas decipere posset. Marcianenses monachi venerunt ad vos in spiritu mendacij: ⁊ spiritu errotis: aduersus dñm et aduersus xp̄m eius. Verbū iniquum cōstituerūt aduersus arrebatensem ep̄m: cuius conuersationis ⁊ vite bonus odor fuit hactenꝰ in oi loco. Qui sunt isti qui vt canes mordēr: qui dicunt bonū malum: q̄ ponunt lucem tenebras? Qui sunt isti qui contra legem maledicunt surdo: et coram ceco ponūt offendiculū? Quare dñe iracoeria in filiū tuum: quare letificasti inimicos eius? Ubi est illud apostoli. Nolite oi spiritui credere: sed probate spūs si ex deo sunt. In dño cōfido: q̄ dissipabit consilium eorum: ⁊ cū apparuerit quod verū est: euacuabit q̄d ex falso est: vt mentita sit iniquitas sibi. Auribus nostris audiuimus ꝙ fideliter: ꝙ cōstanter locutus sit in cōspectu regis et principū/ p̄o fidelitate romane ecclesie: veniet ad vos in innocētia sua/ in die vocationis sue: p̄misit ante filium suū archidiaconus p̄sentiū latorē: cuius p̄sonā et mores/ vre māsuetudini cōmendamus. De cetero venit ad vos abbas sancti vedasti: homo plane mimicus sibi/ suis/ ⁊ ecclesie sue. homo q̄ accepit in vanū nomē abbatis: querit em̄ q̄ sua sunt: nō que iesu xp̄i. Sed ⁊ qualis pater/ talis ⁊ filius qui cū eo est: q̄ nec cōscie tie: nec sue fame pepercit: subsannatio ⁊ illusio his q̄ in circuitu eius sunt. B. loquo: monachum eius. Spūs veritatis det vobis diuidere lucem a tenebris: det vobis reprobare malum: et eligere bonum. ſ.Reg.xxj. viij.

¶ Ad alardū monachum. Epla.cccxxviij.

Electo filio suo Alardo/ frater Bernardus pater ne dilectiōis affectū. Conquerit frater Adamarus ꝙ ei nimis amarus exteriꝰ: nō solū q: te agēte/ domo expulsus sit: ſz q̄ ꝙ te p̄hibente/ reconciliari nō possit. Et ego q̄dem nō nisi bono zelo te id facere crediderim. Sed cū recordor tue illius obstinationis: quā tibi amicissima vt scis fiducia soleo sepe improperare: vereor ne idem zelus meus non sit sin sciam. Nam vt ipsa regule verba ponā: quante audacie est quēq̄ ecclesiastice/ aut excōicare/ medum eliminare: abbate sc̄z absente et nesciente? An nō magis me humiliare/ erat: alij nō facere quod tibi nolles fieri? Immo me p̄fectionis esse debuerat/ ap̄lm potius imitari dicentem: factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Et rursum. Uos q̄ ꝙnales estis: instruite hmōi in spū lenitatis: cōsiderans teip̄m ne ⁊ tu tēteris. At p̄ior inquies illū eiecit: non ego. Et hoc quidē ipe noui. Sed te suadēte: te oīmodis cōpellente. Uīn et nūc cū eū sicut audiui: ipse q̄ p̄ior: miseratus cupiat reuocare: te in tua pdurante duricia: nō finitur emēdare q̄ cōpulsus est indiscretus egisse. Rogo que est hec securitas: vt ceteris oibus miserantib⁹: ipso q̄ dño abbate ꝓpitio: tu solus implacabilis/ flecti non queas vt recipiak? An non legisti. Judicium sine misericordia ei q̄ nō fecit miam? An oblitus es q̄ rursum scriptuꝝ est. In qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis? An vero contēnis quod misericordibus p̄omissum est: quoniaz ipsi misericordiam consequent? Sed nescis inquis q̄ iuste expulsus fit. non quero: nec curo modo. Sed hoc tantū quero:: hoc causor: hoc vehementer admiror: q̄ humiliter satisfaciēs: instanter petens: patienter sustinens: emendationē p̄mittens: nec sic quidem exaudiri meremur vt iuxta apostoli⁹ confirmetur in eo charitas: ⁊ fin magistrū nostrum/ probetur iterū in omni patientia. Certe si iniuste expulsus fuit: iustum est vt reuocet. Si iuste: piū est vt recipiatur. Unde et hoc nostrum consiliū: licet indiscussa causa: arbitramus sum esse securū: quo fit vt siue per iusticiā: siue p misericordiam: a iusto ⁊ misericordē deo nō recedak. Rogo ergo te dilectissime fili: vt q̄ō ille suis apud te precibus non meruit: vel nostris: quas tā longe queſuit: valeat adipisci. ſ.coz.ix. Jaco.ij. mat. vij. mat.v. ij.coz.ij.

¶ Ad papam innocentium. Epistola.cccxlix.

Mantissimo patri et dño innocēcio summo pōtifici: frater. B. clarevallis vocatus abbas modicum id q̄ō est. Cadit in interitū remensis ecclesia: data est in opp̄obrium ciuitas gloriosa: clamat trāseuntib⁹ per viā: ꝙ nō sit dolor similis dolori ei⁹. Ssoris em̄ pugne: intus timores. Sed et intus pugnat: q̄m filij eius pugnāt cōtra eā: nec habet generatorē q̄ liberet eam: vnica spes ei? Innocētius: qui abstergat lachrymas a maxillis eius. Sed vsq̄quo dñe clypeus p̄tectionis vestre nō opponit: vsq̄quo cōculcabit: nec inuenient sublenantem? Ecce rex humiliauit se: et ā quieuit indignatio ei⁹. Quod ergo superest: nisi vt manus apostolica supponatur afflicte: et plagis eius curā adhibens et fomenta. Primū itaq̄ esse credimus vt maturet electio: ne insolētia remētis populi disperdat si q̄d residuū est: nisi in brachio excelso furori ei⁹ resistatur. Si hec rite celebrata fuerit: confidim⁹ ꝙ in reliquis quoq; dabimus sit dño gratiam ⁊ effectum. esa.lxiij;

¶ Ad eundem. Epistola.cccxx.

Mātissimo p̄ri ⁊ dño dei gratia summo pontifici Innocentio: frater. B. clarevallis vocatus abbas modicū id q̄ō est. Gratiā quam inueni in oculis vestris: nolo habere solus: cuz amicis eam volo diuidere. Nō enim timeo ne forte nō sufficiat mihi ⁊ illis. Magna enim est. Multos possum facere participes eius: verūtamē ego exinanit⁹ nō ero. Quod igitur gratis accepi: gratis dabo: et liberalem me facit vestra liberalitas: sed de vestro. Presentiū latorē virū cōmendabilē vobis cōmendamus. Amicus est domine pauperū christi: et seruus seruoū tuorum. Pero dñe si q̄d habuerit apud nram excellentiam: vt eū solita pietate p̄o nobis exaudias: immo p̄o ipso: qui talis est: vt per se tantum merito debeat exaudiri.

¶ Ad eundē. Epistola.cccxxxj.

Euenis iste magnanim⁹ (vt aiunt) ⁊ strenuus in opere militari: vt melioꝛem militet militiam: p̄ficiscatur hierusalē. Rogat puer vester rogatus ab ipso: in bono opere quod cepit: vestram mereatur percipere ꝙsolationē. sed tuo tempore/ sed occasionē: sed benedictionē. Propinquus noster est: ⁊ carnē meam iuxta prophetam/ non debui despexisse.

¶ B. cancellario. Epistola.cccxxxij.

Redeceſſo: vester bone memorie hiamericus cācellarius: dñm merentem ep̄m speciali amplecte bak dilectione: ⁊ nūcios ei⁹: quoties romā veniret. plurimū acceptabat: ⁊ iuuabat studiosius. Unde rogo vos q̄s per eadē gradi vestigia: ⁊ nobili epō in magna necessitate posito/ armis ecclesie subuenire.

¶ Ad dñm Bernardū abbatem. Epla.cccxxxiij.

Electo patri ac venerabili dño suo Bernardo dei voluntate ac gra clarevallis abbati reuerēdissimo: frater iohānes minister suus qualēcūq; casemarij abbas: feliciter currere: ac felicius xp̄i pierate ꝙsummare. Memor: dulcedinis/ ac familiaritatis: quā mihi indigno pietas vestra quondā exhibuit: aperire cogitationes mei cordis paternitati vestre quasi cor: a positus p̄esumo: vestra magis de mansuetudine cōfisus: q̄ de offensa suspectus. Spero nāq; affectionē ac dilectionē quam erga vos habeo: pietatē vestrā nō latere: et si aliq̄d etiā stultū dicerē: confido vos benigne ac mansuete quasi patrem filio ignoscere. Dictū est mihi pater charissime/ q̄ de hac re q̄ non ita prospere vt forsitā volebatis contigit (de via vero hierosolymē loquor) multū tristamini: eo q̄ ecclesia dei vel gloria non: sicut desiderabatis: accreuit. Quapropter q̄ō mihi p̄o hoc diu cogitāti⁹ de⁹ (vt credo) in corde misit: vobis humiliter suggero: nimiz perpēdes: q̄ sepe paruo cuilibet dñs aliq̄d ostendit: q̄ alicui magno et multis donis repleto/ videre nequaq̄ concedit: sicut moysi sancto facie ad faciē cum deo loquenti: Jetro alieni genā consiliū dedit. Uiderint itaq; mihi q̄ oipotens deus de hac via multū fructum fecit: non tā ex ordine/ quo ipsi viatores arbitrabātur. Siquidē si hoc quod ceperant: sicut decet xp̄ianos: iuste ac religiose prosequi vellent: dñs cum eis esset: ac magnū fructū per eos p̄fecisset. Sed q̄m ipsi ad mala sunt deuoluti: et hoc nequaq̄ dñm: q̄ autoz exo.xxiij

Universidad de Deusto
Biblioteca

vie fuerat: a principio latere potuit: vt sua prouidētia in sui dispositione nō fallererur: malicia eoꝝ in suā cōuertit clemētia: et immisit eis psecutiones ⁊ afflictiones: qb⁹ purgati ad regnū puenire possent. Deniq; pfessi sunt nobis q̄ redibant: q̄ vidissent multos ibi moriētes: qui libenter se mori dicebāt: neq; velle reuerti ne amplius in peccatis reciderent. Sed ne in dubiū veniat: qđ dico: quasi patri meo spūali in cōfessione aperio: q̄ patroni loci nr̄i beatus Johannes et paulus sepius nos visitare dignati sunt: quos ego sup hac re interrogari feci: ⁊ hmōi sententia respōderūt. Dicebāt̄q; multitudinē angelorꝝ q̄ ceciderāt: de illis q̄ ibi morꝫ tui sunt: esse restaurata. Hoc aūt scitote q̄ magnā vestri memoriā habuerūt: finemq; vestrū cito venturū predixerūt. Quia igit bene res: et fi nō fm hoim desiderium: tamē fm dei proposituꝫ euenit: vestre erit prudētie in ipso de hac re consolari: cuius solius gloriam queritis et desideratis. Idcirco nāq; vobis et exhortandi ⁊ operādi gratiam in hoc negocio dedit: quia bonū quod inde facturus erat: preuidit. Ipse igitur cursum vestrū feliciter cōpleat: noscq; vobiscū in sua gloria cōstituat.

¶ Ad rollandū cardinalē et cancellariū. Epla. cccxxiiij.

Domino ⁊ amico charissimo Rollando dei gratia sancte romane ecclesie presbytero cardinali et cancellario: frater Bernardus clarevallis vocatus abbas: salutē et deuotas orationes. Scripta dilectionis vestre eo affectu suscepimus: quo semper apud nos est in benedictiōe memoria vestra. Nec sane egere vos credimus humane gratie verbis: aut commendaticijs epistolis ad nos: q̄nquidem vtriq; nostrum indubitabile (nisi fallor) testimoniū perhibet spiritus veritatis: q̄ sincere et diligamus vos: ⁊ diligamur a vobis. Ille inquā spūs: per quem et diffundit charitas ista in cordib⁹ nostris. Vndica⁹ deus qui fm suā miam eugenij nostrū: immo suum preuenit in benedictionibus dulcedinis: parare scilicet lucernā christo suo: et premittere virum fidelem ad adiutoriū eius: et nostrā quoq; plurimā consolationē. Nā cū molesta esset amico amici vocatio et absentatio: cuius nimirū presentia ⁊ frui delectatur in dño: iam tunc: vt manifeste video: cogitabat ipse cogitationes pacis: et non afflictionis: et dicebat: Quod ego facio tu nescis modo: scies autē postea. Vobiscū solicitus charissime p eo cui re cōsolatore ⁊ cōsiliariū ordinauit deus: et obserua caute fm datā tibi sapiētiā: ne forte inter tā multiplicia negocia: ne tumultus: malignoꝝ fraude circūueniri possit vt subripiatur ei verbū qđ indignū sit eugenij aplatu. Age inquā dilectissime p loco quē tenes: p ea quā adeptus es dignitate: viriliter et prudēter exerce q̄ in te est zelū dei: ad gloriā ei⁹ ⁊ salutē tuā: et ecclesie sctē plurimā utilitatē: vt dicere possis et tu: quia gra dei in me vacua nō fuit. Hactenus quippe eruditioni multorū fideliter ⁊ vtiliter insudabas: celo et terra restitubus: sed iā rēpus faciēdi dño: ne patiaris: qđ in te est: dissipari ab impijs legē eius. Cura pinde delectissime ⁊ desideratissime pater: etiā in hac dispēsatione inueniri fidelis dñi seruus ⁊ prudēs: quatenꝰ ⁊ p re faciat colūbina simplicitas: et pro ea q̄ tue q̄ maxime fidei et solicitudini credita est: dñi tui spōsa: aduersus venenatas maligni et antiqui serpentis astutias: militet prudētia serpentina: ⁊ in vtraq; glorificet deꝰ. Multa q̄dem habeo vobis dicere: sz nō est opus longa epla: vbi pñs est vox viua. Vobiscū vestris pariter et nostris occupationibus parcens: posui verba mea in ore presentiū fratrū: tanq; me ipsos audite. Valete.

Joh. xiij

¶ Ad. B. diaconū cardinalem. Epistola. cccxxv.

Domino et amico charissimo. B. dei gra sctē romane ecclie diacono cardinali: frater. B. clarevallis vocat⁹ abbas: salutē et deuotas oīones. Benedict⁹ tu a dño: q̄ tam copiose pueniſti nos in benedictionib⁹ dulcedinis: vt si qua mie viscera: si q̄d affectiōis: si q̄d charitatis inuenik in nobis: totū sibi merito vēdicet illustris animi rui tā deuota humilitas humilisq; deuotio. Nā et antea exultabā oīno: ⁊ gratulabar zelo boni: quē in te esse fratrū nostrorꝝ relatiōe didicerā: sed iā eo amplius: si q̄d possum in dño: tue dilectiōi me sentio debere: quo deuotiꝰ ⁊ humiliꝰ paruitati nre cōmēdatū te reddere studuisti. Vñ et solicitꝰ fui fratribus nostris indices tui pectoris legere litteras: plenas deuote affectionis: plenas pietatis ⁊ gratie: benedictionē q̄ quā destinaueras exhibere: ⁊ pcipere (sicut rogasti) in memoriā tui ⁊ nr̄oꝝ: ipsis in vasis missaꝝ solēnia celebrari. Fac iat deꝰ in magna domo sua vas in honorē: vt de te quoq; nos charissimi tui operū testimonio: qđ plurimū desideramꝰ: mereamur audire: qm̄ vas electiōis mihi est iste. Testis em̄ nobis est spūs veritatis: p quē et diffundit charitas ista in cordib⁹ nr̄is: quō te cupiam⁹ in viscerib⁹ ihu xpi. Quia ergo emulamur te dei emulatiōe: nō mō est ad cū p te dep̄recatio nostra: sed etiā ad teip̄m: vt solicite p̄uideas quō te oporteat cōuersari in domo dei: et in sorte ministerij hui⁹. Dico em̄ nō de p̄sumptione deus scit: sed de charitate: qm̄ iudicium grauet his q̄ p̄sunt: si nō etiā p̄desse laborāt: et ecōtra: qui bene mīstrauerit: gradum bonū acquiret. Tu ergo dilectissime et desideratissime dñe: declina obsecro magis ac magis a malo ⁊ fac bonū: nec inueniaris in xpi hereditate q̄rens que tua sunt: sed memor esto semp aplicā illius: Nihil intulimus in hūc mūdū: haud dubiū q̄ nec quicq̄ auferemus. Mobrē eā q̄ immortalis est: animā tuā serua charissime: ne qua occasione auelli aut eradicari queat ab affectu cordis tui: qđ dñs loquit in euāgelio. Quid p̄dest (inq̄t) homini si vniuersum mundū lucret: se aūt ipm̄ p̄dat: ⁊ detrimētū sui faciat? Miseri proꝑus miseri: qui in bonis duc̄t dies suos: vt in puncto ad inferna descendant. Cum em̄ interierint nō sument oia: nec descēdet cū eis gla eoꝝ q̄m vapor: est ad modicū parens. Nec cogita dilectissime: et hec meditare iugiter: ⁊ in cordе tuo describe ea: nec a memoria tua vllatenus recedant. Vale.

Sap. vj. Sap. vj. Jac. iij. mat. xvj. Job. xxj ps. xlviij

¶ Ad Robertū abbatē de dunis. Epistola. cccxxvj.

Patri ⁊ amico charissimo roberto abbati: frater. B. de claraualle quod amico charissimo. Et tarde notus: ⁊ cito es mihi sublat⁹ roberte charissime. Sed cōsolor: q̄ solo de corpore patiar b: ⁊ spū semp es mecū. Mō tñ vel ip̄m q̄n ego equanimiter tolerarē: si solus nō eēt in causa de⁹? Erit erit q̄n reddemur nobis: q̄n ⁊ q̄sq; de se: ⁊ vterq; de inuicē plene gaudebim⁹ p̄sentes nobis in vtraq; portione nr̄i: in neutra deinceps ab alterutro diuidēdi. Plutinū erit tāte cōiunctiōis: q̄ casu nūc est tātille separationis: p̄sens ppetuo futur⁹ nobis: p̄sentes nos nobis ppetuo seruabit⁹. Salutamus oēs filios vestros ⁊ nostros: ⁊ rogamus vt oremꝰ pro nobis.

Act. ix.

¶ Ad eundem de Iderio. Epistola. cccxxvij.

Mārissimo fratri ⁊ coabbati suo roberto de dunis: frater. B. clarevallis dict⁹ abbas: salutem. Sup hoc fratre quē adeo nō solū inutilē: sz etiā onerosum esse nūciastis: absq; eo qđ intrinsecus latet: quale nobis ipsis: tale et vre dilectioni dam⁹ p̄filiū. Nobis siquidē videt p̄ his q̄ de ipso retulistis: q̄ in p̄batione sua se nec p̄babilē exhibuit: nec receptibilē: ⁊ ideo meruit vt rationabiliter ⁊ sana p̄scientia valeatis malū auferre ex vobis. Verūm si pietati vre placet: superaltare miam iudicio: adhuc ip̄m potestis retinere sine p̄fessiōe quātovobis tpe videbit. Hoc aūt oīno dissuadem⁹: ne eū in hoc statu recipiatis ad p̄fessionē: sz iterū p̄bet⁹ si forte se talē exhibere valeat: qualē debet. Sinaute ferro abscissōis vtendum est: ne vna ouis morbida totū gregem contaminet.

Gen. xxviij. j. Cor. x

¶ Ad abbatē balduinū de castellione. Epla. cccxxvij.

Et in hoc cognoui q̄ diligis nos: quoniā timuisti nobis. Verūtamen gaude: q̄ timor: quē timebas non accidit nobis. Diligenter est res iniquitata: quēadmodū monuisti: ⁊ inuētus est dolus in ore eius: qui ista dixit tibi. Unum e duobus nullatenus dubites. hominem videlicet aut ex malignitate: aut ex suspitione locutum. P̄: oculdubio conuerteretur dolor: eius in caput eius: et in vertice ipsius iniquitas eius descēdet.

Bak. vj. Ps. xvij.

Reus est enim illius rei: quā alteri conatur impingere.

¶ Ad balduinū nouiomēsem epm. Epistola. cccxxix.

Domino Balduino nouiomensi epo: frater. B. clarevallis vocat⁹ abbas: meli⁹ q̄ meruit. Mittо vobis puerū istū p̄sentiū latorez: comedere panē vestrū: vt p̄obē de auaricia vestra vtrū cū tristicia id feceritis. Nolite lugere: nolite flere: paruū ventrem habet: paucis cōtentus erit. Gratiā tñ vobis habem⁹ si doctio: a vobis q̄ pinguio: recesserit. Maneries locutiōis p sigillo sit: q: ad manū nō erat: nā neq; gaufrid⁹ vr.

¶ Ad henricū archidiaconū. Epistola. cccxl.

Dilecto suo henrico archidiacono: frater bernardus clarevallis vocatus abbas salutez ⁊ orationes. Breuiter vobis de ꝓposita questione respondemus: sine p̄iudicio tm̄ sanius sapiētis. Raptū ex vtero puerū ob periculū mortis laicus q̄dā (vt dicitis) baptizauit: cōem verboꝝ formā nō tenēs: sed dicēs baptizo te in nomine dei ⁊ sancte ⁊ vere crucis. Queritis vtrūnam baptizat⁹ sit puer: an magis si vinit baptizādus. Ego vere hūc baptizatū puto: nec sonū vocis: veritati fidei ⁊ pietati intentionis p̄iudicare potuisse. Ut em̄ taceā q̄ in noie dei vnā exp̄ssit substantiā trinitatis: in eo ipso quod addidit sancte ⁊ vere crucis: manifeste cōmēdauit dñicaꝫ passionē. Nisi forte putem⁹ apostolū cōtra id qđ quidē alio loco dixerat: q̄ gloriak in dño glorier: i ipa ligni substātia: ⁊ nō magis i crucifixi gratia gloriari: cū diceret: mihi aūt absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri Jesu christi. Neq; em̄ cū iuxta cōmunē ecclesie cōstitutionē: baptizantes dicimus: in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: ⁊ aliud intelligendū est q̄ in cōfessione trinitatis. Porro aūt p̄fessio sancte crucis: nō nisi crucifixi cōfessio est. Legimus sane in actib⁹ apostoloꝝ: nō mō in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: ⁊ aliquos baptizatos. Pergitis aūt querere de ipso baptizatore: vtrūnā peccauerit: an vor alijs formā hanc liceat imitari. Quasi vero cōsequens sit: vt si in facto hominis ipsa cū videk excusare simplicitas: vt aut nullū: aut nō magnū peccatū fuerit: cōtinuo etiā inueniantur excusabiles: qui sua temeritate cōtra formā ecclesie nouū baptizādi vellēr inducere morē. Mō si q̄s eū peccasse cōtendit: ego tantū nō crediderim fuisse peccatū: vt vel baptizatoris: vel ipsius q̄ baptizatus est: potuerit p̄iudicare saluti. Neq; em̄ ecclesiastica cōtempsisse formā: sed ex deuotione quadā festinātis fidei: in hāc vocē erupisse videtur.

Acts. x. j. Cor. j.

¶ Ad monachos ecclie sancti Bertini. Eccla. cccxli.

Dilectissimo sibi i christo vniuerso cōuentui monasterij sancti Bertini: frater Bernardus clarevallis vocatus abbas: salutē ⁊ oratiōes. Ita quaeso ita facite dilectissimi. Discipulus q̄ppe p̄ficiens: gloria est magistri. Quisq; in schola xpi nō p̄ficit: ei⁹ indign⁹ est magisterio: p̄sertim tm̄ vbi sumus: vbi nihil in eo dē statu p̄manet: et nō p̄ficere: sine dubio deficere est. Nemo p̄inde dicat satis est: sic volo manere: sufficit mihi esse: sicut heri et nudiustertius. In via resedit q̄ eiusinodi est: in scala substitit vbi neminem patriarcha vidit non ascendentē aut descēdentē. Dico ergo. Qui se existimat stare videat ne cadat. Ardua ⁊ angusta est via: ⁊ nō hic: sed in domo p̄ris mansiones sunt multe. Itaq; qui se dicit in xpo manere: debet sicut ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare. Jesus em̄ (vt ait euāgelista) crescebat ⁊ p̄ficiebat sapiētia ⁊ etate et gra apud deū ⁊ homes. Ille nō restitit ergo: sed exultauit vt gigas ad currendam viā: et nos quoq; si non desipimus: curremus post eū: trahemur in odore vnguētoꝝ ipsius. Alioqn si elōgari cōtigerit: erit pigritia animе ⁊ labor iosior: et periculosior: via: dū nec odore recreari: nec certa possit agnoscere vestigia lōgius abeūtis. Sic ergo currite fratres: vt cōprehēdat. Mō sane ita fiet: si nequaq; arbitramini vos cōprehēdisse: sz obliti q̄ retro sunt: extēditis vos in anteriora: si app̄rehendatis disciplinā: neq; ira scak dñs ⁊ pereatis de via iusta. Qui edit me (ait sapiētia) adhuc esurient: et q̄ bibit me adhuc sitient: vt nouerit piger q̄ digne

Ro. viij.

p̄ora: sus lapidak sterco: ib⁹ bonꝰ: fastidiū sibi nō de satietate sed de inedia generari. Deniq; qui oia cooperank in bonū his qui fm̄ p̄positū vocati sunt sancti: in ouear nos ipm̄ quoq; secularis cupiditatis exemplum. Quem enim ambitiosum vidimus aliquando contentum adeptis dignitatibus ad alias non anhelare? Sic et curiosi cuiusq; non satiatur oculus visu: nec auris impletur auditu. Quotum qui auaricie seruiunt: aut amatoꝝ es sunt voluptatū: seu vanas sectantur hominū laudes: nonne ⁊ ipsoꝝ insatiabilia desideria arguit nos negligētie et repiditatis? Pudeat certe spirimaliū nos bonoꝝ minus cupiditos inueniri. Erubescat anima cōuersa ad dominū minoꝝ affectu sectari iusticiam: q̄ iniquitatē antea sectaretur. Est enim causa quo q̄ valde dissikis. Stipendium quippe peccati mors: fructus aut̄ spūs: vita eterna. Pudeat p̄inde negligentius nunc in vitā: q̄ prius in mortem ire: et minoꝝ studio salutis acquirere q̄ perditionis augmentū. Nam vt omnino simus inexcusabiles: in via vite quo citius: eo facilius curritur: ⁊ leue saluatoris onus: quo crescit amplius: eo portabilius est. Nōne et auiculas leuat: nō onerat: pennarum siue plumarū numerositas ipsa? Tolle eas ⁊ reliquū corpus pondere suo fertur ad ima. Sic disciplinam christi: sic suaue iugum: sic onus leue: quo deponimus eo deprimimur ipsi: quia portat potius q̄ portak. Onerosa alicui videtur silētij disciplina. Sed pphera magis robur q̄ onus esse considerans ait: In silentio ⁊ in spe erit fortitudo vestra. In silentio (inquit) et spe: q: bonū est prestolari dñm in silentio. En eneruat quippe animā p̄sentium consolatio: roborat expectatio futurorum. Bene ergo fecistis dilectissimi addere aliq̄d ad priorem silentij regulā: quod nimirū predicto attestante prophera: cultus iustitie est. Bene fecistis alienādo vos magis ac magis ab actibus secularibus huius: que est munda ⁊ immaculata religio. Modicum quippe fermentū fratres totā massam corrūpit. et muscе morientes exterminat oleū suauitatis. Quid prodest ranti corporalis pariter et spiritalis laboris atq; exercitij fructū: vilissima aliqua p̄solatione: immo desolatione minus acceptabilem fieri: aut certe et periclitari? Quātam interne cōsolationis dulcedinem: et gratiam visitatiōis diuine: p̄repedit hmōi mugarū vapor ad modicū parēs? Pretertim nos monachi: quoꝝ certe velim⁹ nolim⁹ in laborе vita est: plane miserabiliores sum⁹ oibus hoibus: si pro tā exiguis ⁊ tā parimur detrimēta. Quid em̄ insipientie: immo q̄d insanie est: vt q̄ maiora reliq̄mus: minoꝝ ⁊ cū tanto discrimine teneamus? Si mundū cōtēpsim⁹? vniuersum: si abrenūciauim⁹ affectib⁹ p̄opinquoꝝ: si monasterioꝝ carceri mācipauim⁹? nos incarcerip̄sos: si deniq; nō venimus facere voluntatē nostrā: sz impoſuim⁹ hoies super capita nostra: q̄d nō oporteret fieri: ne forte cōtingat hec oia nobis in insipientia nra ⁊ negligentia deperire? Agite ergo dilectissimi: ⁊ in his q̄ cepistis: solliciti estote p̄seuerare et abundare magis: vt augeank indies incremēta frugū iusticie vre. Etem̄ q̄ parce seminat parce ⁊ meteт: ⁊ qui seminat in benedictionib⁹ de bñdictionib⁹ et meter. Et certe modicum seminis incremētū nō modica messis multiplicatio est. Hec nos fratres: q: audito p̄fectu vro/exultauim⁹ et delectati sumus: dignū durim⁹ scribere charitati vre: cupientes admonitos vos esse: vt obseruationes factas q̄ saluare p̄tias vestras: digna deuotiōe suscipiatis ⁊ amplectamini. Scitis em̄ q: hilarē datorem diligit deus. Oratem pro nobis vniuersitatem vestram christus custodiat.

j. Cor. ix. Ibidem

¶ Ad Leoniū abbatē scti Bertini. Epistola. cccxlij.

Dilecto suo charissimo Leonio sancti Bertini venerabili abbati: frater Bernardus clarevallis vocatus abbas: salutem in eo qui mandat salutes iacob. Et merito confidam de vobis charitas vestra palam fecit: que inuenta occasione seipsam innotescendi: non potuit latere sub modio. Et: ariſſima habeo illa officia humanitatis que fratribus nostris impenditis: qui habitant iuxta vos. Quod illis facitis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi facitis: immo sic magis mihi facitis/q̄ si mihi facere tis. ℣Obsecro ergo vt pseueret hec solicitudo vra pro eis: q̄m loge facti sunt a nobis: vt nō possim⁹ eis put oport⁹t assistere. Sit ergo vre benignitatis vicē nostrā supplere: vt vos ipsis in patrē: & ipsi sint vobis in filios. Si forte venerit tps quo tāte charitati respōdere possim⁹: q̄ non simus ingrati/ fides oculata monstrabit. Vale.

¶Ad monachos ecclesie sancti Bertini. Epla. cccliij.

Quicūq̄ meis impendit: mihi dat/ quicūq̄ infundit in viscera meis. Scio cui credidi et certus sum: scio q: diligitis nos: nō verbo et lingua: sed opere et veritate. In argumentū quippe dilectionis & gratie: quā fratres nri inuenerūt in oculis vestris: non verba procedūt: sed opera: eo vtiq̄ puriora apud deū: & gratiora apud hoies quo de sola gratia dāris prouenīūt: preter meritū accipiētis. ℣Pro his igit gras agim⁹ vniuersitati vre: pro his oibus debitores sumus vobis: si q̄d sumus: si q̄d possim⁹ et nos & fratres nri. Sed ne parū vobis sit acceptos esse oib⁹: accepti estis et deo meo. Nā q̄ vni ex minimis ei⁹ fecistis: ipsi fecistis. Quid q̄ nō vni tantū: sed plurib⁹ ex minimis ei⁹ fecistis! In oibus his penes me nō retributio multa: q̄m inops et pauper sum ego: sed dñs retribuet pro me. Ipse qui retribuit: est oim bonor: retribuat vobis: q̄ pauperes ei⁹ prevenistis in benedictionib⁹ dulcedinis: & in exēplo charitatis. De preteritis gras agim⁹: de futuro precamur/ vt bonū facientes non deficiatis: tempore enim suo meteris de semine boni operis manipulos pacis & glorie: q̄ nobis prestet deus. Amen.

mat. xxv

pū. lxxxv pū. cxxxj viij.

Gal. vj.

¶Ad matildē reginā anglorum. Epistola. cccxliiij.

Illustrissime dñe & dilectissime in xpo filie (q̄ nō ex psumptione loquor: sed ex affectu) Matildi dei gra anglor regie: bernardus. Si de vra sublimitate psumo: nō est mirū. Jā em̄ nō ego sol⁹ sentio: sed oēs pene nouerūt quō nos acceptetis: & quāto nos diligat affectu. Propter q̄ rogat⁹ sum a quodā amico vro venerabili abbate de capella: vt p decima q̄dā vos regemus: vñ si dñ meministis bolonie vos rogaui: vos q̄ more vro benigne audistis me. Sed q: nondū factū est q̄ rogam⁹: ipse est vt iā petitio illa mancipet effectui. Decetero dñ seruate mihi filiū quē nūc peperistis: q: & ego q̄ (si regi nō displicet) in eo mihi vendico portionem. Vale.

¶Ad albericum inclusum. Epistola. cccxlv.

Frater bernardus de claraualle: fratri alberico inclusо: bonū certamē certare. Petis a me vt nec scio quā iciunij obseruantiā: quā a me imitā tā cellā reḡieras: ac mulierculaꝝ colloquia: q̄ et ti bi videlicet a me recordaris fuisse ꝓhibita: mea licēcia possis admittere: q̄ vtiq̄ ꝓpter inopiā (vt scribis) non potes euitare. Ego iā nullā sup te vsurpo mihi potestatē. Cōsiliū tibi dedi nō ꝑceptū: semp vel semel in die comedere: feminarū visitatiōes vel colloquia oīno nō admittere: manū te ope manuū sustētare: multaq̄ alia q̄ longū est mō ꝓmemorare. Vt si hmōi sumpt⁹ nequaq̄ tibi ad opus tā sumptuosum suppetere cerneres: nō deberes incipere q̄ ꝓsumma re nō posses. Hoc tibi tutū credidi cōsiliū: hoc nec meo cogeris tenere ꝑcepto: nec tū meo mutabis consilio. Vale.

¶Ad. B. abbatem. Epistola. cccxlvj.

Domino. B. abbati: frater Benardus quicūq̄ sibi. Scito fratrē. B. ex quo venit de crista: vbi medicamina sumpsit: cōuentum per oia tanq̄ vnū de validio: ib⁹ firmissime tenuisse: nec ei quicq̄ in alimentis/ pter q̄ cōmune fuit indultū fuisse: ad vigilias iugiter cū aliis extitisse. Ex hoc iā si aliter apud vos egerit: non ei consentiat. Certum em̄ sit vobis: non esse corporis egritudinem: sed animе passionem. Vale.

¶Ad abbatissam faberniacensem. Epistola. cccxlvij.

Bernardus vocatus abbas de claraualle. A. abbatisse faberniacēsi: pudicitie et gratie titulum. Fratres isti p cōsilio animarū suarū paternitatem nostrā adeunt⁹: de vestro bono studio: q̄ō in emendādo loco: cui gra dei pestis: habere vos ꝓhibent nō parū nos letificauerūt. Monem⁹ aūt et obsecram⁹ devotionē vestrā: q̄ sicut in reficiēdis domib⁹: ita renouādis moribus operā detis. Nō solū aūt de monasterio: sed etiaꝫ de hospitali domo dei: cui sub manu vra ꝓdicti fratres deseruiūt: intrētissime necesse est curā geratis: quatenus videlicet ab oi exactiōe et infestatione ministrorū seu clientum vestrorū: securā ac liberā custodiatis: quodq̄ illor⁹ prauo (vt audiuim⁹) cōsilio eidē domui ab alijs ante vos abbatissis collatū abstulistis: ꝑcamur vt restituatis. Sicut em̄ ad vestrā solicitudinē pertinet aliarū malefacta destruere aut corrigere: sic illarū si qua bona egerūt: nō solū firma & incōcussa tenere: sed etiā augmētare et multiplicare debetis. Presbyterū q̄ qui in ipsa domo habitant: suā adhuc foris rē habere videt: aut propium deserere: aut de domo exire cogatis. Valeat: & ꝓpter bonū quod de vobis audiuimus: de nobis si quid valemus: familiariter cōfidite.

¶Ad Odonē abbatem belliloci. Epistola. cccclviij.

Patri et amico suo Odoni abbati regularium clericorum belliloci: frater bernardus monasterij clarevallis dispensator: indignus salutē. Depositum huius hois: q̄ō (vt ipse ait) apud vos seruandum commisit: nec bonum est vobis: nec honorificum q̄ detinetis: si tamen detinetis. Nunc enim deplanctum ad me facere venit: vtiq̄ propter familiarem speciale mq̄ amicitiā: quam inter me et vos esse audiuit. De qua etiam ipse presumens (ad reuerentiam vobis dico) quare non potius calicē de altari vendidistis: quo tam improbitatis clamorem repulmeretis: si bos vel equus non erat vobis: qui venūdari posset: vt is q̄ō suū erat: reciperet. Parcite queso persone vestre: parcite bono nomini domus vestre: parcite sacre/que nunc est: quadragesime: et pauperi quod sine excusatione debetur: sine dilatione reddatur: ne & res amplius diuulgetur: et iam non sine maiori dedecore persoluatur.

¶Ad. UU. abbatē trecēsem. Epistola. cccclix.

Amico et conseruo suo dño. UU. abbati canonicorum clericorum trecensiū: frater Bernardus ecclesie clarevallis seruus inutilis salutem in domino. Clericum istum relinquentem seculum: nobiscum manere cupientem: ad vestrum potius ordinem: timens ne nostri difficultate frangeretur: confugere: persuasi. Commendamus ergo vobis eum/ vtpote nobis bene cognitum: vt honeste moligeratum: et in litteris eruditum: postremo tanq̄ dei seruum: quem per dei gratiam credo vobis futurū fidū solatiū. Neq̄ em̄ ipsum tā propter se/ q̄ ꝓpter vos: quē diligimus sicut nos: ad vos ire volumus: quē ꝓpter vite sue meritū libēter retinerem⁹: nisi esset illa causa: q̄ clericū delicatū/ laboris inexpertem suscipere formidamus. Vale.

¶Ad Rotgonem de abbatisuilla. Epistola. cccl.

Pro illustri etiam nobis quoq̄ dilecto rotgoni de abbatisuilla. B. clarevallis vocatus abbas salutem et nostras orationes. Perlatum est ad nos/ q̄ granum tibi esset: si presentie et colloquij nostri copiā habere valeres: et hoc ideo q: vnus de seruis altissimi me esse credit tua benignitas. Et ego dico tibi: q̄ pro hac tua humilitate: et pro bona tue nobilitatis fama/ quā audiuim⁹: mihi quoq̄ iocūda foret tua ꝑsentia. Sed licet hoc in nos humane pietatis bonū laudabile sit: non tamē perfectū. Nā hec corporalis quidem est visio/ & breuis: & nobis cū ceteris animātib⁹ comunis. Magis ergo ad illā eterne societatis iocundissimā visionez suspirare de

bemus & bonis operibus insistere: vt ad illā perueniam⁹. ℣Rogamus tuā dilectionem: vt terram illā que tui iuris est in parochia de carrenni/ de qua dilectus et familiaris noster abbas de alchi tecum locutus est: & q̄ deserta et inculta tibi tuisq̄ antecessoribus vsq̄ nūc inutilis fuit: ecclesie de alchi in elemosynam concedere digneris: quatenus & anime tue: et animabus antecessorum et successorū tuorum/ apud deum hoc tuum proficiat beneficium.

¶Ad hugonem nouicium postea boncuallis abbatem Epistola. cccl.

Carissimo in christo filio. M. noue creature in christo: frater. B. clarevallis vocat⁹ abbas: cōfortari in dño. Audita conuersione tua/ exultauimus et delectati sumus. Quidni gaudeāt homines vnde letant & angeli? Jā celebris agit dies: iā resonat in excelsis gratiarū actio et vox laudis. Adolescēs nobilis delicatus vicit malignū: spreuit mundū: corpus exposuit: propinquos renūciauit affectib⁹: paratos diuitiaꝝ laqueos trāsiliuit: q: pennatum aial erat. Unde tibi hec sapientia fili? Neq̄ em̄ tantā inuenim⁹ in senibus babylonis.

j. Ti. vj.

Ipsi sunt q̄ iuxta aplm (immo cōtra) diuites fieri volunt in hoc seculo: vt incidant in tentationē et laqueum diaboli. Hugonis nostri sapientia nō de terra est: sed de celo. Cōfiteor tibi pater/ q: absondisti hec a sapientibus: & parvulo revelasti. Tu quoq̄ fili ne fis ingratus beneficio redemptoris: sed pone animū puerilē: magis aūt parvulus esto malicia: sed non sensu. Non erat tenera oculis asperitas terre: memento q̄ asperior cardo pannū faciat leniorē: et cōuersatio cōscientiam. Aderit xpi suauitas: et prophete farinula pulmentuz incōmestibile condietur. Si tentationum sentis aculeos: exaltatū in ligno serpentē eneum intuere: & fuge non tam vulnera/ q̄ vbera crucifixi. Ipse erit tibi in matrē: & tu eris ei in filiū: nec pariter crucifixum ledere aliquatenus poterūt clauī: quin per manus eius et pedes ad tuos vsq̄ perueniēt. Sed inimici hois domestici eius. Ipsi sunt qui nō te diligebant: sed gaudiū suum exspectabant te. Alioquin audiāt a puero nostro. Si diligeretis me: gauderetis vtiq̄: q: vado ad patrem. Si prostratus (ait beatus hieronymus) iaceat in limine pater: si nudato sinu q̄ bus te lactauit vbera mater ostendat: si paruul⁹ a collo pendeat nepos: per calcatum transi patrem: per calcatam perge matrem: & siccis oculis ad vexillum crucis euola. Sum mū pietatis est genus in hac parte p christo esse crudelē. Frenetico: rum lachrymis ne mouearis: qui te plangunt de gehenne filio/ factū filium dei. Heu quenā miseris tam dira cupido? Quis tam crudelis amor: que tam iniqua dilectio? Eorum pūt bonos mores/ colloquia mala. Propter ea quātū poteris fili/ cōfabulationes hospitū declinato: ne que dñ aurē implent: euacuāt mentē. Disce orare deum: disce leuare cor: cū manib⁹. Disce oculos supplices in celum erigere: et patri misericordiarū miserabilem faciem representare in omni necessitate tua. Impium est sentire de deo q̄ cōtinere possit super te viscera sua: et auertere aurē a singultu tuo vel clamore. Decetero spiritualium patrum consilijs: haud secus q̄ maiestatis diuine preceptis acquiescendum in omnibus esse memento. Hoc fac & vines. Hoc fac et veniet super te benedictio: vt pro singulis que relinquisti: centuplū recipias etiam in presenti vita. Nec vero credas spiritui suadenti nimis id festinatum: & in maturio rem erate differendum fuisse: ei potius crede qui dixit: Bonum est homini cum portauerit iugū ab adolescentia sua: leuauit enim se supra se. Bene vale: et studeto perseuerantie que sola coronatur.

mat. xxv.

j. Cor. xiij.

iiij. reg. iiij.

Nu. xxj.

mich. vij

Iob. xliij.

thren. iij

¶Explicit liber epistolarum numero. cccl. melliflui patris Bernardi.

¶Sequitur eiusdem liber de consideratione ad Lugenium papam.

Diui bernardi abbatis in

libros de consideratione ad Eugenium pontificem maximum. Prologus.

Subit animū dictare aliq̄d q̄ re papa btissime Eugeni: vel edificet: vel delectet: vel cōsolet. Sed nescio quō vult et non vult exire lectra q̄dē: sed lēta oratio: dū certarim illi ptraria imperare cōtendūt maiestas atq̄ amor. Nēpe vtger ille: inhibet illa. Sed interuenit tua dignatio: qua hoc ipm nō ꝑcipis: & peris cū ꝑcipere magis te deceat. Maiestate igit ram dignāter cedēte: quidni cedat pudor? Quid em̄ si cathedrā ascēdisti? Nec si ambules sup pēnas ventor: subduceris affectui. ¶Amor⁹ dñm nescit: agnoscit filiū: et in infulis p se satis subiect⁹ est: obsequit spōte: gratis obtēperat: libere reuerek: Nō sic aliquis/ non sic: sed aut timore ad ista impellunt: aut cupiditate. Ibi sunt q̄ in facie b̄ndicūt: mala aūt in cordib⁹ cor. Blādiunt coā: in necessitate deficiunt. At charitas nunq̄ excidit. Ego (vt verum fatear) marīs fuz liberat⁹ officio: sed nō dep⁹ redat⁹ affectu. Olim mihi inuiserat⁹ es: nō tam facile eruēris. Ascendi in celos: descēdes in abyssos; nō recedes a me: sequar te quocūq̄ ieris. Amaui pauperē: amabo pauperū et diuitū patrē. Nō em̄: si bene te noui: q: pater pauperū fuer⁹: ideo nō pauper spū es. In re hāc mutatione factā esse confido/ nō de te: nec p̄ioi statui tuo successisse promotionem: sed accessisse. Monebo te proinde nō vt magister; sed vt mater: plane vt amās. Amēs magis videar: si ex qui nō amat: ei qui vim non sentit amoris.

A

p̄ō. xxvij j. cor. xiij

mat. viij

¶De consideratione. Liber primus.

Vide iam ergo inci

piam? Libet ab occupationibus tuis: q: in his maxime condoleo tibi. Condoleo dixerim: si tamē doles et tu. Alioquin doleo/ magis dixisse debueram: quia nō est condolere vbi nemo qui doleat. Itaq̄ si doles: condoleo. Si non: doleo tamē: et maxime sciēs longius a salute abstinere mētem q̄ obstupuit: & egrū sese nō sentiētē periculosius laborare. Absit aūt: vt de re id suspicer. Noui q̄dē delitijs dulcis quietis tue nō lōge antehac fruebare: nō potes dissuenisse tā cito: ita subito nō dolore nuper subtractas. Plaga recens/ dolore non caret. Neq̄ enim iam occaluit vulnus: nec in tā breui versum in insensibile est. Quanq̄ si nō dissimules: non deest tibi iugis materia iusti doloris a quotidianis iacturis. Inuitus (ni fallor) auelleris a tue rachelis amplexibus: et quoties id pari contigerit: toties dolor tuus renouek necesse est. At quando nō cōtingit? Quoties vis & incassuz: quoties moues nec p̄mouet? quoties conaris & non datur vltra: eniteris: et non paris? tētas et abiperis: et vbi incipis: ibi deficis: et dum adhuc oriris: succidunt te. ¶Venerunt filij vsq̄ ad partum (ait propheta) et vires non habet parturiens. Nosti hoc: nec mo te melius. Attrite frontis es: et instar vitule effraim doctus diligere triturā: si (pace tua) sic se habent res tue. Absit: hec est pars illi⁹ q̄ dat⁹ est in rep: obū sensum. Ab his sane cupio tibi pacem: non cū his. Nihil plus metuo tibi pacēsta. Miraris si vnq̄ possit accidere? Etiam dico tibi si res (vt assolet) per consuetudinem in incuriā venerit. Noli nimis credere affectui tuo: qui nūc est. Nil tam fixū aīo: quod neglectu et rpe nō obsolescat. Vulneri vetusto et neglecto callus obducit: et eo insanabile quo insensibile fit. Veniq̄ dolor: assiduus & acerbus: diuturnus esse nō potik. Nā si nō aliūde extrinsecus necesse est cedat vel sibi. Enimuero cito aut de remedio cōsolationē recipiet: aut de assiduitate stupore. Quid nō inueterat cōsuetudo? q̄d nō assiduitate durek? quid nō vsui cedat? quāsis q̄dē pre amaritudine prius exhorrebant: vsu ipso male in dulce conuersum est? Audi iustū quid lamentek sup huiuscemodi. Que prius tā

B

iiij. reg. xix. Osee. x.

Job. vj.

Universidad de Deusto
Biblio

gere nolebat aīa mea: nunc p:e angustia cibi mei sunt. P:i mū tibi impo:tabile videbitur aliq̄d: p̄cessu rp̄is si assueſcas: iudicabis nō adeo graue: paulo post et leue senties: paulo post nec sentices: paulo post etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duriciā itur: ⁊ ex illa in auersionē. Sic et grauis et cōtinuus dolo:; citū (vt dixi) habitur⁹ est exitū: aut sanitatē p̄fecto: aut insensibilitatem. Hinc prosilue: hinc tibi minui semp et timeo: ne dilato remedio dolo:ē nō sustinēs: periculo te irr̄euocabiliter desperatus immergas.

¶ Uereo: inquā ne in mediis occupationib⁹ (q̄m multe sunt) dū diffidis finē: frontē dures: ⁊ ita sensum reip̄m quo dāmodo sensu p:iues iusti vilisq̄ dolo:is. Multo p:udētius te illis subrahas vel ad tēpus: q̄p patiare trahi ab ipsis: et ducī certe paulatim quo tu nō vis. Queris quo: ad co: durū. Nec pgas q̄rere q̄ illud sit: sinō expauisti: ruum hoc est. Solū est co: durū: q̄d semetip̄m nō exhoret: q: nec sentit. Quid me interrogas? Interroga pharaonē. Nemo duri co:dis: saluē vnq̄ adep⁹ est: nisi q̄d forte miserando⁹ abstulit ab eo iuxta prophetā/co: lapideū ⁊ dedit co: carneū. Quid ergo co: durū? Ipm est q̄d nec cōpunctione scindit: nec pietate mollit: nec mouet p̄cib⁹: minis nō cedit: flagellis durat. Ingratū ad beneficia est: ad cōsilia infidū: ad iudicia seuū: inuerecundū ad turpia: impauidum ad pericula: inhumanū ad humana: temerariū ad diuina: p̄teritoꝝ obliuisces: p̄sentium negligens: futura nō p:uidēs. Ipsum est cui p:teritoꝝ p̄ter solas iniurias: nihil oīno nō p:terit: p̄sentium nihil nō perit: futuro:; nulla nisi forte ad vlciscendū p:ospectio/seu p̄parato est. Et vt in breui cūcta hor:ibilio mali mala cōplectar: ipm est q̄d nec deū timet: nec hoīem reuerē. Eu quo trahere te habēt he occupationes maledicte: si tamē pergis vt cepisti/ita dare te rotū illis: nil tui tibi relinquēs. Perdis rēpus: er si licet nunc alteruꝫ me tibi exhibere ietro: tu quoq̄ in his stulto labo:e consumeris: que non sunt nisi afflictio spūs: cuiscē ratio mētis: eu: quanto gre. Nā fruc⁹ ho:ū q̄d nisi araneaꝝ tele? Queso te. Queso te/quale est illud de manevsq̄ adve sperā litigare: aut litigātes audire? Et vtinā sufficeret dici malicia sua: nō sunt libere nocres. ¶ Uix relinquit r:ecessitati nature: q̄d co:pusculi paulationi sufficiat: ⁊ rursum ad surgia surgitur. Dies dici eructat lites: et nox nocti indicat maliciā: vsq̄adeo nō est respirare in bonis: non est alterna capescere requiē: nō vel rara interseri ocia. Nō ambigo te q̄p̄ ista deplorare: aut frustra istud/si nō et emēdare studueris. Interim ti si sic semper facias ho:to: nec tevnq̄ ad ista duraueris: quolibet viu vel assiduitate. Percussi eos et nō doluerūt ait deus: nihil tibi ⁊ illis. Iusti potius tibi aptare curato et affectionē et vocē: qui ait: Que est em̄ fortitudo mea vt sustinea: aut quis finis me⁹ vt patiēter agā? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. Magna virtus patientie: sed nō hanc tibi ad ista optauerim. Interdū impatientem esse p̄babili⁹. Tu ne appro:es illo:ꝫ patientiā quibus paulus dicebat: Libenter sustinetis insipientes: cum sitis ipsi sapientes? Ni fallo:: ironia erat: ⁊ nō laus: sed fuggillatio quo:ūdā mansuedinis: qui quasi datis manibus pseudo aplis a q̄bus ⁊ seducti erā: ad quecq̄ ipsoum peregrina ⁊ prava dogmata trahi se patientissime ferrēt. Unde et subdens: sustinetis em̄ inquit si quis vos in seruitutē redigit. Non bona patientia cum possis esse liber: seruum te permittere fieri. Stolo dissimules seruitutē: itq̄ certe in dies dū nescis redigeris. Hoc beati co:dis iudiciū est: p̄p̄iā non sentire cōtinuā vexationem. Uexatio dat intellectū audituī: ait quidā: verum est: sed si nimia nō fuerit: nā si fit: nō plane intellectū dat: ſ cōtemptū. Deniq̄ impius cū in p:ofundū malorum venerit: contēnit. Expergiscere ergo: ⁊ pessime seruituris iugū iā iamq̄ imminens: immo iam non modice p̄mens: non tm̄ cauē: sed hoīre. An ideo nō seruus q: nō vni seruis: sed oībus? Nulla nurpio: seruitus grauio: ve q̄p seruitus iudeorum: quā quocunq̄ ierint post se trahunt: ⁊ vbiq̄ dños offendunt suos. Tu quoq̄ dic q̄so: vbi vnq̄ fio liber: vbi nutus: vbi tuus? Ubiq̄ strepitus: vbiq̄ tumultus: vbiq̄ iugum tue seruitutis te p̄mit: nec mihi reponas nūc apostoli vocem: qua ait. Cū essem liber ex oibus: oīm seruū me feci. Longe est istud a te. Nūquid hac ille seruitute hoibus inseruiebat in acquisitione turpis q̄stus? Nunquid ad eā de toto o:be cōfluebāt ambitiosi/auari/simoniaci/sacrileg⁹/concubinarij/incestuosi: et quecq̄ istiusmodi monstra hoīm: vt ipsius apostolica autoritate/vel obtinerent honores ecclesiasticos: vel retinerēt? Ergo seruū se fecit homo: cui viuere x̄p̄s erat: ⁊ mori lucrū: vt plures lucrifaceret christo: nō vt lucra augeret auaricie. Nō est igit q̄d de solertissima pauli industria/⁊ charitate tā libera q̄p liberali/seruili conuersationi tue patrocinū sumas. Q̄ tuo digni⁹ apostolatu: q̄p salubrius tue cōscientie: q̄p fructuosius ecclesie dei audias potius ip̄m dicēte: Pretio empti estis: nolite effici serui hoīm. Quid seruilius indigniusq̄ (p̄sertim summo pontifici) q̄p nō dico oi die: sed pene oi hora insudare tot lib⁹ rebus et p talibus? Deniq̄ q̄n o:am⁹: q̄n docemus populos: quādo edificam⁹ eccliam: quādo meditamur in lege? Et quidē quotidie perstrepūt in palatio leges: sed iustinianī nō dñi. Juste ne etiā istud: Tu videris. Nā certe lex dñi immaculata cōuertens aias. Ue aūt nō tam leges: q̄ lites sunt et cauillationes subuertētes iudiciū. Tu ergo pastor es ep̄s aiarum: qua mēte obsecro sustines cozā te semp silere illā: garrire istas? Fallo:: si nō mouet tibi scrupulum puersitas hec. Puto q̄ et interdū cōpellat clamare ad dominū cū prophetā: Narrauerūt mihi iniqui fabulationes sed nō vt lex tua. Jergo ⁊ te aude liberū p̄fiteri: sub tā gravi mole incōueniētie huius: et cui fas nō sit cerulicē subducere. Nā si potes et non vis: multo magis seruus es huius ip̄sius tā puerse voluntatis tue. An nō seruus cui dñar⁹ inquinas? Et maxime. Nisi tu forte indignius iudices hoīem tibi/q̄p viriū dñari. Quid interest? volēs seruias/an inuitus? Nā et si coacta seruit⁹ miserabilio:; sed affectata miseria: est. Et quid vis me facere inquis? Ut tibi ab his occupationibus parcas. Impossibile fortasse respōdebis: facilius cathedre valedicere posse. Recte hoc si rūpere/et nō magis interrūpere ista horarer. Audi ergo q̄d redarguā: q̄d suadeā. Si q̄d viuis et sapis totū das actioni/cōsideratioi nihil: laudo te in hoc nō laudo. Puto q̄ et nemo q̄a Salomone audierit: qui minora ⁊ actu: p̄cipiet sapiēriam. Certe nec ipsi actioni expedit: cōsideratione nō p:euenire. Si itē totus vis esse oīm/instar illius q̄ oibus oia fact⁹ est: laudo humanitatē: ſ si plena sit. Quō aūt plena: te excluso? Et tu homo es. Ergo vt integra sit ⁊ plena humanitas: colligat et te intra se sinus qui oēs recipit. Alioquin quid tibi p̄dest iurta verbū dñi: si vniuersos lucreris/te vnum perdens? Lobrem cum omnes te habeant: esto etiam tu et habentibus vnus. Quid solus fraudaris munere tui? Usq̄quo vadens spūs ⁊ nō rediēs? Usq̄quo non recipis te et ipse inter alios vice tua? Sapientibus et insipientibus debitor: es: et soli negas te tibi? Stultus es sapiens: seruus et liber/diues et pauper/vir et femina/senex et iuuenis/clericus et laicus/iustus et impius/omnes pariter participant te: omnes de fonte publico bibūt pectore tuo: et tu seorsum sitiēs stabis? Si maledictus qui partē suam facit deteriorem: quid ille qui se penitus reddit expertem? Sane deriuentur aque tue in plateas: homines et iumenta et pecora bibant ex eis: quin et camelis pueri Abrae potū tribuas: sed inter ceteros bibe tu de fonte puteitui. Alienus in q̄r nō bibat ex eo. Nunq̄d tu alienus? Cui non alienus/si ubi es? Deniq̄ qui sibi nequā: cui bon⁹? Manēto p:oinde non dico semper: non dico sepe: sed vel interdum reddere teipsum tibi. Utere tu quoq̄ te inter multos: aut certe post multos. Quid indulgemus? Hoc enim dico/ſm indulgentiam: non ſm iudicium. Puto et ipso apostolo indulgentioꝝ me in hac parte. Ergo pluſq̄ oportet in q̄s. Non inficio:. Quid ſi ita oportet? Nā tu (vt cōfido) nostra nō eris mericulosa informatione cōtentus: sed abundabis magis. Sane sic decet: te scilicet abūdāntioꝝ ē q̄p me audacioꝝ ē esse. Ego q̄p mihi tutius iudico apud maiestatem/timiditate q̄p temeritate periclitari. Et fortassis non secus moneri sapientes oportuit: vt fit quod scriptū est. Da occasionē sapienti: ⁊ sapiētior erit. Audi tū aplm quid de hmōi sentiat. Sic nō est inter vos sapiēs ait ille: q̄ iudicet iter fratrē ⁊ fratrē. Et infert. Ad ignominiā vobis dico: ꝛremptibilioꝛes qui sunt in eccla: illos cōstituite ad iudicandū. Itaq̄ ſm aplm/indigne tibi vsurpas tu apostolicus officiū vile: gradum ꝛemptibilē. Unde ⁊ dicebat ep̄s: ep̄m instruens. Nemo militans deo ip̄licat se negocijs secularibus. Ego aūt parco tibi. Non em̄ fortia loquor: sed possibilia. Putas ne hec tēpora sustinerent: si hoībus litigātib⁹ p̄ terrena hereditate/et flagitantibus abs te iudicium: voce dñi tui respondēres. O homines quis me ꝓstituit iudicē sup vos? In q̄le tu iudiciū mox venires? Quid dicit hō rustican⁹ ⁊ imperit⁹/igno:ās p:i matū suū: inhonoꝛas summā ⁊ p̄celsam sedē: derogās apostolice dignitati? Et tm̄ nō monstrabūt puto q̄ hoc dicent: vbi aliqn quispiā aplor iuder sederit hoīm: aut diuisor termino:; aut distributor terraruꝫ. Stetisse deniq̄ lego apostolos iudicādos: sedisse iudicantes non lego. Erit illud: nō fuit. Jta ne ꝛminuto: est dignitatis seruus si nō vult esse maior dño suo: aut discipulus si nō vult eē maior: eo qui se misit: aut filius si nō trāsgreditur terminos quos posuerūt p̄res sui? Quis me ꝓstituit iudicē ait ille dñs ⁊ magister: ⁊ erit iniuria serui discipuloꝝ nisi iudicet vniuersos? Mihi tm̄ nō videt bonus estimator: rerū: qui indignū putat aplis seu aplicis viris nō iudicare de talibus: q̄bus datū est iudiciū in maiora. Quidni contēnant iudicare de terrenis possessiunculis hoīm: q̄ in celestibus ⁊ angelos iudicabūt? Ergo in crimināb⁹: non in possessionibus potestas vestra: quoniā p̄pter illa: ⁊ non p̄pter has: accepistis claues regni celoꝝ: p̄uaricatores vtiq̄ erclusuri: nō possessores. Ut sciatis ait q: filius hominis habet potestatē in terra dimittendi petā: ⁊ cetera. Quenā tibi maior videtur/⁊ dignitas/⁊ potestas dimittendi peccata: an p:edia dimidendi? Sed nō est comparatio. Habent hec infima ⁊ terrena iudices suos reges et p̄cipes terre. Quid fines alienos inuaditis? Quid falcem vestram in alienā messem extenditis? Non quia indigni vos: sed q: indignū vobis talibus insistere: quippe potior: ibus occuparis. Deniq̄ vbi necessitas exigit: audi quid censeat: nō ego/sed aplis. Si em̄ in vobis iudicabit hic mūdus: idigni estis q̄ de minimis iudicēris. Sed aliō est incidēter excurrere in ista/cā quidē vigētes: aliud vltro incūbere istis tanq̄ magnis dignisq̄ talī ⁊ taliū intētiōe rebus. Itaq̄ hec ⁊ innumera talia dicerē: si fortia dicerē: si recta: si sincera. ¶ Nunc aūt q̄m dies mali sunt: sufficit interim admonitū esse: nō totū te nec semper dare actioni: sed ꝓsideratioi aliq̄d tui/⁊ co:dis/⁊ tēpo:is sequestrare. Hoc aūt dico necessitatē inmēs: nō equitatē: q̄p nō sit p:eter equū necessitati cedere. Tam si liceret q̄d deceret: absolute per omnia: ⁊ in omnib⁹ p:eferendā: et vel solaz vel maxime colēdaz eā que ad omnia valet: id est pietatē: p:o: suis irrefragabilis rō mōstrat. Quid sit pietas q̄ris? Uacare cōsideratioi. Dicas fortitan in hoc dissentire me ab illo: q̄ pietatē diffinitit cultū dei. Non est ita. Si bene cōsideras: illius sensuꝫ meis expressiverbis: ⁊ si tm̄ ex parte. Quid tā pertinēs ad cultus dei: q̄p quod ipse horta⁹ in psalmo: vacate ⁊ videte q̄m ego sum deus. Quod sane in partib⁹ cōsiderationis p:ecipuū est. Quid deniq̄ tam ad omnia valēs/q̄p q̄ ipsius quoq̄ actionis partes benigna quadā p:esumptione suas facit: p:eagēdo quodāmodo ⁊ p:eordinādo q̄ agēda sunt? Necessario sane: ne forte que et p:eusa et p:emeditata poterāt esse ꝓficuo: p:ecipitata magis periculo fiant. Quod ribimet si reco:daris: i ipsis actionib⁹ causarū: ⁊ in magnis q̄busq̄ negocijs/magnarumve cōsiliꝫ rerū: frequēter accidisse nō ambigo. ¶ Et primū quidē ipsiꝫ fontē suū/id est mentē de qua oriē: purificat ꝓsideratio. Deinde regit affectus: dirigit actū: corrigit excessus: cōponit motes: vitam honestat ⁊ ordinat. Postremo diuinarū pariter ⁊ humanarū rerū scientiam ꝓfert. Hec est que ꝓfusa disterminat: hiantia cogit: sparsa colligit: secreta rimatur: vera vestigat: verisimilia examinat: ficta ⁊ fucata explorat. Hec est que agenda po:dinat acta recogitat: vt nihil in mente resideat aut incorrectū: aut co:rectione egens. Hec est q̄ in p̄speris aduersa p:esentit: in aduersis quasi nō sentit: quo:; alterū fortitudinis: alterū p:udentie est. Ubi etiam aduertere tibi est suauissimū quēdam concentū cōplexumq̄ virtutū: atq̄ alteram pendere ex altera: sicut hoc loco vides fortitudinis matrē esse p:udentiā: nec fortitudinē: sed temeritatē esse quēliber ausum: quē nō parturiuit p:udentia. Hec itē est q̄ inter voluptates ⁊ necessitates media quasi quedā arbitra sedens: vtrimq̄ certis limitibus disterminat fines: istis assignās ⁊ p̄bens q̄d sat est: illis q̄ nimis est demēs ⁊ sic ex alterutro tertiū formans virtutē: quā dicūt tēperantiā. Nēpe intemperantē ipsa ꝓsideratio censet: tā cuz qui necessarijs ptinacirer demir: q̄p q̄ indulget superfluis. Non g̃ est tēperantia in solis resecandis superfluis: est ⁊ in admittendis necessarijs. Huius fuit apls nō fauto: rm̄: sed actor: esse videtur: qui curā carnis nostre docet nō p̄fici in desiderio. Dicens siquidē curā carnis nō p̄fici: superflua cohibet: addens in desiderio/necessaria nō excludit. Unde mihi videt nō oīno absurde diffinire temperantiā qui hāc nec p̄cidere necessitatē: nec excedere dicat: iurta illud p̄bi: ne quid nimis. Jam de iusticia: q̄ vna ex qua est nōne ꝓstat consideratione mentē p:euenire/vt se fornet in ea? Se em̄ necesse est p̄us cogitet: vt ex se no:mā ducat iusticie: nec factura vtiq̄ alteri: q̄ sibi fieri nolit: nec q̄ sibi velit fieri negatura. Jn his nēpe duobus liquet integrū esse iusticie starū. Sed nec ipsa solitaria est. Intuere etiam nunc mecū etiā huius pulchrā cōnexionē ⁊ cohere tiā cum tēperantia: ⁊ item ambarū cū duabus superioribus: idest p:udentia ⁊ fortitudine. Nā cū iusticie dicamur portio: q̄ sibi nō vult fieri quis alij nō facere: porro p̄fectio q̄ ait dñs. quecūq̄ vultis vt faciant vobis hoīes: ⁊ vos facite illis: neutrū horꝫ erit: nisi ipsa volūtas de qua tota ducitur forma: sic ordinata fuerit: vt nec velit aliq̄d supfluū: nec necessariū quid supstitiose nolit: q̄ quidem temperātie est. Deniq̄ ⁊ ipsi iusticie vt iusta sit: tēperātia modū imponit. Noli nimiū esse iustus ait sapiēs: ostēdēs p̄ hoc minime appropiandā iusticiā: q̄ tēperantie moderamine nō frenetur. Quid q̄p ⁊ ipsa sapiētia hoc tēperātie frenū nō respuit/dicente paulo ſm sapiam a deo sibi datam: non plus sapere q̄p oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem? Sed ⁊ ecōuerso/q̄p tēperantie necessaria iusticia sit: ostendit dñs arguēs in euāgelio illoꝝ temperantiā qui abstinebant vt viderētur hoībus ieiunāres. Erat in cibo tēperantia: sed non iusticia in aīo:; q: non deo placere: sed hoībus intendebāt. Quō rursum vel ista vel illa fine fortitudine? cū constet fortitudinis esse nō mediocris: cohibere/velle ⁊ nolle suū: inter angustias/parū ⁊ nimis: vt sit ꝓtenta volūtas modo illo medio/nudo/puro/solo/ꝓstante sibi/equali vndiq̄ sui: vtpote ex oī parte pariter circūciso: quē solū ostat esse vnus. Dicito mihi q̄so si potes: cuiā potissimū triū barū virtutū meditullium hoc dandū censeas: q̄d ita cūctis cōterminū est: vt videat esse p̄p:iū singularū. An ipm virt⁹ est ⁊ nihil aliud? Sed sic virtus nō esset multiplex: sed essent oēs vna. An potius q: sine eo virtus non est: ioīm quodāmodo intima vis vna est ⁊ medulla virtutū: in qua sic viniūtur vt pinde vna videant oēs: p̄sertim q̄p nō illud participando communicant: sed totū a singulis atq̄ integrū possideāt? Uter bi causa. Quid tam iusticie: q̄p modus? Alioq̄n si quid extra modū relinquit: nō plane cuiq̄ tribuit q̄d suū est: q̄d tm̄ suū ipsius est facere. Quid tam rursum temperantie/que nō aliunde p̄fecto temperantia est: nisi q̄p nil immoderatum admittit? Sed puto fatebere etiam nō minus esse fortitudinis: cum vel maxime ipsa sit que ab irruentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitijs/ꝛ quasi hinc inde suffocare conãtibus: purũ illud potenter ernit ꝛ vendicat in quoddã stabile fundamẽtũ boni: sedemq; virtutis. Ergo modũ istum tenere iusticia est: temperantia est: fortitudo est. Sed vide ne in hoc differant: vt iustitie quidẽ in affectu res sit: a fortitudine autem efficacia eius. Porro possessio eius atq; vsus/ apud temperantiã. ¶ Restat iam vt doceam⁹ ab hac cõmunione prudentiã nõ excludi. Nõne ipsa est q̃ modum diu animi neglectu posthabitũ/ꝛ vitioꝝ iuidia quasi in abditis reclusum: ꝛ coopertũ quadã verustatis caligine: prius reperit ꝛ aduertit: Propterea dico tibi a paucis aduertit: q: paucoꝝ prudẽtia est. Itaq; iusticia querit: prudẽtia inuenit: vendicat fortitudo: temperantia possidet. Non mihi hoc loco ꝓpositum est de virtutib⁹ disputare: sed hoc dicerim hortans ad vacandũ ꝓsiderationi: cuius beneficio hec ꝛ similia aduertũtur. Cui tã pio tamq; vtili ocio nullam in vita operam dare/nõne vitã pdere est? Quid tũ? Si te philosophie huic totũ repente deuoueris: pdecessores tui nõ ita ꝓsueuerũt: eris molestus q̃pluribus: quasi q̃ a patrũ vestigijs subito deuiaueris. Nempe id videberis agere in suggillationẽ illoꝝ. Sed ꝛ notabere vulgari puerbio: qui hoc facit q̃ nullus: mirantur oẽs: veluti qui cupias admirationi fore. Nec potes eoꝝ oia simul et subito vel errata corrigere: vel excessus redigere in modũ. Erit cũ acceperis tẽpus: vt fim sapiam tibi a deo data/paulatim ꝛ oppoꝛtune id studeas. Interim sane malo alterius vtere in bonũ q̃ potes. Quaq; si de bonis/ꝛ nõ de nouis sumam⁹ exempla: nõ defuere romani pontifices: qui sibi ocia inter maxima negocia inuenirẽt. Obsidio vrbi: ꝛ barbaricus ensis ciuiũ ceruicibus imminebat: nũquid tñ istud terruit beatũ papã G: ego: iũ: quo minꝰ sapiaꝝ scriberet in ocio? Eo nempe tempore (q̃ ex eius ꝓfatione liquet) obscurissimã ꝛ extremã partẽ ezechielis tam diligenter/q̃ elegãter exposuit. Sed esto. Aliius inoleuit mos: dies alij sunt: ꝛ alij hoim mores: ꝛ tẽpora periculosa nõ instant iam: sed extant. Fraus/ꝛ circũuentio/ꝛ violentia inualuere sup terrã. Caluniatores multi: defensoꝝ rarus. Ubiq; potẽtiores pauperioꝝ oppimũt nõ possumus deesse oppressis: nõ negare iniuriã patientibus iudiciũ. Nisi agitentur cause: audiantur partes: inter partes iudicare quis potest? ¶ Agitentur cause: sed sicut oportet. Nam is modus q̃ frequẽtatur: execrabilis plane: ꝛ qui nõ dico eccliam: sed nec foꝝ deceret. Miror nãq; quẽadmodum religiose aures tue audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatoꝝ: ꝛ pugnas verboꝝ que magis ad subuersionẽ: q̃ ad inuentionẽ ꝓficiũt veritatis. Corrige prauũ morem: ꝛ precide linguas vanilo quas: ꝛ labia dolosa claude. Hi sunt qui docuerunt linguas suas loqui mendaciũ: diserti aduersus iusticiã: eruditi ꝑ kalsitare. Sapientes sunt vt faciant malũ: eloquentes vt inpugnent verũ. Hi sunt qui instruũt/a q̃bus fuerant instruendi: astruũt: nõ cõperta sed sua: struũt de prio prio calũnias innocentie: destruũt simplicitatẽ veritatis obstruũt iudicij vias. Nihil ita absq; labore/manifestã facit veritatem: vt breuis ꝛ pura narratio. Ergo illas quas ad te necesse erit intrare causas (neq; em̃ omnes necesse erit) diligenter velim: sz breuiter decidere assuescas: frustratoꝝ ꝛ venatoꝝ pcidere dilatiões. Causa vidue intret ad te: causa pauperis: ꝛ eius qui nõ habet q̃ det. Alijs alias multas poteris cõmittere terminãdas: q̃plures nec dignas audientia iudicare. Quid em̃ opus est admittere illos: quoꝝ pcã manifesta sunt ꝓcedentia ad iudiciũ? ¶ Tanta est impudẽtia nõnullo⁹: vt cũ manifeste ambitionis purigine scateat tota facies cause eoꝝ: non erubescãt audientiam flagitare: publicantes semetipsos ad multoꝝ ꝓscientias: in quo vel sue solius satis poterãt ꝓfundi iudicio. Non fuit q̃ rennderet attritas frõtes: et ideo plures facti sunt: ꝛ magis indurnerũt. Sz ꝛ nescio quõ vitioso⁹ ꝓscias vitioloꝝ nõ refugit: ꝛ vbi oẽs fordẽt vni⁹ feroꝝ minime sentiũt. Quis em̃ vnq̃ verbi cõ/uarijs auarus: immundũ immũdus: luxuriosum luxuriosus eruburit: Plena est ambitiosis ecclesia: nõ est iam q̃ exhorreat in studijs ꝛ molitionib⁹ ambitionis: nõ plus q̃ spelũca latronũ in spolijs viatoꝝ. Si xp̃i discipulus es: ignescat zelus tuus: exurgat autoritas aduersus ipudentiam hanc/ꝛ generalẽ pelkem. Intuere magistrũ sic facientẽ: ꝛ audi dicentẽ. Qui mihi ministrat: me sequatur. Nõ paratꝫ aures vt audiat: sed flagellũ quo feriat. Verba nec facit: nec recipit: nec em̃ sedet iudicans: sed insequitur puniens. Causam tũ non tacet: q̃ videlz dominum ofonis negociationis fecissent. Ergo ꝛ tu fac similiter. Erubescant vultũ tuũ istiusmodi negociatores si fieri põt: si nõ/timeant. Et tu flagellũ tenes. Timeant nũmularij: nec fidant in nũmis sed diffidãt: absondãt eos suũ a te: sciẽtes effundere q̃ accipere parationẽ. Hoc studiose ꝛ instanter agendo/multos lucrifacies turpium sectatoreo lucroꝝ: honestioribus officijs vendicãdo multos ne vel audeãt hmõi attentare: seruabis. Adijce illud: qõ nõ parum ꝓficiet et ad ferias quas tibi suadeo. Ita nempe nõ pauca tibi momenta temporꝝ redimes: ad vacandũ ꝓsiderationi: q̃das (vt dixi) negocia nec audiẽdo: quedã alijs cõmittendo: q̃ tua digna puraueris audientia: fideli quodã ꝛ accõmodo ipsi cause cõpendio terminãdo. De qua ꝓsideratione his addere aliqua cogito: sed sub alterius sane principio libri: atq; hic sit finis istius: ne duplo te oneret min⁹ sua uis oratio: si ꝛ longa fuerit.

¶ De consideratione. Liber secũdus.

Ipse em̃ et secretũ querit:et solitariũ locũ diligit. Fugit ergo hominũ solacia ⁊ colloquia:vt i secreto coꝛdis mei deũ habitatoꝛem habere possim. Valde tñ difficile est:ab exterioꝛibꝰ ad interioꝛa mentẽ reuocare ⁊ ibi permanere. Nec minꝰ difficile est de visibilibꝰ ad inuisibilia penetrare:⁊ in illis diutius ꝓsistere. Dura sunt hec⁊ multũ laboꝛiosa:sed valde fructuosa. Assuescã igit̃ sola intima cogitare:sola interioꝛa diligere:⁊ in illis ꝓmanere: vt possim audire q̃d loquaꝫ in me dñs deus meus. Ecce adsum pꝛõ. ꝓsume dñe:tecũ sum:intus sum. Odiu i exterioꝛibꝰ occupatus fui:vocẽ tuã intra me audire nõ potui. Nũc aũr reuersus ad me:ingressus sum ad te:vt possim te audire:⁊ tibi loqui. Loquere ergo misericoꝛdissime:q̃ audit seruꝰ tuꝰ: loquere:q̃ paratus suz obedire. Quicq̃d insseris:ꝓ posse meo libẽter deuoꝛ⁹ impleb⁹. O aĩa mea:rex angeloꝝ venit ad nos:⁊ hospitatus est nobiscũ. Letemur ergo de tanto hospite nostro coꝛde pfecto. Demus ei gloriã ⁊ honoꝛẽ:qm̃ dignatus est visitare seruos suos. Epulemur et iocũdemur cũ eo in leticia/⁊ exultatione. Delectemur in eo:de eo:⁊ nullus sit ei in aliquo molestus:ne in ira recedat a nobis:⁊ inducat sup̃ nos maledictionẽ pꝛo benedictione. Exhibeam⁹ ei omne seruitiũ charitatis:rogantes ⁊ deprecantes vt nobiscũ manere dignet. Si vero nõ possumus pꝛoluere ei totũ q̃ debemus: saltez nosmetipsos humiliter ei subdamus ad omnẽ voluntatẽ eius. Sit hec dies solennis: in qua saluatoꝛ ẽ nostrũ in hospitio nostro leti susceꝑin⁹. Nullũ mẽb:uz/nullũ officiũ/ab hoc gaudio excludaf. Cõueniant ergo i vnũ omnes cogitationes/ ⁊ affectiões:diẽ festũ celebꝛãtes in omni puritate/⁊ sanctitate. Nulla se aliena cogitatio interferat: q̃ huius solẽnitatis gaudia perturbet. Oculi mei semper ad dñm:per pꝰ.xciij quẽ sum/viuo/⁊ sapio; nec cessent lach.ymis pedes eius rigare. Audiãt ⁊ intelligãt aures:quid in nobis ei displiceat:vel quid ei placeat:quid damnet:vel quid appꝛobet Delectef odoꝛatus illo suauissimo odoꝛe dulcedinis ei⁹. Odoꝛ eius odoꝛ vite eterne:odoꝛ totius suauitatis:⁊ iocunditatis. Repleaf os meũ laude:vt cantẽ gloriã tuam pꝰ. lxx. altissime dñe. Sit meditatio coꝛdis mei in conspectu tuo pꝰ.xvij. semp̃:vt te possim videre per fidẽ:⁊ contemplationẽ:doc nec merear videre facie ad faciẽ. Clemẽtissime pater nihil pꝰ.cij. in nobis cesset a laude tua. Benedic aĩa mea dño: et oĩa que intra me sunt:nomini sctõ eius. Bñdic et dic. Gloria laus/⁊ honoꝛ: tibi sit rex christe redemptoꝛ.

¶ Dic pꝛobatur anima esse deo similis:⁊ ideo magis illi obligara. Capitulum.lxvij.

Aĩa mea:si vis amari a deo:reformа in te imaginem suam:⁊ amabit te: repara in te similitudinez suã.et desiderabit te. Cõsilioꝝ sancte trinitatis/ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ suaz creauit te creatoꝛ tuus:q̃ nulli alteri ex creaturis donauit: vt tanto eũ ardẽtius diligeres:quanto mirabilius ab eo te conditã intelligeres. Considera ergo nobilitatẽ tuam quoniã sicut deus vbiq̃ est totus/omnia viuificans/omnia mouens et gubernans:ita tu in coꝛpoꝛe tuo vbiq̃ tota es:illud viuificãs/mouens/⁊ gubernãs. Et sicut deꝰ est:viuit:et sapit:ita tu (ꝑm modum tuum) es/viuis/⁊ sapis. Et sicut in deo tres sunt persone:pater/filius/⁊ spiritussanctus:sic et tu habes tres vires:scz intellectũ/memoꝛiam/et voluntatem. Et sicut ex patre generatur filius:et ex vtroq̃ pꝛocedit spiritussanctus; ita ex intellectu generatur voluntas:⁊ ex his ambobus pꝛocedit memoria. Et sicut deus est pater:deus est filius:deus est spiritussanctus:nõ tamen tres dij/sed vnus deus:et tres persone:ita anima est intellectus:anima est volũtas:anima memoꝛia:nõ tamen tres anime:sed vna anima; ⁊ tres vires. Ex quib⁹ animevirib⁹ quasi excellẽtioꝛibus /iubemur deũ diligere:vt diligamus eus toto coꝛde:tota anima:tota mente:idest toto intellectu:tota voluntate:et tota memoꝛia:hoc est toto affectu:sine defectu:cum discretionis intuitu. Nec solus sufficit de deo intellectus ad beatitudinem:nisi fit in amoꝛe eius voluntas. Immo hec duo nõ sufficiunt:nisi memoꝛia addatur:qua semper in mẽte intelligẽtis ⁊ volentis maneat deus:vt sicut nullus potest esse momentum/quo homo nõ vtatur vel fruatur dei bonitate vel misericoꝛdia:ita nullum sit momentũ/quo euz pꝛesentem nõ habeat in memoꝛia.

¶ Dic pꝛobat anima esse tante dignitatis / vt habilis et idonea sit esse pater et mater christi. Capitulũ.lxviij.

Intelligе dignitatẽ tuam nobilis creatura:qm̃ nõ solum insignita es dei imagine:verũetiam decoꝛata similitudine. Sicut em̃ creatoꝛ tuus qui te ad similitudinẽ suã creauit: est charitas bonus ⁊ iustus:suauis ⁊ mitis:patiẽs ⁊ misericoꝛs:et cetera insignia que de eo legunturꝛita tu creata es vt charitatem haberes:⁊ esses mũda ⁊ sancta:pulchꝛa ⁊ decoꝛa: mitis ⁊ humilis. Quas virtutes quanto plus in te habebis:tanto ꝓpinquioꝛ deo eris:⁊ maioꝛẽ tui cõditoꝛis geres similitudinẽ. Quid maius his tibi facere potuit:q̃ vt ad similitudinẽ suã te conderet factoꝛ tuus: ⁊ eisdẽ virtutibus vestiẽtis te oꝛnaret:quib⁹ ipse oꝛnat⁹ est? Attẽde igit̃ diligẽter pꝛime cõditionis tue excellentiã:⁊ venerãdam sancte trinitatis imaginẽ in teipsa agnosce: honoꝛeq̃s similitudinis diuine(ad quã creata es)habere stude/nobilitate moꝛ:exercitio virtutũ:dignitate pꝛemioꝝ:vt q̃n apparebit qualis sit:tunc similis ei apparere possis. Similis em̃ simile querit:et qualem te parueris deo:talis pꝰ.xliij. necesse est appareat tibi deus. Si ergo naturalẽ pulchꝛitudinẽ tuã in te reparaueris:cõcupiscet rex decoꝛẽ tuum q̃n ipse est deꝰ tuus:ipse amicus ⁊ spõsus:frater ⁊ filiꝰ. mat.xij. Ipse em̃ dixit. Quicũq̃ fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis est:ipse meꝰ frater:⁊ soꝛoꝛ:⁊ mater est. Audi quõ. Virtus ⁊ sapientia patris/filiꝰ est patris. Verbũ patris/ volũtas est patris. Volũtas hoꝛis/nihil aliud est q̃ quedã pꝛoles mentis. Si igitur eadẽ est voluntas tua:et voluntas patris:idem est filius tuus/⁊ filius patris. Veritas/sapiẽtia/voluntas coꝛde cõcipitur:et ex coꝛde generatur. Si igitur idẽ vis;et idẽ sapis q̃ pater : tu eundem filiũ habes quẽ ⁊ pater. Jn te est vtrum sis pater aut mater:an potius vtrũq̃ pater ⁊ mater:nõ tuo merito: sꝛ dei dono. Potes nãq̃ eum gignere in coꝛde tuo / ⁊ in coꝛde alieno. Potes eũ concipere a coꝛde tuo:⁊ ab oꝛe alieno. Intellectu gignif:cõsensu cõcipif:affectu nascitur : effectu nutrif. Quãdo veritatẽ intelligis:vel aliũ intelligere facis:christũ gignis. Nosti voluntatẽ dei:cõsenti ei : et cõcepisti. Quãdo gignis es pater: quãdo ꝓcipis es mater. Amãdo parturis:operãdo nutris. Sic sic in potestate cuiuscq̃ relinquif vtrũam tante pꝛolis mater efficiaf. Maledicta ergo sterilis que nõ parit:que talẽ filiũ pꝛo voto per dei gratiã habere potuit. Cur similiter maledictus qui nõ gignit:nisi q: nõ eque in nostra potestate cõsistit veritatẽ intelligere/⁊ veritati cõsentire. Nõ em̃ veritatẽ semper intelligo cũ volo:intellecte aũt semp̃ consentio:velle tamẽ nõ possum nisi gratia dei fuerit mecũ. Nulla est em̃ humana industria sine dei gratia. Exquo pꝛim⁹ homo peccauit:nature bonũ perdidimus pariter ⁊ arbitrij vigoꝛẽ:sed nõ electionẽ:ne nõ esset nostrũ vt emendaremus peccatũ. Jn nobis nãq̃ manet ad querendã salutem arbitrij libertas:idest rationalis volũtas:sed admonente pꝛius deo et inuitante ad saluteꝫ:vt vel eligam⁹ vel sequamur. Potestatis nostre est diuine inspirationi acquiescere:et que ad salutem nostram pertinent eligere ⁊ sequi. Diuini vo muneris est:vt possimus adipisci q̃ sequendo cupimus consequi. Nostre potestatis est ⁊ ignatie/vt labamur:solicitudinis vo nostre est ⁊ celestis pariter adiutoꝛij/ne labamur. ℣ felix homo:qui sic ambulat sapienter/ne cadat:aut si ceciderit:vt statim resurgat. ℣ felicioꝛ vo est:qui nunq̃ cecidit. ℣ felicissimus autez est:qui iam cum deo regnat.

¶ Dic ostenditur anima sancta semp̃ ad recipiendum in se deum esse parata. Capitulum.lxix.

Felix homo est cui pꝛesto est:cũ voluerit:habere filium deũ. O quãta est dignitas hois/filiũ habere deum:⁊ quanta est humilitas omnipotentis/habere hominẽ patrẽ:⁊ quãta est nobilitas anime/christũ iesum habere sponsum? Sancta ergo anima:⁊ veri sponsi amica/ad dilecti sui aduẽtũ/summo cũ desiderio semp̃ debet inhiare: ⁊ parata atq̃ expedita esse/vt pulsanꝫ amicũ absq̃ vlla dilationis iniuria possit suscipere:⁊ vocãti cũ omi alacritate occurrere:ne subito ⁊ inopinate aduenies / minus ꝓmptã ⁊ minus oꝛnatã inueniaꝛ:vel diu exclusus:diutine pꝛestolationis vllam molestiã sustineat. Aliud est aũr cũ ipso intrare:atq̃ aliud est ad ipsum exire. Jbi anima ad seipsam reuertitur ⁊ cuz dilecto suo vsq̃ ad intima coꝛdis sui penetralia ingreditur:hic extra semetipsam ducitur:⁊ ad sublimia cõtemplanda sublenaf. Quid nãq̃ est eius introire:nisi se totã in semetipsam colligere? Quid vo est eius exire:nisi seipsam extra semetipsam totã effundere? Nihil itaq̃ aliud est aniмã cũ dilecto suo in cubiculũ ingredi : ⁊ solam cũ solo moꝛari:dulcedineq̃ eius perfrui:nisi exterioꝛum omniũ obliuisci:⁊ in eius dilectiõe summe ⁊ intime delectari. Se solã cũ dilecto videt:q̃n exterioꝝ oĩm oblita:ex ꝓpꝛia cõsideratione in dilecti sui dilectionẽ desideriũ suũ perurget:⁊ e_bis que in intimis suis cõsideraꝛ:animum suũ in eiusmodi affectuz inflammaꝛ:et tam ex bonoꝝ q̃ ex malorum suoꝝ cõsideratione/in gratiarum actione assurgit:⁊ hinc pꝛo impẽsa gratia:hinc pꝛo indulta venia/intime deuotionis victimas persoluit. Usq̃ in intimum dilectus perducitur:et in optimo collocaf:q̃n ex intimo coꝛdis affectu ⁊ super omnia diligitur. Cogita quid sit q̃ invita tua ardẽtius dilexisti:anxius cõcupisti:q̃ te iocũdi? afficiebat:ceteriscq̃ omnib⁹ pꝛofundius delectabat. Considera ergo si eandẽ affectionis violẽtiã:delectationisq̃ abundantiã sentis:quãdo in summi dilectoris desideriũ inardescis:q̃n in eius dilectione requiescis. Cui dubium sit q̃ intimũ illum affectionis tue finum necdum teneat si intime dilectionis aculeus animã tuã in diuinis affectibus minus penetraꝛ:tepidius exagitaꝛ:q̃ in alienis affectionibus aliq̃n penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantã pꝛoꝛsus vel foꝛte validioꝛẽ dilectionis/vel delectationis violentiã in intimis tuis circa diuina perspexeris: quantã ala nunq̃ expertus fueris:vide adhuc si foꝛte aliud aliq̃d sit:in quo delectari/vel consolari possis. Certe q̃diu possum ex aliena qualicũq̃ re cõsolationẽ:vel locũ ditate cõcipere:nõdum audeo dicere dilectũ nostrũ/intimũ/ardẽtissimi amoꝛis sinũ tenere. Satage ergo:festina tra|here eum adhuc ad interioꝛa ⁊ secretioꝛa coꝛdis tui penetralia/quecũq̃ es eiusmodi anima. Quis em̃ neget illud intimũ coꝛdis humani penetrale:tales recessus habere:seu etiã obtinere posse:in quibus summi et singularis amoꝛis violẽtia:cũ aliq̃d per affectũ inferit:aliena omnino delectatiõe auelli nõ possit? Certe si aliena aliquam cõsolationẽ queris vel recipis:deũ tuũ q̃ vis fortasse summe:nõdum tñ singulariter diligis. Nondum ergo in intimũ perducif:nondũ in intimo collocaf. Si ergo nõ satagis introducere eũ ad intima tua:quõ te credã velle/vel posse sequi eũ ad sublimia tua? Certũ ergo signuz tibi sit (quecũq̃ es aĩa) q̃ dilectũ tuũ minus diligis:vel ab illo minus diligeris:si ad theoꝛicos illos excessus nondũ vocaris:vel vocantẽ sequi nondũ merueris. Quõ em̃ perfecte diligis/vel diligeris:si in summoꝝ desiderio ad superna nõ raperis:⁊ ad theoꝛicos ⁊ anagogicos illos conatus/mẽtis alienatione nõ trãsis? Vis nosse quia sublimitas diuinarũ reuelationũ/fit manifestũ dñe dilectionis indiciũ: Jam nõ dicã (inquit) vos seruos : sed amicos: quia omnia que audiui a patre meo:nota feci vobis Joh.xv. Satage ergo deum tuũ intime et summe diligere : ⁊ omni hoꝛa in diuine cõtemplationis gaudium/ summo cum desiderio anhelare. Colligе teipsum ad temetipsam:⁊ in solo diuinitatis desiderio requiesce.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Anima p̄cipitur erigere se ad sublimia cōtemplāda. Capitulum. lxx.

Ebet nāq; aia perfecta: ⁊ assidue summoꝝ cō templationi dedita: omni hora peregrinatiōis sue terminū ⁊ ergastuli huj⁹ egressuꝫ/cū summo desiderio expectare: ⁊ ad illud diuine ꝓtemplationis spectaculū (qđ in futura vita speram⁹) animū suū suspēdere: ⁊ in eiusmodi expectatione vehemēti desiderio anhelare: vt qđ interim videt p speculū ⁊ ī enigmate: mereat videre facie ad faciē. Necesse est itaq; ad coꝛ alterū ascēdere: ⁊ mētis excessu p diuinā reuelationē addiscere: qđ sit illud ad qđ aspirare vel studere oporteat: et ad qualē sublimitatis habitū/animū suū cōponere ⁊ assuescere debeat. Nā si semel ad illā lucifera angelice sublimitatis gloꝛiā/quis admissus fuerit: ⁊ ad illud diuinoꝝ radioꝝ spectaculū intrare meruerit: q̄ intimis desideriꝭ: q̄ ꝓfundis suspiriꝭ: q̄ inenarrabilib⁹ gemitibus/cū qui eiusmodi est: puramus insistere: q̄ assidua recoꝛdatione: q̄ iocūda admiratiōe inspectā claritatē credim⁹ eū retractare/mēteq; reuoluere: illā desiderādo: illā suspirādo: illā cōtemplādo: donec tandē aliqn in eandē imaginem trāsformet a claritate in claritatē: tanq̄ a dñi spū. Uerū tamē cū ab illo sublimitatis statu/ad nosmetipsos redimus: illa q̄ ꝓius supra nosmetipsos vidim⁹: in ea veritate vel claritate qua ꝓius ꝓspexim⁹: ad nostrā memoriā oīno reuocare nō possum⁹. Et q̄uis inde aliq̄d in memoria teneamus: ⁊ q̄ñ per mediū velū/⁊ velut in medio nebule videam⁹: nec modū quidē vidēdi: nec qualitatez visionis cōp̄ehēdere/vel recoꝛdari sufficimus: ⁊ miruꝫ in modū reminiscēres nō reminiscimur: ⁊ nō reminiscentes reminiscimur: dū videres nō peruidemus: ⁊ aspicientes nō perspicimus: ⁊ intēdentes nō penetram⁹ donec iterū meditatiōe assurgamus in cōtemplationē: cōtemplatiōe in admirationē: admiratiōe in mētis alienationē. Ueritatis cōtēplatio in hac vita inchoat: sed in futura iugi perpetuitate celebrat. Per veritatis cōtemplationē/erudit hō ad iusticiā: cōsummat ad gloꝛiā. Gratia cōtēplationis coꝛ ab omni mūdano amoꝛe nō solū emūdat: sed sanctificat: ⁊ animū ad celestiū amoꝛē inflāmat. Qui diuina inspiratione ⁊ reuelatione ad cōtēplationis gratiā ꝓmouetur: quasdā arras future illi⁹ plenitudinis accipit: vbi sempiterne cōtemplationi perpetuo inherebit. Qui vo cōtemplationi veritatis vult vacare: necesse est vt discat requiescere nō solū ab operib⁹ malis: sed etiā a cogitationib⁹ superuacuis. Multi siquidē etsi sciāt vacare cōꝛe: minime tn̄ valēt vacare coꝛde/nescientes facere sabbatū ex sabbato: ⁊ ideo nō valent implere qđ dr̄. in psalmo. Uacate ⁊ videte qm̄ ego sum de⁹. Uacantes siquidē coꝛpoꝛe: sed vagātes vbiq; coꝛde: nequaq̄ merent videre q̄ dulcis est dñs: ⁊ q̄ bonus israel deus his q̄ recto sunt coꝛde. Unde est q̄ hostes deridēt sabbata coꝝ. i. ipsa sue vacationis ocia: in cogitatiōes inutiles ꝓtrahūt: ⁊ per de uia quecq; vago incessu/sine respectu peruētiōis/passim huc ⁊ illuc vagāt. Animus eoꝝ in diuersa rapit: ⁊ nūc in hanc partē: nūc in illam discurrēdo mira agilitate in cōtraria agitur. Sic sic q̄ diu sub egenis huius mūdi elementis viuimus: desideria nostra vltra gaudia nostra extēdimus: q: infinite plura sunt q̄ cōcupiscimus: q̄ que in hac vita appꝛehēdere possumus. Beata aūt illa supernoꝝ spirituū multitudo/desideria sua vltra gaudioꝝ suoꝝ nō extēdit plenitudinē: que felicitatis sue infinitatē vel immensitatē cōp̄ehēdere oīno non sufficit. Est autē eoꝝ gaudiū: nō solū de cōtemplatione creatoꝛis: sed etiam de contemplandis eius creaturis. Dū em̄ deū in oībus suis operib⁹ mirabilē inueniūt: quid mirū si vbiq; mirādo venerant: venerādo mirātur magnalia eius: que diligunt? Inueniunt itaq; non solum in creaturis incoꝛpoꝛeis: sed etiā in creaturis coꝛpoꝛeis: vnde miranť: vñ creatoꝛē eoꝝ rum digne venerātur. Hec oīa iugiter cōtemplantur: cōtemplātes miranť: mirātes letanť. Letanť de diuina cōtemplatione: congratulanť de mutua visione: miranť in rerum coꝛporaliū speculatione. Discamus ⁊ nos contemplantes mirari: ⁊ mirantes cōtemplari/quō illius superne beatitudinis ciues oīa: que sub ipsis sunt: indefīnēter aspiciūt: omniūq; que ab alto vident: rationē ⁊ oꝛdinem cōp̄ehēdunt: quomodo de mutua societate/indissolubili q̄ charitate/in infinitū gaudeāt: quomodo in illā diuine claritatis visionē/insatiabiliter inardescāt. Nihil est iocūdius: nihil vtilius gratia cōtemplationis. Quanto amplius in celestiū cōtemplatione delectaris: ⁊ delectando admiraris: tanto libētius inno: aris: tāto diligenti⁹ perscrutaris: ꝓfundiusq; illuminaris. Semp in illis inueniēs qđ mireris: ⁊ vnde delecteris. Nusq̄ est copiosioꝛ materia admirādi: ⁊ nusq̄ vtilioꝛ causa delectādi. In his ergo semper sit tua admiratio ⁊ delectatio: nec necesse erit alia ꝓ o alijs querere: ⁊ per vanam huc illucq; cogitationū euagationē discurrere. Deū nāq; cognoscere: plenitudo est sciētie. Plenitudo aūt huius sciēie: plenitudo est glorie. Consummatio gratie: perpetuitas vite. Ad huius vo scientie plenitudinē/opus est potius intima compunctione: q̄ ꝓfunda inuestigatione: suspiriꝭ: q̄ argumentis: crebris lamentationibus: q̄ copiosis argumentationibus: lachrymis/q̄ sententijs: oratione/q̄ lectione: gratia lachrymarū/q̄ sciēria litterarum: celestium potius cōtemplatione/q̄ terrestrium occupatione.

¶ Finis.

¶ De oꝛdine vite et moꝛum institutione: alꝭ de doctrina pueroꝝ ⁊ coꝛrectione moꝝ/ Tractatus.

Gratur quidez timidā mētis mee imperitiā fraterna charitas: vt de vite oꝛdine/⁊ moꝛū institutione breuiter loquī debeā. Sed q: tempus est vt (ipso qui ispirauit opitulāte) opus aggrediar: exoꝛdiū sumere necessariū duxi ab illa laudabili virtute que dr̄ verecūdia. Que cū sit omnib⁹ etatib⁹/personis/tēpoꝛib⁹/⁊ locis aptaꝝ adolescētes ⁊ iuuenes animos maxime decet. Tres em̄ virtutes sunt q̄ pueris adolescēt⁹ magis cōgruūt: verecūdia: taciturnitas: ⁊ obediētia. Non est aūt dubiū si has studuerint habere: quin possint christo duce/ad culmē perfectionēq; virtutū ascēdere. Moꝛū em̄ insignia/⁊ ornamēta virtutū in illis ꝓculdubio cernimus senibus: qui ab ipso tyrocinio ꝓmeue etatis: vsq; ad perfectū virum disciplinis celestibus exercitati: per viā dei fortiter cucurrerūt. Quoꝝ sez sapientia tantū viget ⁊ lucet: quantū senect⁹ ipsa etate fit doctioꝛ: vsu certioꝛ: pcessu tēpoꝛis prudētioꝛ. Hec autem veterū studioꝝ dulcissimos fructus edit: et alios reficit. Multi nāq; senes diu viuentes: ⁊ nihil ꝓficientes: quia nullas sibi i oppoꝛtuno tēpoꝛe diuinas cōgregarūt: inopes oīm virtutū animos iuuenū reperiobe vite moꝛibo instituūt. Sicut em̄ per senē vitio sum et fatuū: ita p adolescentē inuerecūdū ⁊ temerariū religio sancta destruit. Post indoctos nāq; ꝓlatos/malosq; in sancta ecclesia nulla pestis ad nocendū infirmis valentioꝛ inuenit. Deniq; taliū hoim genus: ista (de quib⁹ apls p̄dixit) tēpoꝛa ꝓphdolo: sine numero ferūt: qñ ferme oīa q̄ bona sunt ⁊ sancta pessundari cōfundiq; videm⁹. Et q̄n senes in melius mutari ab illa inolita vitioꝝ cōsuetudine difficillimū est: debem⁹ manū adolescētib⁹ porrigere: q̄ si dare volūt operā: omni depulso repoꝛe/possint vtiq; p gratiā christi vitā coꝛrigere: moꝛes cōponere: actusq; suos in oīb⁹ meliorare. Idcirco diu est q̄ desideraui ꝓpter iunioꝝ salutem (coꝝ ꝓcipue cū quib⁹ viuo) ex opusculis patrū pauca quedā deflorādo colligere: q̄ tenere etati eoꝝ videantur spāliter cōsulere. Est em̄ mihi fateoꝛ tristicia magna: ⁊ cōtinu⁹ dolor: sup cecitate coꝛdis eoꝝ: q̄ cū didicerit in schola christi q̄liter debeāt ⁊ vitia ꝓpulsare: ⁊ sctis virtutib⁹ insudare: heu rebellionis spiritu armati/tam ꝓcipiti impetu per abrupta vitioꝝ currūt ad moꝛtez: vt eos auriga ꝓsidens nullo freno disciplīe valeat cohibere. Debēt vtiq; in domo dei ad cultū diuini honoꝛis supra oēm oꝛnatū tanq̄ vas aureū refulgere. Cur aūt q̄ ab ipsis p̄mis rudimētis infantie educati sunt tanta cura: tantoq; labore: nisi vt fortes in bello facti: cōtra mundū ⁊ eius concupiscētias: cōtra carnē ⁊ ei⁹ desideria: contra diabolū ⁊ ei⁹ multiplicia tentamēta viriliter pugnēt: Sed qđ admirādum est ⁊ dolenduꫝ: plus eis q̄ ceteris grauis ⁊ austera videtur disciplīe regula. Quare hoc nisi q: secularē magis diligūt vitā: Certe vel nullus vel rarus inter eos inuenit: qui libēter sequat antiquoꝝ patrū instituta: ⁊ maioꝝ vitā diligat: aut quia labor: eū terret: aut quia in lubrica etate difficilioꝛ: est abstinētia: aut quia alacri adolescētie videtur vita obscurioꝛ: ⁊ ideo ad ea cōuertūtur studia que plausibilioꝝ arbitrant. Presentia quippe plures q̄ futura preferūt: sed meminisse debēt/q: nō p̄sentibus: sed futuris militam⁹. Uñ quo p̄stātioꝛ causa: eo debet esse cura attētioꝛ. Infelix qui legē vite ⁊ disciplīe abiecit: ⁊ maioꝝ gubernari magisterio refugit. Iste vo non ꝑm deū: sed ꝑm se viuit: q̄ si poterit: est cū quib⁹ vult: pergit quo vult: ⁊ quantū vult: ridet ⁊ iocatur inter quos ⁊ vbi ⁊ qñ vult. Postremo quicq̄d naribus suaue est: quicq̄d tactu blandū: quicq̄d oculis delectabile: quicq̄d ceteris sensib⁹ carnis sue iocundū: exercet: ac sequit. Ille vo qui ꝑm deū viuit: nō qđ eū carnaliter delectat: sed qđ spūaliter edificat: facit. Et q̄cq̄d cupit aut agit: nō vult ex sua/sed ex dei volūtate/maioꝝq; suoꝝ iussione ꝓcedere. Nemo tn̄ posit in adolescētie vel intēperātie lubrico: de sui cōuersione desperet. Oleaster em̄ oliue insertus amissa amaritudine efficit fructuosus. Si ergo agricultura conuertit stirpiū qualitatē: nōne studia doctrine ⁊ disciplīe assiduitas mitigare possunt quasliber egritudinis passiones: Sed ne puerilis vita varijs lapsib⁹ vitietur: oportet teneros animos ꝓfectis diligēter mācipare virtutib⁹ quatenus bona consuetudo cū etate simul accrescat. Ut igit clarius pateat quāta ⁊ qualis virt⁹ sit verecūdia: patris Ambroſij magna ex parte ponamus sensus ⁊ verba: ne si forte me parum pēderit stultū ꝺomūtionē: magnū ambroſiū: immo in ambroſio christū: nō audeant spernere. Sic em̄ ille ait/instruēdoꝝ moꝝ magister. Est aūt bonoꝝ adolescentiū timoꝛe dei habere: deferre parentib⁹ honoꝛē: castitatē meri: nō aspernari humilitatē: diligere clementiā: ac verecūdiā que oīa mēta sunt minoꝝ etati. Ut em̄ in senib⁹ grauitas: in iuuenib⁹ alacritas: ita ī pueris adolescētib⁹ verecūdia velut quadā dote cōmendatur natura. Et pulchra virtus verecūdia: ⁊ suauis gra: q̄ nō solum in factis sed etiā in ipsis spectat sermonib⁹: ne modū ꝓgrediaris loquēdo: ne quid indecoꝝ sermo resonet tuus Speculū em̄ mētis plerūq; in vbis refulget. Ipsuꫝ sonū vocis libet modestia: ne cuiusq̄ offendat aurē vox incōposita. Deniq; in ipso canēdi genere prima disciplina verecūdia est: immo etiā in omni vsu loquēdi: vt sensim q̄s aut psallere: aut legere: aut postremo loqui incipiat: vt verecūda principia cōmendēt ꝓcessum. Est em̄ in oculis verecūdia qua ꝓhibet boni adolescētis pudica aia intueri et alloqui feminas: nō vt exerceꝛ sexū: sed vt fugiat vitiū. Plurimū autē ꝓficit ad tuitionē castitatis/custodia oculoꝝ. Multi vo perierūt ꝓpter speciē carnis. Uñ dñs Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā: iam mechat⁹ est eā in coꝛde suo. Bone indolis adolescētes in monasterio viuētes/ita se omni studio cōseruēr: vt adolescētiā suam nulla libidinis foꝛde cōmaculēt: vt ad altare christi quasi de thalamo virgo ꝓcedāt. Quoꝝ tāta animi debet esse mūdicia: vt p̄ce nimia verecūdia: ne sermonē quidē audire velint: vel locū impudicū. Et ne incētiuis naturalib⁹ superent: necesse est vt lasciuiēs caro coꝝ crebris frāgat ieuniis. Melius est eos stomachū dolere: q̄ mētē. Beatus plane adolescēs q̄ castus ꝓcesserat ⁊ coꝛpoꝛe ⁊ mēte.

Uirtutes adolescēti congruentes.

ñ. cor. iij.

pā. xlv.

pā. lxxij.

ſ. Tt. iiij.

Huic p̄ocul dubio caro ⁊ sanguis redēptoꝛis nostri efficiē salus ⁊ vita. Sunt ⁊ q̄ ꝓpter humanā cōfusionē/sine respectu diuini timoꝛis/pleni foꝛdib⁹ audacter se ingerūt tantis mysterijs. Audiāt aūt qđ scriptum est. Nō videt in facie: de⁹ aūt in coꝛde. Sed illi plus metuūt hoīes/q̄ deū. O ceca temeritas: o dei mira patiētia. Nunq̄d em̄ tn̄ peccauerūt vel quos ignis cōsumpsit: vel quos terra absoꝛbuit: Nunq̄d tale scelus filioꝝ aaron: alienū igne offerēdo tūi: quale est illoꝝ q̄ tā terribilia sacramēta sumūt sibi ad moꝛtē? Etenim sic viuendū est: vt panē illū supsubstātialē semp accipere valeamus: q: ve ei q̄ se alienū fecerit abeo. Et multū ve illi qui spurcus ⁊ immundus accesserit. Utrobiq; grāde periculū. Ideo magna necessitas instat ne indigni inueniamur. Quap: opter tenēda est in oīb⁹ verecūdia pudicitie comes: cui⁹ societate castitas ipsa tutio: erit. Bonus em̄ regēde castitatis/pudoꝛ est comes: qui si repellat puma pericula: pudicitia vulnerari nō sinit. Etem̄ inuerecūdis oculis/⁊ lasciuis sermonib⁹: libidinosus animus deꝓhēdit: ⁊ p exterioꝛē hoīez/interioris hoīs vita mōstratur. Multa ⁊ dura coꝛpoꝛis bella sustinet adolescentia: ⁊ caloꝛe sanguinis inflāmata: vt euadere possit/omni indiget custodia. Quāto plura sunt q̄ impugnāt pudicitiā: tanto maioꝛa sunt p̄mia. Quia vbi maioꝛ labor: ibi merces crit ampliοꝛ. Amatoꝛes aūt verecūdie sumāt exēplū de matre dñi: q̄ cuis esset mitissima: tn̄ ꝓ e verecūdia salutātē se angelū nō resaluauit. In ipsa vo oꝛatione nostra multum verecūdia placet: multiq; cōciliat gre apud dñm nostrū. Nōne hec ptulit publicanū ⁊ cōmendauit eū: q̄ nec oculos suos audebat ad celū leuare. Ideo iustificat dñi iudicio plus q̄ ille phariseus que deformauit ꝓsumptio. Oꝛem⁹ ⁊ nos in quātū possumus in incoꝛruptiōe q̄eri ⁊ modestī spūs: q̄ est ante deuz locuples. Paulus q̄ oratione deferri ꝓcepit cū verecundia ⁊ sobrietate: ꝓmā hāc ⁊ q̄si ꝓcuiā vult esse oratiōis future: vt nō gloriet pctoꝛis oratio: sed q̄si coloꝛe pudoris obducta: quo plus defert verecūdia de recoꝛdatione delicti: eo vberioꝛe mereat gratiā. Est etiā in ipso motu/gestu/incessu/tenēda verecūdia. Habit⁹ em̄ mētis in coꝛpoꝛis statu cernit. Unde hō coꝛdis nostri absc̄dit⁹: aut leuioꝛ: aut iactātioꝛ: aut turbidioꝛ: aut ecōtra grauioꝛ: ⁊ cōstantioꝛ/⁊ purioꝛ: ⁊ maturioꝛ estimat. Itaq; voꝛ q̄dā animi est coꝛpis motus. Sepe em̄ ꝓcessum ꝓditur qualis sit animus. Lucet ꝑpe in quoꝛūdā incessu imago ipsa mentis: spēs quedā scurrarū percursantiū. Sunt em̄ qui sensim ambulādo imitanť histrionicos gestus: ⁊ quasi q̄dā fercula pōparū: ⁊ statuarū motus nutantiū: quotiēscūq; gradū transferūt: modulos quosdā seruare videantur. Nec cursim ambulare honestū arbitro: nisi cū causa exigit alicuius periculi: vel iuste necessitatis. Nā plerūq; festinātes anhelos videmus toꝛquere oꝛa: quib⁹ si desit causa festinationis: necessarie fit nemus iuste offensionis. Sed nō de his dico quib⁹ rara ꝓperatio ex causa nascit: ⁊ quibus iugis ⁊ cōtinua in natura vertitur. Nec in illis ergo tanq̄ simulacroꝝ effigies ꝓbo: nec in istis tanq̄ excursorū ruinas. Est em̄ grellius ꝓbabilis: in quo est spes autoritatis: grauitatis pōdus: trāquillitatisq; vestigiū: ita tn̄ si studiū desit atq; affectatio: sed motus sit purus ⁊ simplex: Nihil em̄ fucatū placet. Morum aūt natura informet. Si quid sane in natura vitiū est: industria emēder: vt vbi ars deest: nō desit coꝛrectio. Uꝛ si etiā ista spectēt itineri: quāto magis cauendū est ne q̄d turpe exeat de oꝛe? Hoc em̄ grauiter coinquinat hoīem. Nō em̄ cib⁹ coinquinat: ⁊ iusta obtrectatio: sed vboꝝ obscenitas. Hec etiā vulgo pudoꝛi sunt. In nostre vo religionis ꝓposito/nullū verbū incuriar verecūdia: qđ inhoneste cadat. Et non solū nihil ipsi indecoꝛ loqui: sed nec aurē quidē debem⁹ hmōi ꝑbere dictis: q: que delectat audire: alterū loqui ꝓuocat. Audire q̄ qđ turpe sit: pudoꝛi maxime est: videre vo si quid hmōi foꝛtuito accidat: quāti hoꝛroꝛis est? Uē ergo in alijs displicet: nunq̄d potest in seipso nō displice-

Mat. v.

ſ. Tim. ij

Universidad de Deusto
Biblioteca

re? Nec ipsa natura nos aliter docet: que perfecte quidez oēs partes nostri corpis explicauit: vt ⁊ necessitati cōsuleret: ⁊ gratiā venustaret: sed ñ eas ꝙ decoꝛi ad aspectuz foꝛet: in quib⁹ forme apex q̄si in arce quadā locat⁹: ⁊ figure suauitas/⁊ vult⁹ spēs emineret/operandiq; vsus esset parationi obuias atq; apertas reliquit. Eas vo in quibus esset naturale obsequiū necessitat⁹: ne deformē sui prebeꝛet spectaculū: partim tanq; in ipso enēdauit atq; abscōdit corpoꝛe: partim docuit atq; suasit tegēdas. Nōne igit ipsa natura magistra fit verecūdie? Cui⁹ exēplo modestia id qđ in hac corpis nostri fabrica abditū reperit: operuit et texit. Ergo nature opifex fic nostre studuit verecūdie fic decoꝛi illud ⁊ honestuz in nostro custodiuit corpoꝛe: vt ductus quosdā atq; exitus cuniculoꝛ nostroꝝ polt ter gū religaret: atq; ab aspectu nostro auerteret: ne purgatio vētris/visum oculoꝛ offenderet. De quo pulchꝛe ait apls. Que vident (inq̄t) corpis nostri mēbra infirmioꝛa necessarioꝛa sunt. ⁊ q̄ putamus ignobiliora mēbra corporis esse: eis abundantioꝛē honorē circūdamus: ⁊ q̄ inhonesta nostra sunt: abūdantioꝛē honestatē habēt. Etenim imitatiōe nature industria auxit gratiā: vt nō solū abscōdamus ab oculis: verūetiā que abscōdēda accepim⁹: eoꝛ indicia vsusq; mēboꝝ sua appellatione nūcupare/inde coꝛ putemus. Denicq; si casu aperiant⁹ he partes: cōfundi tur verecūdia: si studio: impudētia estimat⁹. Cū igitur in quibusdā humanis mēbris tanta sit deformitas/vt poꝛi ri magna sit verecūdia: heu q̄ turpes illi sunt: ⁊ q̄ impudentes: q̄ has secretas partes coꝛpis nō solū defiderātes cernūt: sed etiā studiose tangūt! Pudet me ac piget illoꝝ facta referre/in quib⁹ regnat sodomitica libido: quibus fic iratus est de⁹: ciuisq; iusto iudicio ita traditi sunt in reprobū sensum: vt masculus in masculū turpitudinē operetur. Nōne deteriores bestiis sunt effecti aīalib⁹/ quib⁹ nō est intellect⁹? Si em̄ cham qui nudatū patrē vidēs risit: in filio maledict⁹ est: qua isti maledictiōe feriunt: qui desiderio peccādi suā alioꝝq; turpitudinē detegere nō erubescūt! Utinā viderēt quantū flagitijs talibus deum offendūt. Sunt etiā qui pulchꝛos hoies (dep̄ecoꝛ deformib⁹) amāt/⁊ laudāt: suscipiūt: et honoꝛāt. Illi em̄ qui sanos habēt oculos: solā animi pulchꝛitudinē in hoīe diligūt: ⁊ reuerent. Qualis est aūt ista pulchꝛitudo: quā lenis febꝛicula perdit: ⁊ rugosa senect⁹ ita dissoluit vt nec fuisse putet! Et ñ sunt qui habētes hāc extollunt: ⁊ cum sint vacui virtutib⁹: per hāc solā gloꝛosos se arbitrantur. Nos certe in pulchꝛitudine locū virtutis non ponimus: gratiā ñ nō excludimus: q: verecūdia etiā vult⁹ ipsos solet pudoꝛe suffundere/gratioꝛesq; reddere. Ut artifex in materia cōmodioꝛe melius operari soleꝛ: fic verecūdia in ipso q̄ coꝛpis decoꝛe plus eminet: ita ñ vt ipse nō affectatus coꝛpis decoꝛ: sed naturalis simplex/neglect⁹ magis q̄ expetit⁹: nō preciosis ⁊ albētib⁹ adiutus vestimentis: sed cōibus: vt honestati vel necessitati nil defit: nil accedat nitoꝛi. Uoꝛ ipsa nō remissa: nō fracta: nihil femineum sonās (qualē multi gravitatis specie simulare cōsueruīt) sed foꝛmā quādā ⁊ regulā ac succū virilē reseruās Hoc est em̄ pulchꝛitudinē viuēdi tenere: cōueniētia cuiq; sexui ⁊ psone reddere. Hic oꝛdo gestoꝛ optimus: hic oꝛnatus ad oēm actionē accōmodus. Sed vt molliculū et infractū vocis sonū: aut gestū coꝛpis/nō p:odo: ita neq; agreste ac rusticā naturā imitādā esse cēseo. Eius discipline formula/effigies honestatis est. Imitek pius adolescens vestigia isaac/⁊ ioseph. Sit verecūdus: castus: simplex: ⁊ sob:ius: humilis: obediēs: patiēs: et remisso: iniurie. Faciat vt daniel et tres pueri: studeat sapiētie/⁊ non det se illecebꝛis gule. Pinguis vēter/nō gignit tenuē sensum. Fugiat ebꝛietatē tanq̄ venenū. Si religiosus et sapiēs vult esse: nunq̄ vinuz redoleat: nec audiat illud pbi. Hoc nō est osculū poꝛrigere: sed vinum p:opinare. Amet sanctarū scripturarū scientiā: ne mēs eius vel vanio/vel lasciuis cogitationib⁹ pateat. Beat⁹ qui diuinas scripturas legens/verba vertit in opera. Sit abstinens irarū: et fugitās litiū: vt bonis pollere moꝛib⁹ hoc indicio cōpoꝛetur: ficq; se exhibeat: vt senioꝛes iter quos habitat: dū admirātur virā: nō finank despicere etatem. Sit inter fratres coequales suos primus in opere: extremus in oꝛdine: ⁊ ita singulis virtutib⁹ insteꝛ: vt nulli eoꝝ scōs inuideat. Delectat me adhuc in partib⁹ demoꝛari verecūdie: q: ad eos loquoꝛ/q̄ adhuc bona ci⁹ ex semetipsis nō recognoscūt: aut dāna nesciūt. Oꝛdo quidē vite tenēdus est. Et a verecūdia prima quedā fundamēta ducank: q̄ socia ac familiaris est mētis placiditati/preuiā fugiēs: ab omni aliena luxu: sobrietatē diligit: honestatē fouet: decoꝛē nil requirit. Sequak cōuersatiōis electio: vt adiunganꝰ ꝓbatissimis quibusq; senioꝛib⁹. Nā vt equaliū vsus dulcioꝛ: ita senū turpioꝛ est: q̄ magisterio quodā/⁊ ductu vite/coloꝛi moꝛes adolescētiū: ⁊ velut murice ꝓbatis infici. Nēpe si hi qui sunt ignari locoꝝ: cū solertib⁹ viarum iter adoꝛdiri gestiūt: quāto magis adolescētes cū senib⁹ debēt nouū iter ūbi aggredi: quo minus errare possint/et a vero tramite vtrius declectere. Nihil em̄ pulchꝛius: q̄ cos ⁊ magistros vite habere ⁊ testes. Pulchꝛa itaq; copula senioꝝ atq; adolescētiū. Alij testimonio: alij solatio sunt: alij delectatiōi: alij honoꝛi. Legik q̄ barnabas marcū assumpsit: paulus silā ⁊ timotheū ⁊ titum: vt senioꝛes cōsilio ꝓualer⁹: iunioꝛes ministerio. Patet nāq; q̄ nulla ars discik absq; magistro. Si em̄ aīalia/⁊ fere/⁊ aues/⁊ apes duces habēt: ⁊ principes suos sequūtur: quanto magis hoies sine doctoꝛe ⁊ rectoꝛe esse nō possunt! Inde caueda est ne adolescētioꝛes ⁊ paruuli sin⁹ duce ꝛgrediank viā quā nunq̄ ingressi sunt: ⁊ in partē alterā declinātes erroꝛes patiank: si vel plus vel minus ambulātes q̄ necesse est: aut currētes lassenk: aut motā faciētes obdoꝛmiāt. Plerūq; ⁊ virtutib⁹ pares: dispares etatib⁹/sui delectank copula: sicut delectabank petrus ⁊ iohannes. Nā adolescentē legimus iohannē: q̄uis nulli senioꝝ in virtute fuerit scōs. Erat em̄ in eo senectus venerabilis moꝝ: et cana prudentia virtutū omniū. Magnū em̄ hui⁹ vite solariū est: vt habeas cui pectus tuū aperias: cū quo arcana participes: cui cōmittas secreta coꝛdis tui: vt ames ⁊ sequaris eū: qui tibi paterna pietate in tristib⁹ cōpatiatur: in persecutionib⁹ adhoꝛtek: ⁊ in ꝓsperis gratulet̄. Felix talis societas/talisq; amicitia: qua nihil est in rebus humanis pulchꝛius. Teneamus ergo verecūdiā/vel eā que ad totius vite oꝛnatū nos attollit modestiaz. Magna aūt est modestia indiuidua verecūdie socia: q̄ cū sit sui iuris remissio: nihil vsurpās: nihil vēdicās: ⁊ q̄dāmodo intra vires suas cōtractioꝛ: dines est apud deū. Verecūda modest⁹: ⁊ modesta verecūdia est: q̄ nulli infidias machinat⁹: lesa nō irascitur: ⁊ cūctos simpliciter respicies: de nullo sinistrū aliquid suspicat. Hāc teneamus pueri: hāc diligamus: ⁊ ea semper habere possimus: fugiēda est nobis familiaritas ⁊ cōfabulatio eoꝝ qui turpiter et indisciplinate viuūt. Talium autem infinitus est numeꝛ⁹. Habet sane suos scopulos verecūdia: nō quos ipla inuehit: sed quos sepe incurrit. Si intemperantium incidamus cōsoꝛtia: qui sub specie iocūditatis/venenum infundunt bonis. Si si assidui sunt maxime in cōuiuio: ludo: risu: ac ioco: eneruāt grauitatē illam virilē: ⁊ animos puriles coꝛrūpunt: atq; suis malis affuefaciunt. Caueamus itaq; ne dū relaxare animū volum⁹: soluamus ocm armoniā: quasi cōcentū quendā bonoꝝ operū. Usus em̄ cito inflectit naturā. Q̄ multos stultoꝝ societas decipit! Quid nobis cū fabulis/risu/⁊ ioco? Nā licz interdū honesta ioca fugualia sint: ñ ab ecclesiastica aberrant regula. Q̄m̄ que in scripturis sanctis nō reperimus: quō vsurpare possum⁹? Laudā sunt em̄ oia q̄ inflectere possunt gravitate ꝓpositi nostri: nostreq; ꝓfessionis. Ue vobis q̄ ridetis: q: flebitis vos: dñs ait. Nos ridēdi materiā inquirimus: vt hic ridētes/illic fleamus: Ipsuz nāq; dñm flevisse legimus. Nō solum p:ofusos: sed etiā oēs iocos arbitro; declinādos;

bitroꝛ declinandos: nisi forte plenum gravitatis ⁊ gratie sermonem esse/indecoꝛ est. Ingemiscendū est aūt iugiter ⁊ postposita securitate lugēdū: ne a deo deseramur ꝓpter supbiā ⁊ negligentias: ⁊ in ꝓtē demonuz relinquamur. Reuera quem deus relinquit: demones suscipiūt: ⁊ suscep̄ pō.lxv. Rom.ix mat.xx. tum sue pditionis participem faciūt. Terribilis in cōsilijs sup filios hoim deus. Operatur figulus ex eadē massa: aliud vas in honoꝛem: aliud in contumeliā. Sunt vasa mie: ⁊ sunt vasa ire. Sunt nouissimi primi: ⁊ primi nouissimi. Sunt multi vocati: ⁊ pauci electi. Et ideo vnusquisq; Phil.ij. nostrū operet salutē suā (sicut ait apls) cū timoꝛe ⁊ tremoꝛe. Declinet a vanitate: mundi spernat amoꝛē. Amplectak luctū ⁊ quietē: ⁊ secteꝰ quantū pōt verecūdia/tranquillāq; māsuetudinem: q̄ facit vt homo inter hoies pacifice viuat vt ad oia q̄ inhonesta sunt: erubescat. Laudanda aūt virtus verecūdie: q: quoꝛ oculos/aures/linguāq; possidet: nō sunt turpiter ludere ac ridere: efficiens eos graues et mites. Econtra grandevitiū est iuniocꝛ impudētia: q̄ imꝓbo ausu ⁊ dissolutione sua patres ⁊ fratres conturbat: q: Eccli.xxij. puer. ij. sicut scriptū est: nec deū nec hoies reuereꝰ; sed leraꝰ cū malefecerit: ⁊ exultat in reb⁹ pessimis. Facta est ei frons meretricis: q: non pōt erubescere. Ubi lingua audax/⁊ frons inuerecūda: quid loquaꝰ: quid vel agat nō curat. Cū enim boni adolescentuli ⁊ māsueti/tacendo reuereank maioꝛes suos: nemo solius taciturnitatis hanc laudē puter: q: silētium ipm (in quo est reliquarū virtutū ocium) maximus actus verecūdie est. Denicq; si naturale est: aut infantie deputatur: aut supbie ꝓbꝛio datur: si verecūdie: laudi ducitur. Tacebat in periculis susanna: ⁊ grauius verecūdie/q̄ vite dānū putabat: vbi soli loquebaꝰ cui poterat casta verecūdia loqui. Fugit ⁊ pulcher ioseph relicta veste in manibus formicarie: tacēq; celeriter egressus est: q̄ incōgrua sue verecūdie audiens: nō poterat diu stare. Moyses q̄ et ibieremias: gō poterant p gram: excusabāt per verecundiā. Tutius em̄ est discere q̄ docere: tacere q̄ loqui. Quid aūt magis pōt verecūdie bonū/q̄ vt iuniocꝛ etas magis debeat discere q̄ tacere! Pythagoꝛas q̄ppe legem dedit silentij discipulis suis: vt tacentes p quinquenniū: loqui discerent: ⁊ tu nō vis tacere: cui virtus silentij ꝓpria est! Quid opus est o adolescens: vt ꝓperes periculū suscipere loquēdo: cum tacēdo possis esse tutioꝛ? Ꝙplures vidi loquendo incidisse pcm̄: vix quem q̄ tacēdo. Jdeoq; tacere nosse: q̄ loq difficili⁹ est. Scio pleroscq loqui: cū tacere nesciant. Rarū est tacere quēq̄; cū sibi loqui nihil ꝓsit. Sapiens ergo est q̄ nouit tacere. Alliga moneo sermonē tuū ne luxurier: ne lasciuiat: ⁊ i multiloquio pcā sibi colligat. Sit restrictioꝛ ⁊ ripis ipsius coerceat. Cito lumen colligit annis eṕdans. Sit tibi grauitas in incessu: in ꝓmone pōdus: atq; in verbis modus. Hec aūt si custodieris: eris mitis/māsuetus/⁊ modestus. Custodi coꝛ ⁊ rerine linguam Bona em̄ possessio/mens bona. Sepi ergo hāc possessionem: ⁊ muni eā vndiq; ne irruāt in eā: ⁊ captiuā ducant irratiōabiles coꝛpoꝛis passiōes: Custodi quantū potes interioꝛē hoiez tuū. Noli eū quasi vilē negligere ac fastidire q: preciosa possessio est ⁊ meritoꝛ preciosa: cui⁹ nō caducus fructus ⁊ tpalis: sed stabilis atq; eterne salutis est. Si vis bene custodire: tace ꝓius ⁊ audi: ⁊ nō deliquas in lingua B: aue malū vt aliās oꝛe suo cōdēnetur. Eterē si ꝓ ocioso verbo reddet vnusquisq; rōnez in die iudicij: quātomagis ꝓ verbo impuritatis: ⁊ turpitudinis: ⁊ impietatis? Videamus etiā ne ratione ponamus ꝓ ocioso silentio. Est em̄ fructuosum ⁊ negociosum silentiuz. Tacendo em̄ apud hoies: melius loq̄mur deo. Multe em̄ prēlationes sunt: quib⁹ aīa deuota deo tacendo mirabiliter pascitur. Dauid ꝓpha docuit nos tanq̄ in ampla domo deābulare in coꝛde nostro: ⁊ cōuersari cū eo tanq̄ cū bono cōmensali: vt ipse diceret sibi ⁊ loqueretur secū. Dixi custodiam vias meas. Moyses in filētio loquebaꝰ: ⁊ in ocio operabatur. Quando ergo iustus solus est: qui semp cū deo est: Psal. xxxviij. ecc.xiij. ecc.xvij. Quomō solitarius est; qui nunq̄ separaꝰ a xpo? Quādo aūt feriatur a negocio: qui nunq̄ feriaꝰ a merito/quo cōsummaꝰ negociū? Quibus aūt locis circūscribiꝰ: cui totꝰ mūdus diuitiarū possessio est? Qua existimatione diffinik qui ne: operatione cōprehendiꝰ? Nunc quidē de deo cogitat ⁊ sanctis angelis eius/atq; de inmarcessibili gl̄ia eterne beatitudinis: nūc vo de versutijs diaboli: de pcīs suis: de hoꝛa moꝛtis: de penis inferni: de die tremendi iudicij: nūc de ꝓfunditate diuinarū scripturarū: de natura virtutū: de cōpositione moꝛū bonoꝝ. Q̄ gloꝛiosum tale silentiū: vbi eloquia dñi/eloquia casta sunt! Est igitur tacēdi ⁊ loquēdi modus. Bona mens ⁊ verecūda vt loquaꝰ: multa pꝛ cōsideraꝰ quid dicat: ⁊ cui dicat: quo loco: ⁊ tpe. Merito sapiens dicēdus est q̄ nouit tp̄s loquendi. Unde bene ait scriptura. Homo sapiens tacebit vsq; ad tp̄s. Jdeo sancti dñi/qui sciebāt q: voꝛ hoīs plerūq; pcō iuncta est: ⁊ initium erroꝛis humani sermo est hoīs: tacere amabant. Denicq; sanctus dauid ait: Posui oi meo custodiā. Prophete custodiebant: ⁊ nō custodies! Pones aūt custodie: si cito nō loquaris. Lex dicit. Audi isrl̄ ⁊c. Audi enim dicit⁹ ⁊ nō loquere. Tue em̄ eratis est tacere ⁊ obedire: nō de maioꝛis sentētia iudicare. Scriptū est iterū. Audi isrl̄ ⁊ tace. Psal. xxxviij. Deuk.vj Jsaac deferebat patri suo honoꝛem: ⁊ obediens eius voluntati non recusabat moꝛi. Jesus vero naue sedulo obsequio Moysen venerabaꝰ: ⁊ obediens existens in oibus/ tantā gratiā apud deū meruit: vt illius successoꝛ ad regendum dei populum eligeretur. Heliseus relicto aratro/matris bobus/vocante helia secutus: per verā mitēq; obedientiā/ad tantā moꝛis ascendit celsitudinem: vt spūs tam excelsi magistri dupliciter in bono discipulo requieseret. Abraam vo ille fidelis senex/ad iussionem dñi reliquit terram natiuitatis sue: ⁊ q̄uis in multis locis freguentes iniurias grauesq; perpessus fuerit laboꝛes: nunq̄ cepte obedientie penituit. Jntantū em̄ per obediētiā ⁊ fidem placuit deo: vt ei de eꝰo ꝓlem repromissio fieret. Ipse eundē dñs noster Jesus christus/in factis dictisq; suis multum nos obedientiā docet. Vera em̄ subiectio ꝓpter deū: ꝓꝓrie voluntatis est moꝛtificatio: dum abiecta ⁊ indigna de se credit: ⁊ deo acceptabilē/hoibusq; dulcem obediētiaz parat. Denicq; volūtas ꝓpria ex liberi arbitrij p:elumptione descendens: obstinatis ⁊ inobediētib⁹ ipsa bona in peccatū cōuertit. Uir bonus cū bonis suis oibus habere obedientiā studeat. Scriptū quippe est. Melioꝛ est obedientia q̄ victime: ⁊ auscultare magis q̄ offerre adipez arietū q̄m quasi peccatū ariolandi est repugnare: ⁊ quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Cernis quantū ⁊ quale sit inobedientie malū: qō idolatrie magicisq; cōparaꝰ artib⁹? Adolescentes qui tali repleti sunt malo/subdi senioꝛibus dedignank: facta vero eoꝝ/aut dicta/rumida ⁊ crecta ceruice nō obseruant: sed dijudicant: nō venerando exaltant sed spernendo subsannant. Sed nō impune. Jnde em̄ cui denter deficiūt: vnde miseri p:oficere debuerunt. Hoc aūt vult deus: vt homo per hoīem doceatur: ⁊ mino: maioꝛi subdatur. Si em̄ angelus angelo imperat: ⁊ inter iubentē et obedientem summa manet semp cōcoꝛdia: videat ille q̄ grauiter peccat/qui debitā exhibere suis maioꝛib⁹ reuerētiam nō curat. De interitione nāq; illoꝝ qui nō obediētes sunt: ⁊ suos senioꝛes suosq; patronos despiciūt: multa dici potuissent: nisi ꝓmisse brevitatis memoꝛ: illa studiose preterirem. Ad quid plura? Una em̄ sniа obedientibus ⁊ inobedientib⁹ sufficere potest: quā per se veritas loquitur discens. Qui vos audit/me audit: ⁊ qui vos spernit/me spernit. Jnde illi gaudeant gaudio magno: qui senioꝛes suos venerationi habent ⁊ honoꝛi ꝓpter christuz. Multi nāq; de virtute obediētie multa scripseruīt: inter quos sanctus pater noster benedictus de ea tam terribiliter locutus est: vt fratrum etiā bene obedientiū coꝛda/pre nimio timoꝛe concuti valeant. Sed ⁊ ille summus mellifluus oris B: ego rius mirabiliter superexaltat ⁊ magnificat eā. Demonstrare aūt volens quāti sit meriti obediētia: ita ait vir eloquēs Sola nāq; obedientia virtus est: que virtutes ceteras mé

Luc.vj

Luc.xix.

Luc.x.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modo fatigatū ex itinere: sedere sic sup:a fontem cū muliercula sola/solū loquentē/totius mundi statū regentem. Postea factū in agonia p:ixius o:antē: ⁊ oia oibus sufficienter adminis:trātē. Ab angelo etiā ipe qui est dulcedo ⁊ cōsolatio angelo: ⁊ hominū: cōsolationē nihilominus recipientem. Aut ad columnam totius orbis sustentamentū/ligatū ⁊ flagellatū. Ipsum (qui est angelo: splēdo:) sputis illinū: palmis in facie percussum: spinea co:ona co:onatū: opp:obrijs saturatū. Ad vltimū cū iniquis deputatū: et p te in cruce pendentē ⁊ morientē: atq; spiritū suū in manū patris cōmendantē. Sic nimirū erit fasciculus myrrhe dilectus tuus: sic inter vbera tua cōmo:abitur. Sic de oibus anxietatib⁹ ⁊ amaritudinib⁹ dñi dei tui/colliga quasi fasciculū: vt amarū poculū lachrymarū tibi cōficias. Et si q̄n ardentissimo christi amore succensus: volueris cū apostolo iam illum cognoscere et non fm carnē: leuabis parumper mentis oculos ad vicro:iam resurgentis: ad gloriam ascendentis: ad gloriosam maiestatem in gloria dei patris sedētis atq; regnantis: que sursum sunt sapiens: et que sursum sunt querens: vbi christus est in dextera dei sedens. Nec tamen ibi longam facies moā: ne forte si diutius scrutator maiestatis fueris: obruaris a gloria. Sane ante omnia te debere noueris omnem co:dis elationē/iactantiā atq; arrogātiam (quasi venenatas aspides) fugere: sciēs pculdubio quia immūdus est coram deo ois qui exaltat cor suum. Itaq; neminē spernas: nemini noceas: nulli detrahas: et p:o xpi amore omnibus prodesse conetis. Intantū etiam inferiorē ac ceteris viliorē te nō solū ex intimo cordis affectu credas: verūetiā nō re dicas pfecisse: sed nec te aliquid esse existimes: iuxta illud apostoli: Qui se aliquid esse existimat cū nihil sit: ipse se seducit. Sit preterea incessus tuus maturitate plenus: grauis ⁊ honestus: videlicet nō fractis gressib⁹ ambules: aut scapulas detrorsum aut sinistrorsum vergendo: non recta ceruice: non prominenti pectore: et seu etiam inclinato capite super humerum: que omnia aut leuitatem redolent: aut elationem ostentant: aut hypocrisim sapiunt. Incedens ergo stans ⁊ sedens: faciem semp habeto deorsum: reuoluens in animo tuo/q̄ pulvis es et in pulverem reuerteris: ⁊ co: sursum vbi christus est in dextera dei patris sedens. Quacunq; uersum nulla curiositate quin potius necessitate aspicias. Tristiciam autem (maxime in conventu) dissimulare te decet: quandam in facie hilaritatem pretendens: pinuitam autem nunq̄ vultus in diuersa mutentur. Si quando coram alijs positus/ridere alicuius rei causa fueris compulsus (vt assolet) non fit risus tuus excussus. Nam iuxta sapientem: Amictus corporis: et risus dentium: et gressus hominis: enunciant de illo. Tuis etiam interdū interpone gaudia curis. Nunq̄ sis otiosus quin aut legas: aut aliquid de sacris scripturis/meditaris: vel certe (quod melius est) rumines psalmos: operando nihilominus incessanter quod tibi fuerit iniunctū: vt semper te diabolus inueniat occupatum. Multam em malitiam docuit otiositas. Illas etiam scripturas libentius legas: que precipue erga christum tuū magis inflammauerint intellectum. Intellige que dico. Habit enim tibi dñs in omnibus intellectum: si in sensu cogitaueris circūspectionem dei. Cū o:aueris non impleas aures audientium singultibus ⁊ suspirijs: sed intente o:a deum in cubiculo cordis tui. P:oderit tamen ad deuotionem compunctionemq̄ obtinendam: si ita semotus fueris: vt puras manus ad deum leuando: etiam nullo ipsius vocē audire possis. Nonnūq̄ ad sublimandum intentionem/in celū p:ospicias: vt ibi/sit cor tuum/vbi christus est in dextera dei sedēs. Ab o:atione iterū reuerteris ad lectionem: ⁊ iterum lectio cū fastidium submouerit: ad o:ationem redeas. Consonia in uenum (et maxime illorum qui imberbes sunt) inquantū conuenienter poteris: deuita. Nunq̄ alicui oculum in faciem figas. Sicut ad crucem: sic accedas ad cibū: id est nō q̄ voluptate sed necessitate pascaris: ⁊ fames non sapor: q̄ uocet appetitum. Singularitatem in refectione fuge: ⁊ cōmunitate esto contentus: sciens quia caro pascenda est: et extinguenda sunt vitia. Si quando aliquid superapponitur: tanq̄ diuinitus p:ocuratū accipe illud: hoc tamen habens in animo semper et voluntate: vt tantum vel magis alteri apponatur. Pone p:ouidētie tue modum: ne tibi sapiens videaris. Semper et vbiq; atq; in omnibus operibus time: ne forte excedas in aliquo. Hinc beat⁹ Job. Verebar (inquit) oia opera mea: sciens q̄ non parceres delinquēti. Cum ad stratū lassus deueneris: te honesto mō iacēdo cōponas: nec refupinus iaceas: nec genua leuādo calcaneos iungas ad ribias. Et si forte luxurie te pōpa cōcusserit: recordare dilectum tuū positū in doloribus: ⁊ vniuersum stratū suū versatū in infirmitate eius: hec dicens in corde tuo. Deus meus pender in patibulo: et ego voluptati operam dabo? Sicq; inuocato nomine saluatoris: in geminando sepe nomen salutis: cessabit tandem (deo succurrente) quassatio. Ruminantem psalmos somnus te occupet: vt in somno somnies te dicere psalmos. Cum surrexeris ad vigilias: lauda creatorem tuum ex omnibus viribus tuis: et ad laudem redemptoris tui/exalta vocem tuā in fortitudine. Postremo purissimum semp erga christum amorem habeto: nil preter ipsum/aut propter ipsum amare memento. Prolixius q̄ putaueram descripsi tibi que ipse agere nequeo: in re adimplere desideres: quod in me deesse cognosco: quia profectus tuus meum gaudium et corona est in domino.
Prou. xxv. Eccl. xxiij. Bal. vj. Eccli. xix. Cato. Eccl. xxiij. pō. xciij.

¶ Finis.

¶ Eiusdem materie notabile documentum.

Si plene vis asse-

qui quod intendis: duo sunt tibi necessaria. Primum est vt subtrahas te ab omnibus trāsitorijs rebus et terrenis: vt nihil de eis cures/ac si nō essent. Secundū vt ita te des deo: vt nihil dicas vel facias/nisi q̄d credideris firmiter placere deo. Primū aūt assequeris hoc mō. Oīb⁹ modis q̄bus potes te vilifica: te nihil reputādo esse: ⁊ credas oēs hoies esse bonos et meliores te magisq; placere deo. Quecūq; audis vel vides in religiosis psonis: puta bona intentione dici vel fieri: etiā si cōtraria videant. Nā humana suspitio facile fallit. Nulli displiceas. Nihil vnq̄ dicas loquaris q̄d laudē impotet: quātūcūq; sit familiaris ille cū quo loqueris: immo plus labora celare virtutes/q̄ vitia. De nullo prorsus sinistre loquaris (quātūcūq; sit verū vel manifestū) nisi in confessione: ⁊ hoc vbi nō potes aliter manifestare pcm tuū. Libentius accōmoda aurē tuā cū alius quis laudat: q̄m cū vituperat. Cū loqueris: verba tua sint rara/vera/ponderosa: ⁊ de deo. Si secularis loquax tecū: et vana proponit: q̄citius potes succidere sermonē: ⁊ trāsferas te ad ea q̄ dei sunt. Quicquid cōtingat tibi: vel alij: quantumcunq; coniuncto: nō cures: et si est aduersum/nō tristeris:

Universidad de Deusto
Biblioteca

si est prosperū nō leteris:sed totū nihil puta:ꝛ lauda deū. Sollicitudinē adhibe quātūcūq̄ potes:vt vilitati tue sedulus intēdas. ffuge locutoria quātū potes. Melius est em̄ flere:q̄ loqui. Post ꝓpleroria nō loqueris:quousq̄ finita fit missa sequēris dicz:nisi causa maria interuenerit. Cū vides aliq̄d qđ tibi displicet:vide si hoc est in te et abscinde: si vero vides aliq̄d qđ tibi placet: vide si hoc est in te:ꝛ te me:si nō est:assume:ꝛ sic erunt tibi oia in speculo. De multa tremurmures cum aliquo (nisi credideris ꝓdesse) quātūcūq̄ sit graue qđ habes. ffunḡ pertinaciter aliq̄d affirmes:vel neges:ſ sint tue affirmationes ꝛ negationes dubitationis sale ꝓdite. A cachinnis semp abstineas: rideas vero raro. Et cū paucis ꝓtes os tuū:breuiter in oibus dictis tuis sic te habeas:vt sint ita que dubia dimittant. Secūdū assegris hoc modo: Orationib⁹ cū magna deuotione intēdas:ꝛ eas dicere labora horis debitis: et qđ offeras in oratione reminiscaris in corde. Et vt ea q̄ legis/cōfirmes: diligēter recogita:ꝛ eoꝝ imagineris starū/in quorum memoria hec dixeris. Ista tria semp in mēte habeas: quid fuisti:quid es:et quid eris. Quid fuisti:q̄ sperma fetidū: qđ es:quia vas stercoris:quid eris:quia esca vermium. Similiter imagineris eorum penas q̄ sunt in inferno:ꝛ q̄ nūq̄ finient:ꝛ p q̄ modica delectatione tanta mala patiuntur. Similiter imagineris gloriam paradisi:et q̄ nunq̄ finietur:ꝛ q̄ breuiter et cito acquiritur: et quātus luct⁹ ꝛ dolor poterit esse illis/qui p parua re tantam gloriā amiserint. Cū habes aliquid quod tibi displicet vel times habere: cogita q̄ si tu esses in inferno:ꝛ illud:et quicq̄d nolles:habere. Et cum habes aliquid quod tibi placet:vel optas habere:cogita q̄ si esses in paradiso/haberes illud:ꝛ quicq̄d velles. Si autem in inferno esses:nec illud:nec aliud quod velles:haberes. Quādocūq̄ est festum alicuius scri: cogita de illo quāta sustinuit propter deum:quia breuia:ꝛ qualia adepta est:q: eterna. Similiter cogita q: trāseunt bonorum tormenta:malorum gaudia. Di cū istis tormentis adepti sunt gloriā eternā:ꝛ isti ex indebitis gaudijs/eternam penam. Quandocunq̄ revinciri accidia:accipias hoc scriptum:et imagineris hec omnia diligenter. Et cogita de tempore quod sic perdis:q̄ illi qui in inferno sunt: darent totum mundum (si haberent) pro eo. Cum habes aliquas tribulationes:cogita q̄ illi qui sunt in paradiso carent eis. Similiter cum habes aliquas consolationes: cogita illos de inferno carere eis. Omni die cum vadis iacere:examina diligenter quid cogitasti:et quid dixisti in die: et quomodo vile tempus et spacium quod datum est ad acquirandum vitam eternam/dispensasti. Et si bene trāsisti/lauda deum:si male vel negligenter/lugeas:et sequēti die non differas confiteri. Si aliud cogitasti/dixisti/vel feceris:quod tuam conscientiam multum remordeat: non comedas anteq̄ confitearis. Istud in fine pono:vt imagineris duas ciuitates. Unam plenam omnibus tormētis: que est infernus. Alteram plenam omni cōsolatione: que est paradisus. Et ad vnam illarum oportet te currere. Vide quid te possit trahere ad malum:vel impedire a bono. Credo q̄ nihil inuenies. Certus sum q̄ si bene seruaueris ea que sunt hic:spūssanctus habitabit in te:ꝛ perfecte docebit te facere omia. Ergo bene serues ista:et nihil negligas. Et lege ea in septimana bis:scz in die mercurij:ꝛ in die sabbati: et vt inueneris te feciſſe quod scriptum est: lauda deū qui est pius et misericors in secula seculorum. Amen.

ffinis.

¶ Speculum monachorum.

QUis emēdatioris vite desiderio tactus:cogitationū/locutionum/operūq̄ suoꝝ solicitus explorator/vniuersos excessus suos corrigere nitit:in presentis pagine frequenti lectione/et assidua meditatione (tanq̄ in speculo) interiora hominis sui faciē contemplet. In primis ergo ex quo surgit ad vigilias:vite sue tps p momenta singula debet monachus cōputare:ꝛ videre semper vt bonū faciat:ꝛ malū caueat in oi ope suo:ꝛ hoc dicat sibi ipsi:si modo mortuus esses:faceres istud? Ad psalmodiā coꝝ habeat:nisi fortasſis ad aliq̄d sublimius rapiat:sed etiā oīm q̄ ibi dicunt: vi q̄ ad vnā litterā/se p certo nouerit debitorē vel dicendi in choro suo:vl audiēdi in alio. Ad interuallū debet stare ad orationē:vel corporis necessitati ꝓuidere:ita tñ vt vadēs sibi dici nouerit/sursum corda. Est aūt spūalis ꝓpositi detrimētū/si cogat infirmitas rigoris pstiti aliquātulū relaxari. Post lectionē est orandū:et si ad legendū accedat:nō tā querat sciētiā/q̄ saporē. Est aūt scriptura sacra puteus iacob:ex quo hauriunt aquā q̄ in oratione funduntur. Nec semp ad oratoriū est eundū:ſ in ipsa lectione poterit contēplari ꝛ orare. Sacris altaribus/si sacerdos est:tanq̄ vn⁹ ex summis angelis:ān spūs totus assistat. Si minister/tanq̄ angelus dño ministret. Cū alijs eat ad laborē:vbi cōsideret nō qđ agat:sed ꝓpter qđ venerit. Cessante manu:spūs laboret vel orando:vel meditando:q̄uis ꝛ in ipso labore idipsum facere tenear. Ad mēsam nō solū fauces cibū capiāt:sed etiā aures exhauriāt vbū dei. Nō em̄ debet totus māducare:sed sic occupet cor ad verbū dei:vt sole fauces sumant cibū:aures verbū. De hoc aūt plurimū gaudeat/si ei viliora q̄ alijs apponunt. Nā reuera feliciores sunt q̄ in parcitate sustinēdi/ fuerint fortiores. In gratijs agendis ꝓ duobus sibi nouerit supplicandū:vel ꝓ pcūs eoꝝ quoꝝ elemosynis sustentat:vel fortitā ꝓ seipso:q: corporis suo supra necessitatē indulserit. Si vocat ad colloquiū:sm regulā leniter/ꝛ sine risu pauca vba et rationabilia loquatur:ꝛ anteq̄ ea ꝓferat:bis ad limā veniat:q̄ semel ad linguam. Si cū seculari loquēdum est:tūc maxime adhibeat custodiā oris suo:vt nihil ꝓferat qđ nō edificet audientem. Sic in cunctis se habeat vt edificet videntes:ꝛ nemo dubitet cū viderit eū vl audierit:quin vere sit monachus. Post cōpletoriū singulis diebus capitulū sibi teneat:ꝛ cōuocatis cogitatibus suis ponat rationē diligēter qđ ipso die cogitatione/locutione/vel opere deliquerit:publice vel priuatim ꝓ singulas noctes lectum suū lauās:hoc est figulis pectora/lachrymis ꝛ doloribus purificatis/diligēter de singulis cōputet. In crastino publice de apertis:de occultis vero secretius cōfessionē secreto:q̄ vt ꝓfecta fiat:tria debet habere: scz vt sit voluntaria/nuda/ꝛ mūda. Voluntaria i. ꝓpria deliberatione ꝛ ꝓposito. Nuda:vt nude ꝓut gessit cōfiteat peccatū suū. Mūda:ne pctis suis pdicet sicut sodoma:sed pura ꝛ simplici intētione se accuset. In capitulo qui publice offendit:manifeste reuelet tanq̄ assistēs iudici. In oibus sic ibi loquat/rel pōdeat/vel prodamet:vt sermo eius interius vel exterius sit perunctus oleo charitatis. A nemine qualecūq̄ munus accipiat. Neminē habeat familiarē. In oibus fugiat singularitatis vel admirationis notā. Loquens nihil dicat vnde multū eruditus/multū ve religiosus possit putari. Ad interrogata paucis respōdeat. Si de scriptura vel moribus agatur:aurē paret:nō linguā. Cū loquēnō studeat eloquētie:sed sermo ei⁹ si potius rusticanus q̄ vrbanus. In oib⁹ agēdis nō studeat curialis videri. Sal⁹a honestate fugiat oēs homines in potestate positos/maxime seculares. Secretur communia/orationes/labores/lectiones/et ceteras obseruantias: in quib⁹ nō sit tanq̄ vitula effraim docta diligere triturā. i. ad huiusmodi tiō cōsuetudinē:ſ deuotiōe trahatur. Orationes que imperant

Osee. x.

pisimo loco habeat:nec sibi blādiatur de priuatis orationibus suis (que in scō loco ei habēde sunt) cū in preceptis oratorionib⁹ desidiosus fuerit. Si aūt familiaritas interdicitur hoīm:quātomagis mulierū? Sit facies cōmunis cū ceteris:immo vero dissimilis:hoc est nō nimia grauitate cōtracta:nec nimia locutione dissoluta:sed bona quadā mediocritate regat:vt de sancto martino legit:facie ei⁹ nō fuerunt mero:nec leuigauit risus. Erit em̄ prudētis aie thesaurū suū solicite custodiētis (more moyſi) commutā velare faciē:et quo dā risu:qui tñ modestus sit:interiorib⁹ gloriam hoīs:ꝛ mēris grauitatē abscondere. Cōparanda est dies instans diei preterite:vt ex eoꝝ collatiōe/suū dēphendere possit monachus vel profectū: vel defectū. In omni actu vel cogitatu suo/sibi deū adesse memoretur:ꝛ omne rēpus quo de ipso nō cogitat:perdidisse se cōputet. Tedio affectus/cōponat se meditādo supra petrā in qua lauātur mortui:et cogitet apud se quomodo tractētur ibi sepelien di:nūc in terrā:nunc in faciē versant:quō nuter caput:cadāt brachia:rigeāt crura:tibie iaceāt:quō iuduant ꝛ consumantur:quomodo deferant humādi:quō exponātur in tumulo:quomodo pulueri cōrēgātur:quō vorātur a vermibus:ꝛ quasi saccus putrefactus cōsumūtur. Sūmaq̄ est philosophia/meditatio mortis assidua. Hāc vbicūq̄ perretexerit/secū portet:ꝛ i eternū nō peccabit. Sit monachus quasi melchisedech sine patre:sine matre:sine genealogia: nec patrē sibi vocet sup terrā. Immo sic se existimet quasi ipse sit solus/ꝛ deꝰ. Ecce imp̄imis habemus ordinē ꝛ modū viuēdi:remediū vero pollicē assiduitas tenēdi capitulū spirituale superius expressum. Semel ad minus in hebdomada cōsiteatur:vt veniā mereatur de pperatis:ꝛ maior ei detur gratia de vitandis malis. Amen.

ffinis.

¶ Doctrina beati Bernardi.

QUando surgendū est ad vigilias/preparādus est animꝰ ad deuotionē:ita vt feruēter exilias de lecto: et cor pore discusso/gras diuine mie agas p quiete indulta/p custodia ꝛ protectione angelica. Deinde veniens ad ecclesiā ponē manū sup ostiū et dic. Exurgat hic cogitationes male/intrētiones ꝛ affectꝰ cordis:ꝛ appetitus carnis. Tu aūt aia mea intra in gaudiū dñi dei tui:vt videas voluntatē dñi et visites templum eiꝰ. Sicq̄ veniēs ante crucē dic. Adoramus te xpe et benedicimꝰ tibi ꝛc. Deinde quoties dixeris versum in choro tuo: illū qui in choro altero dicit:dicas silēter:ꝛ versus singulos saltē aliquo pipere cōsperges/meditatione scz aliqua spiritali:q: animū delectāt habes:ꝛ esce ei⁹ electe debēt esse. Et dehiges oculos tuos lōge ante te:q̄ longe ꝓtendit p certas corporis tui:q: hoc multū impedit vagationes animi. Et depinges ibi quasi resupinatū ante te dñm in cruce: et nūc p clauis:nūc pro spinis:nūc p sputis:nūc p lateris effossione suspirabis ꝛ gratias ages. Cū crescendū fuerit a choro/dices dño. Adhuc habeo dñe priuatas laudes ꝛ benedictiones tibi dicere:quas licet nūc a publicis exiēs/cātabo tibi ꝛ psallā in gloria mea. Cū ad missam ventū fuerit:suscipe imi:antē ad missas priuatas/ac si panē angelorū tibi delapsum de celo videres. Si quē amouere volēte inueberis/ac si fame deficiēti/ e fauce buccellā panis auferre conarek. Cum ad capitulū veneris:diligēter accipies arma turā dei/in galea ꝓuidētie/in lorica patientie/i scuto mā suetudinis/quib⁹ possis clamationes iustas vel iniustas elidere. Si peccasti:dic tñ cnēdabo. Si nō:dic non memini. Dicta nec amplius/ nec minis/aut clamoribꝰ/aut verberibus a te extorqueatur. Cogita cū accedis ad iudiciū capituli:deū et prioē:pilatum et phariseos clamantes in eum: et milites verberātes eū sine causa. Cogita capitulum duorum sanctorum martyrum/cum starent ante rēges et prefides cū pertinētijs suis:id est cum penis et tormentis/ que patiebantur. Cogita futurū capitulū ruīe in monte coram deo:cū milia demonū clamabūt cōtra te:et decies centena milia aduersum te:et si quid hic tecum durius agit:illorū cōsideratione leuigetur. Cogita q̄ ille qui clamat te:noua cula dei est:et pilos vult tibi tolere deformes vt speciosus fias. Cogita q̄ pietās est de celo missa correctio. Qui cūq̄ te clamauerit:eadem die remunerabis eius obsequio qualicunq̄ si potes:eo q̄ te a deformitate peccati releuare voluerit. Cum ad laborem veneris:si temperabis opus agēdum:vt solicitudo operis/intentionem animi tui/ab his que dei sunt:non auertas. Quando pausandū est: noli angulos consectari:vel a ceteris semotus sedere:sed sint oculi tui ad fideles terre:vt sedeāt tecum:et tu conside in medio doctorum. ¶ Quidā frater cum apud nos pausanti/ Exēplū bus ceteris/solus longe sederet: grauissimo cepit carnis stimulo vrgeri:audiuitq̄ vocem dicentem sibi. Vade ad castra. Et cum venisset vbi ceteri erant:quieuit stimulus. Cum veneris ad refectionē nec primus intrabis: nec vltimus. Si non potes sumere que apponuntur:non ea permixtas nō omnino mutari: sed vel modicum sume vt cōedisse videaris. Si quis instet vt comedas:hoc tantum signo responde:bonum est: multū est:factum est. Cogita q̄ multorū labore/infinitis nauigantium periculis:aleca/pisces/vel cetera tibi necessaria procurātur:vt carnis tue desiderijs satisfiat:et p singulas buccellas age gratias. Interim cogita xpm crucifixū expectare gratias tuas: vel ad portā reliquias tuas paupere pstolātem. Abstinētiā oīno interdico tibi ne facias:sed quotidie fm mensurā comede. Si per noctē illusio tibi acciderit:ne cōtristeris:sed in⁹ crastino cōfitere:et aliquo te inuitante ad missam vt ministres: caute cotā oibus te excusa per signum vt est cōsuetudinis: quatenus oēs illā tuā pollutionē intelligāt. ffecit hoc aliquis apud nos etiā multo vocāte ad missas:vt magis erubesceret:ꝛ a tentatione carnis liberaret? est tantū vt vir aliquid tale/postmodū senserit: nec nisi semel vel secundo p annū priuitū hmōi patiebat. Et quo patet q̄ vera sit sententia dei dicētis. Ego glorificātes me glorificabo. Et oīs qui se humiliat exaltabitur:et humiliꝰ dat graciā. Quando legendū est:cōuersa facie ad ecclesiā/anteposito libro/ vtere soliloquio tuo:et vbicūq̄ occurrerint dei beneficia: dic. Quid retribuā dño ꝓ oībus que retribuit mihi? pō.cxv. quamum debes anima mea? Et cōuersus ad angelos dic. Venite audite/et narrabo omnes qui timetis deū quanta pō.lxv. fecit anime mee:et ad ipsum deū deflectens oculos/vere inquies dñe misericordia tua magna est sup me. Si autem solicitante te/in hunc modū corde/et pulsante ostiū paradisi/aliqua cogitatio maligna interstrepit:statim ꝓpone ꝛ dic. Cuius est imago hec et superscriptio? ꝛ audiens q: ce/ mat.xxij saris est:hoc est principis mūdi/scz diaboli: dic. Pecunia tua tecū sit in perditionē. Jam ostiū clausum est:ꝛ dñs hic Act. vij pascha māducat? nō vacat mihi aperire tibi. Si aūt adhuc steterit cogitatio mala:appone illi signū crucis. ¶ Sanc Exēplū crimonialis quedā apud nos in tāta veneratione habuit signū crucis:vt cū efferenda esset ad tumulū:facies crucifixi verteret post eā in parte illa per quam elata est:ꝛ sic caput imaginis in parte illā intendēs:perpetuo cōtra solitū sic manseret. Alia reuelauit cuidam computruisse manus suas:sed pollicē non posse corrūpi quo signum crucis sibi imprimere cōsueuerat. Caue ne in tactu alicuius vel consensu facias/vel tibi fieri permittas:vnde te oporteat erubescere. Colloquia priuata nec fugias/nec requiras: cogita tamen q̄ poma siluestria sunt. Cum videris aliquem in oratione/in lectione/in silentio/in patientia/in obedientia/et similibus studiosum:gratias age deo q̄ speculū tibi miserit:et non inuideas. Cum aliquem turbatum videris: gratias age q̄ nubes illa per te nō transijt:ꝛ dic. Quid illa tentatio de me feciſſet si deus permiſſiſſet:et non iudices alienam imperfectionem:nec q̄ fodias parietē conscientie

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Cum aliquid rogaturus aplōze veneris: prepara te ad repulsam semper: ⁊ si pstigerit negari tibi qđ postulas: die apud te. Quid decebat asellū nisi frenū et stimulus? Ego nihil ppīe vēdicare possum in domo ista: nisi ciliciū et crucē: cilicium in morte/ et crucē in fossa: hec est hereditas mea. Ita ñ vt modica gleba terre/ crucem cooperiat. Et hoc habebis in memoria qñ cubitū vadis. Et cū sagū et cooptoziū videris: lectū tumulo cōparās quasi sepeliē dus intrabis. Si dormire poteris: bñ est: si nō potes: experimentū ē ep si cogitādo ppares: dormies. Abscōde sup oia hmōi studia tua: ⁊ dissimula apud alios meditationes tuas sanctas quātū potes: ⁊ in oīb⁹ obsequio sedulū te exhibe vniuersis. Pcipua existima lucra alioz in obsequijs publicis ⁊ priuatis. Insup paratus sis ad obediendū alacri animo et vultu. ¶ Cogita monachū illū gerardū noie: qui cū de dei misericoꝛdia vltra modum desperaret: infirmatus ad mortē/ iacuit per triduum oculis clausis in mētis excessu: et visitatus ab abbate oculis apertis ait: bona est obediencia. Ad tribunal xpi fuit: animas sanctoz vidit: ipsumq facie ad faciem vidi dicentem mihi. Ecce locus tuus inter fratres tuos. Nullus tui oꝛdinis peribit: si oꝛdinem amauerit: aut in morte purgabitur: aut in breui post mortem. Salui autem qui de oꝛdine tuo sunt: aut in oꝛdine apostoloꝝ: aut martyꝝm: aut confessoꝝ sorte accipient. Et hec dicens/ cōmunione accepta decessit. Ad oīa que insurgūt: disce remediū aliquod adhibere. Cū toꝛpore deprimeris: cogita quia hodie operari licet: cras forte nō licebit. Cum libidine pulsaris: cogita ignem eternum. Si inobedientia te tentat: cogita quia quāñ sceleus idolatrie est nolle acquiescere. Si impatientia vexaris: cogita quid pro te pertulit christus. Cū superbia tentat: cogita melioꝛes. Cum mala voluntas: cogita qđ pro modico damnatur: qui pro solazio lumtate/ sine effectu opis/ repꝛobat. Cū vanitate pulsaris: cogita quia multa non feceris: et quo magis nunc occulta ris: eo gloꝛiosius in iudicio innotesces. Cum de vigoꝛe coꝛporis/ vel decoꝛe hilarescis: agnosce qđ celeriter febꝛe tenuissima rolli potest. Cum te molestat religionis tedium/ et discipline assiduitas: cogita illud beati Hieronymi. Nullus labor durus: nullum tempus longum debet videri: quo gloria eternitatis acquiritur. ¶ Illud fili dulcis tamq̄ demonium meridianū fuge pre aliis hostis antiqui astutijs: quod cauendum tibi summopere denūcio: vt ex eo tēpoꝛe/ quo religionem intraueris: nunq̄ cogitationē illam suscipias/ foueas/ aut ei credas: qua suggeritur te minus vtilem in religione manere suscepta: ⁊ in alio statu vel habitu magis tibi vel alijs posse proficere. Nā si coꝛdis auꝛem huiusmodi phantasijs inclinaueris: diuident et distēdent animum tuū: ita vt nullū saporis spiritalis condimētum possis retinere. Eritq̄ coꝛ tuū quasi vas confractum: quod omnē sapientiā non tenebit. Indecēs non solū tediū: sed hoꝛroꝛē/ desperationēq̄ boni operis pcēcepti immittere necesse est: dum animus tuus circa multas professiones/ studiaq̄ diuersa diuiditur. Unde quidam parrum in collationib⁹. Solēt animi leues minimeq̄ fundati/ cū audierint quoslā in diuersis virtutib⁹ ac studijs bonis magnifice predicari: ita coꝛ laude succendi: vt eoꝝm imitari statum protinus desiderent: ac frustra. Nam ex huiusmodi mutatione ac varietate propositi/ dispendium capiunt: non pꝛofectum. Quia qui multa sequitur: nihil integre cōsequetur. Ideo hoc vnicuiq̄ expediens est: vt fm propositum quod elegit: ⁊ gratiam quam accepit: summo studio ac diligentia/ ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet: alioꝝ laudes amet: ⁊ admiretur virtutes: ac nequaq̄ a sua: quam semel elegit: pꝛofessione discedat. Multis nāq̄ vijs ad deum tenditur: ⁊ ideo vnusquisq̄ viam semel arreptam/ irreuocabilis cursus sui intentione conficiat: vt sit saltem aliqua pfessione perfectus. Singulare autē cōtra omnia mala/ remediū est mortis memoria.

Finis.

¶ Sermo beati Bernardi in ꝑmendationē christifere virginis Marie: cuidā fratri oꝛdinis carmelitarū/ sibi familiariter: atq̄ beate virgini marie deuoto/ oblatus.

Loquamur aliquid de laudibus sacratissime virginis marie. Si linguis angeloꝝ loqueremur ⁊ hominū: aut si mēbra nra oia lingue essent: beate dei genitricis semp̄q̄ vginis marie laudes nō sufficerem⁹ enarrare. Uerūtñ vniuersalis eccla q̄ ingiter in hac virgine recēset ineffabilē gliam meritoꝝ: meū suppleat imptectū. Ecclesia est em luna illa sub pedib⁹ ei⁹: cui p spiritū sanctū sol iusticie obūbrauit: sicut in apocalypsi scriptū est. Signū magnū apparuit in celo. Mulier amicta sole: et luna sub pedib⁹ ei⁹. O vgo vginū: o vginū decus: anagna est glia ei⁹/ in salutari tuo. Quis enarrabit laudes tuas? Tu sola sine exemplo/ quā elegit dñs vt esses mediatrix dei et hominū: reparatrix scī: rerum⁹ exilij: ablutio pcī: via pfilij: fiducia ꝑnij: scala celi: ianua paradisi. Cua fiđē nāp̄ arbor letifera/ pduxerat fructū malos: pcu piscēriam scz carnis: oꝛiginale pctm: malorū seminariū: cōmunis coꝛruptele fermētū: et generalis perditionis initiū. Voluit aūt benign⁹ ⁊ prudēs artifex de⁹: qđ i ꝑmis parcēri b⁹ fractū fuerat: reficere nō oīno quassare: q: iuxta vbū ꝑ phete/ quassatā arūdinē nō cōtriuit: ⁊ lignū fumigās non extinxit. sed nouū adā reparauit ex veteri: ⁊ matrē in filiā reformauit. Sic exhibuit oꝛiginali malo/ ꝑ bonū oꝛiginale remediū: volēs ex vgine nasci: vt renasceremur in eo/ q̄ eramus ex pma natiuitate coꝛrupti. Quodā ergo ineffabili artificio charitatis/ sic sua bitudinē: nr̄amq̄ miseriā i se vnit xps ihesus: simul in vnū diues ⁊ paup: vt ei⁹ bonitas nr̄ā iniq̄tatē redimeret. mortē et miseriā nr̄ā/ sua immortalitas absoꝛberet. Quesita est ꝑ quā tāti sacri gra cōplerentur. q̄sita est de qua nasceret agn⁹ q̄ tolleret pctā mūdi. Et impleta est figura rebecce: quā q̄siuit nūcius filio dñi sui nūcius gabriel filio dei. Nō em decebat partus alius virginē nisi dei filij: nec alia mater decebat dei filiū: nisi vgo. Sane spūscūs q̄ nouit reintegrare violata: non violare integrū: cōseruauit vginē: vt nō tñ clausa esset: sed integra ⁊ signata. Ideo sponsus ecclie/ in corde et opere/ in effectu et actu: siquidē ei⁹ signaculo signari desiderāb⁹: ait. Pone me sicut signaculū sup coꝛ tuū: vt signaculū sup brachiū tuū. Hec ē porta sanctuarij: de qua dñs ad ezechielē dicit: Porta hec clausa erit: et nō aperiet: et nemo transibit p eā: nisi pnceps solus q̄ ingredit p eā. Hec est spōsi thalam⁹: hortus cōclusus: fons signat⁹: liban⁹ nō incisus. O stirps iesse: regia soboles: et ꝑpago btā: te elegit dñs: vt sis ei fercula salomonis: thron⁹ regis: tribunal iudicis: reclinatoriū pieratis: ꝑpiatoriū exauditionis. vt sis impletio legis: figurarū finis: pphetaꝝ declaratio: veritatis exhibitio. Electa es vt sis oibus exēplar humilitatis: scala virtutū: pudicitie forma: magistra religiōis: ⁊ cōsummatio scitatis. Hec est vna aurea superne dulcedinis bñs mina: concha geodonis roꝛe plena: hoꝛreū iosephi: riscella moysi: terra argillosa in qua hiram fudit vasa sanctuarij: vga aaron sine roꝛe germināte: rub⁹ ardens et ardoꝛe nescies: scala iacob celos attingens: altare thymiamatis: arca testamēti: templū dei: sacrariū spūscti. Data est ei iuxta verbū esaie/ gloria libani: decoꝛ: carmeli et saron. dū a deo electa est: a pharisēis ꝑoptata: a pphetis ꝑdicata: ab angelo salutata: et vnute altissimi obūbrata: sine coꝛruptione fecūda: sine grauamine grauida: sine doloꝛe puerpera: dei eterna amica/ soꝛoꝛ: ⁊ ancilla/ spōsa/ mater ⁊ filia. Hec est ciuitas fundata in exultatiōe vniuerse terre: de qua ꝑpheta ꝓmemoꝛat: ait: Homo inquit nat⁹ est in ea: et ipse fundauit eam altissim⁹. Hec beatissima vgo est aula regis: cella aromatū: fons hoꝛtoꝝ: paradisus delitiarū. Sicut inter coꝛporis mēbra/ solus oculus ꝓcipibilis est luminis: sic inter vgines/ hec sola digna inuenta claudere in se gloꝛiam diuine maiestatis. Maria igitur interpꝛetat stella maris: q: exēplo ynutū pꝛeradiat

ad illas quattuoꝛ virtutes principales: que is adolescentibus inchoantur: ⁊ in iuuenibus augentur: in senibus ꝑficiuntur: q: matura eras multis laboꝛibus exercitata: iam nouit per experiēnā/ quod didicit per scientiā. Unde iam nō immerito prudentiā/ foꝛtitudinem/ iusticiā/ ⁊ temperātiam/ in tertio constituimus gradu: q: per eas maxime instruunt moꝛes: ⁊ bene viuendi magisteriū docetur. Sed ex his prudentia agnitione veri delectat. Justicia dilectionem dei ⁊ pꝛoximi seruat. Foꝛtitudo metum mortis contēnit. Temperantia affectionez carnis temperat. Pꝛima em intelligit: secūda bene viuit: tertia appetitū cohibet: quarta modū imponit. Tres ille superioꝛes: quod honestum est: operant: hec aūt quarta decoꝛū agit illud: qđ ex radice honestatis ꝓficiscitur. Siquidem prudentia est agnitio vere fidei/ ⁊ scientia scripturarū: in qua intueri oporteat illud trimodū genus intelligentie: quoꝝ pꝛimū est historicum: secundū allegoꝛicū: tertium superioꝛ: ille intellectus quem dicunt anagogen. Justicia vero est deum timere: religionem venerari: honoꝛem ferre parentib⁹: patriam diligere: cunctis pꝛodesse: nocere nulli: fraterne charitatis vinculum tenere: pericula aliena suscipere: opem ferre miseris: bonis vicissitudinem rependere: equitatem in iudicijs conseruare. Foꝛtitudo aūt est animi magnitudo: contemptus honoꝝ: vel diuitiarū. Hec aduersis aut pareter cedit: aut resistit foꝛtiter. Nullis illecebris edomatur: malis aduersis non frangitur: nō eleuatur secundis: inuicta ad laboꝛes: foꝛtis ad pericula: pecuniā negligit: auariciaz fugit: contra vniuersa pericula animū pꝛeparat: molestijs nullis cedit: gloꝛie cauet appetitū. Sed inter has temperantia semp amplectenda est. Est em modus vite in omi verbo vel opere. Hec aūt sobꝛietatis ⁊ verecundie comes est: que alio nomine vocat modestia. Humilitatis regulā custodit: tranquillitatem animi seruat: cōtinentiā ⁊ castitatem diligit: fouet decus ⁊ honestatem: restringit ratione appetitum: iram contemnit: nec rependit contumeliam. Hijs tu plagis celi includere homo dei. His tu armis belLato: xpī: accingere/ ꝓtegere: ⁊ ornare. Iste currus ignee fornem militem gestabit cōsummato cursu ad celi palatium: vt assistas regi tuo: cui certasti bonū certamen: fidez seruasti. Bene rege hanc quadrigam virtutū: ⁊ sede in ea firmus: vt isto vehiculo vehi altius/ ⁊ introducivaleas ad tricameratam domū in summo montis vertice collocatā. Hanc em dico firmā fidē: spem incōcussam: pfectā charitatem: que oēm seruilem foꝛas mittit timoꝛem: vbi via mandatoꝝ dei dilatato coꝛde currit. Hinc alia iusti sedes fupiēte facta: plano moderatoq̄ incessu pozrat deū sessoꝛē suū Huic aūt viuere christus est: ⁊ mori lucrū. Hic discretus ⁊ cōtemplatoꝛ tranſit quotidie: visionēq̄ mirabilem cernit trahitur a deo: ⁊ ardenti desiderio currit post eū. Si aūt istum montem excelsum: hanc pulchrā domū inhabitaueris: poteris ⁊ tu sepissime intueri terrā illā ꝓmissionis: terrā lacte ⁊ melle manantem: vbi verus israel moꝛatur: ⁊ veritatis pabulo internū pascit. Sed dicis tu mihi. Quare fides in primo loco nō posuisti: que est in christiana aīa fundamentū oīm virtutū: Facerem vtiq̄: nisi fides crescere/ ⁊ apostoli dño minime dixissent Adauge nobis fidem. Cōtinua enim operatione virtutū: et assidua meditatione scripturarū sanctarū/ fides eruditur: ⁊ erudiendo illuminat: ⁊ illuminando augetur: ⁊ augendo ꝓficitur: ⁊ perficiendo stabilitur: ita vt nullo turbine hereseos vel persecutionum/ a statu sue rectitudinis moueatur. Ygitur pꝛimuſq̄ homo per fidez cognoscat creatoꝛem suū: iguoꝛantia (mater oīm vitioꝝ) eius possideat aīam. Ergo ignoꝛātia noꝛ est: fides vero dies. Sicut dies crescit per hoꝛas: sic fides augetur per illuminationē diuine gratie: ⁊ per documēta matris ecclesie. Pꝛimū itaq̄ sincera radix sancte fidei in terra humani coꝛdis plantatur: cui inserit ramusculus ille sancte arboꝛis: ad est timoꝛ dñi: qui dicitur initium sapientie. Cum hoc incipit: ⁊ cum isto ascendit vsq̄ ad plenitudinem luminis. Cūq̄ fides plene adulta fuerit: velut quedaz magna arboꝛ diuersa in se habens poma: ex quibus reficitur aia plena deo: nunc adhereꝛei timoꝛ ille castus ⁊ sanctus eterne charitatis: qui permanet in seculum seculi. Hec est cīa fides illa: que per dilectionez operatur: vt homo noua creatura efficiatur: fides prudentissima ⁊ inuictissima: q̄ inter verba altercationis: in tpe persecutionis/ ⁊ in die necessitatis superari nō pōt. Quapꝛopter fides firma ⁊ charitas plena/ fideles comites ⁊ inseparabiles soꝛoꝛes: cūcta in se genera virtutū cōtinentes. virum perfectū efficiūt: quantū possibile est eum perfici in hac vita plena miseriis ⁊ erroꝛib⁹. Iste illud apostoli in veritate dicere potest: Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an pꝛsecutio: an fames an nuditas: an periculum: an gladius? Certus sum em qp neq̄ mors: neq̄ vita: neq̄ angeli: neq̄ ꝓncipatus: neq̄ potestates: neq̄ virtutes: neq̄ instātia: neq̄ futura: neq̄ fortitudo: neq̄ pꝛofundum: neq̄ altitudo: neq̄ alia creatura poterit nos separare a charitate dei: que est in xpo iesu domino nr̄o. Hec est aurē disciplina bone vite: ⁊ recta series virtutum. Ista est via regalis pꝛecedentiū patrū trita pedibus. Ambula in ea o grex adolescentiū: ⁊ noli declinare ab ea: neq̄ ad dexterā: neq̄ ad sinistrā. Ille quidem ad sinistram declinat: qui se apertis vitijs implicat. Ille vo ad dexteram declinat: qui vitia sub specie virtutum latentia/ summopere nō deuitat. Per hec em multi decipiuntur: et ignoꝛant se esse deceꝓtos. Itaq̄ dupliciter rea est anima: si et bonū non facit vnde spūaliter viuat ⁊ lateat. Superbus vult se credi cōstantez: ꝓdigus liberalem: auarus diligentem: tenerarius foꝛtem: inhumanus parcū: gulosus humanū. Impudētia cōstantie sibi nomen ascribit. Pꝛocacitas appellationem libertatis ostendit. Eloquentiam verbositas fingit: ⁊ curiositatis malum sub studij spūalis coloꝛe delitescit. Nam interdum sub pretextu iusticie: crudelitas agitur. Et putat esse virtus qđ nimirū vitiū est: si cut remissa segnities: māsuetudo esse creditur. Et qđ agit toꝛpens negligentia/ putatur agere indulgentia pietatis. Item timoꝛ: sub specie obedientie occultat: ⁊ dicitur virt̄ humilitatis: qđ tamen vitium est timoꝛis. Pꝛoꝛo vitiū inquietudinis virtutem se vult vocari solicitudinis. Et pꝛeceꝓitatiōis facilitas/ feruoꝛ: boni studij credit. Et bene agendi tarditas/ cōsilij moꝛa esse videt: cū tamen ista sit virtus illa vitiū. Hec etsi humano possunt discerni iudicio: tamē sine dono dei (quantuz mihi videt) nec virtutes possunt haberi vel apperi: nec earū similitudines (que sunt vitia virtutes imitantia) declinari. Sed sciendū est qp quedam summe virtutes sunt: quedā vero medie. Sūme virtutes sunt: spes/ fides/ charitas. Nam a quibus habentur: vtiq̄ veraciter habentur. Doctrina/ scientiā/ castitas/ scientia/ et cetera his similia: medie virtutes sunt: q: ⁊ ad vtilitatē: ⁊ ad perniciem possunt haberi. Nō potest esse veritas cuz mendacio: pudoꝛ cū petulantia: fides cū perfidia: castitas cum luxuria. Aduersus impetus vitioꝝ cōtrarijs virtutibus est pugnandū. Cōtra luxuriā adhibeak coꝛdis mūdicia: cōtra odium dilectioꝛ: cōtra iracundiā patientia: cōtra timoꝛem fiducie vin⁹: cōtra toꝛpoꝛem feruoꝛ: boni studij Opponatur trīstitie/ gaudiū: accidie/ foꝛtitudo: auaricie largitas: superbie/ humilitas. Pꝛincipaliū septem vitioꝝ regina ⁊ mater est superbia: q̄ (oīm deterioꝛ) tanto in imo iacet: quanto in alto se erigit. Septem pꝛincipalia pariunt de se multa vitia: que ita sibimet quadā cognatione iungūtur: vt ex altero alterum oꝛiatur. Superbia sicut est origo omniū criminū: ita ruina auctaq̄ virtutū. Ipsa est in pecato pꝛima: in cōfictu postrema. De superbia nascitur arrogantia: que tam in factis qp in dictis cauenda est. Ue ei q̄ sibi magis qp deo placere studet. Per cenodoxiā maxime subrepit fibi diabolus monachū: q: p ea ab humilitatis culmine deijcitur. Summa itaq̄ virtus monachi humilitas: summū vitiū eius superbia est. Superbiendo: cōꝛendendo: murmurando: detrahendo: susurrando: negligendo: cōtemnendo: ⁊ pꝛopꝛias voluntates faciendo

Exēplū. cap. xij.

Ecclesiastici xlij.

Luc. xvij.

Psal. cx

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infinitas monachi qui nunc sunt: culpas incurrunt. Hinc est q̄ ex bonū magna multitudine qui seculū deseruntur: rari valde inueniuntur: qui mortificatis vitijs ascendere cōtendant ad perfectionem virtutū. Hec aūt significant illa sexcenta milia armatorum: qui de terra egypti educti sunt: duo aūt solūmodo boues: id est iosue & caleph: ex illis oībus terram promissionis ingressi sunt: regredi aūt volentes in egyptū: prostrati in deserto diuersis generib⁹ mortium interierunt. Per egyptū intellige mundū. Per pharaonem diabolum: qui est rex super oēs filios superbie. Per mare rubrū: ablutionem peccatorū omniū. Per egyptios in eo mortuos: ipsa peccata que sunt exercitus pharaonis. Tu quidem iam egyptū deseruisti: pharaonē fugisti: & totus a sorde tua submersis curribus: canticū letitie dño cecinisti. Tandem ingressus solitudinem: ad montes synai peruenisti: vbi data sunt tibi precepta vite: & instituta celestis discipline: que coram deo & sanctis eius te pollicitus es obseruare. Cuius oīa feceris: noli tamen esse securus. Multa habentur pericula in ipsa qua incedis heremo. Ibi certe igniti sunt serpentes: qui percutiūt & interimunt murmuratores. Ibi lepra que inficit & deturpat detractores & susurrones. Ibi scnus gladius: qui deuoratores idoli & cultores: illos videlz monachos qui secantur auaricia: que idolorū est seruitus. Hanc dicit apostolus: radicem oīm malorū. Scito tamen q̄ nō nisi tepidissimos monachos hoc impugnat vitiū. Tu cauе: ne preter victum & vestitū: aliud aliquid habeas aut velis habere. Detestare superbia: fuge cōtentiones. Rectores monasterij dilige vt parentes: time vt dños: crede esse salutare quod iniungūt. Sed hec custodire nō poteris: nisi primo te stultū facias vt sis sapiens: nihil scz discernens: nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata: scz cū omni simplicitate ac fide semp obedientiaz exhibeas. Illud tamen modo sanctū: illud vtile: illud sapiens iudicans: quod tibi vel lex dei: vel seniorū examen indixerit. Terreat te illorum exemplū qui aduersus Moysen rebellauerūt: quorum alios celestis flamma cōbussit: alios aūt infernus viuentes suscepit. Deficiet mihi tempus: si velim oīa per ordinem pandere. Illud tibi inculcandū video: q̄: dum viui mus: inter laqueos currimus. Nusq̄ tuta pax: proh dolor: nusq̄ tuta quies: vbiq̄ bella: vndiq̄ hostes. Pharao em cum suis egyptijs remner exeuntem. Clades aūt plurime in medio itinere: q̄ impediunt nimis euntem. In extrema vero parte: ante te hostes duri & fortes: q̄ resistere cupiunt ne terram promissionis possis intrare: id est amalech/ seon/ og/ moab/ filij ammon: & latruculi montis seir. Si aūt fortis hys superaris: & multos labores optimā ingressus fueris terrā: videbis q̄ in ipsa etiam nō valebis esse securus. Enimuero remanent allophili: & alie in tuo circuitu referuantur gentes: in quib⁹ te deus experiat vtrū diligas eū: vtq̄ semp manū eius respicias: ne forte cū comederis & saturatus fueris: obliuiscaris eū. Igitur p septem gentes: q̄ ex illa terra expulse sunt: intellige septē capitalia vitia: quorū duo carnalia sunt. i. castrimargia: & fornicatio: reliqua spiritualia: q̄ in membris suis taliter distinguunt. Cuius cōcupiscentia in quinq̄ modos diuiditur. Primo si antē ipse cibos quis appetat. Secūdo si lautiores escas querat. Tertio si diligēnus quosq̄ cōmunes cibos quis p̄curet. Quarto si viles escas nimium quis sumat. Quinto si quisq̄ ex desiderio quodcūq̄ sumat. Fornicatio trimodo genere. Primū dū p voluptatis luxuriā p̄mixtio explet. Alterū dum sola attrectatione luxus carnis per immūdiciam prouocat. Tertiū dum intentione turpiū cogitationum/ nocturna quisq̄ illusione polluit. Est & quartū genus iuxta scripturam: sicut idolatria & auricia. Sed & ois immunda pollutio fornicatio dicit. Philargiria in membra membra distinguit: pura in cōcupiscentia rei augendē: & in merū carendē. Est & tertiū genus pestis hui⁹: quādo monachus ex ipsis necessarijs sine quibus viuere non potest: plus desiderat habere q̄ necesse sit; aut ea volunt in monasterijs possidere: que si essemus in seculo: minime haberē valeremus. Ire genera tria sunt. Unū q̄ ardet extrinsecus: aliud quod in verba sine operis effectu proūpit: tertiū q̄ nō vt illud feruens ad horā digeritur: sed per dies & tpa reseruat. Ex illo quippe calor et indignatio: ex isto nascitur odiū: que oīa equali sunt a nobis horroze dānanda. Tristicie vitiū in tres diuidit partes: quarū prima temperata est & rationabilis: de delicto: ū penitudine veniens. Altera perturbata & irrationabilis: de anxietate metus/ seu de desperatione peccatorū exoriens. Tertia de iracūdia/ vel de illaro damno/ ac desiderio prepedito procedens. Accidie genera duo sunt. Unū q̄ ad opus dei pigritare monachū ac domitare cōpellit. Aliud q̄ vagari huc illuc q̄ facit: ac fugere cohortē de fratrū cū quib⁹ vivit societate. Hec. ilz sex vitia quadā inter se cognatione sunt cōiuncta: ita vt primis exuberantia sequentis efficiat exordiū. Ex primo em secundū: ex secūdo tertiū: & sic de ceteris. Et ideo ecōtra simili mō atq̄ eadē rōne pugnandū est: q̄ primo deuicto/ aliud facilius deuincit. Et ista vitia licet inuicem sibi sint cōnexa: ea quā dixim⁹ ratiōe: specialius tamen in tres copulas diuidenda sunt. Castrimargie fornicatio: auaricie ira: tristicie accidia peculiari cōsortio federantur. Sed his superatis/ maior tibi restat pugna: & ex tanto grauior: quāto ista ampli⁹ fuerint deuicta. Arripiendum nāq̄ tibi est totis viribus iuge certamen cōtra crudelissima & trifor mē bestiā. i. superbiā/ inanem gloriā/ & inuidiā: cuius in vno corpore tria capita: & in ipsis capitib⁹ dentes ferrei cōminuētes oia. O q̄ multos viros hec immanissima bestia momordit & deiecit: atq̄ sub pedib⁹ suis cōculcauit! Circūda itaq̄ tibi fortem armaturā: vt possis stare cōtra tantā nequiciam. Indue te loricā charitatis: accinge te gladio spiritus: q̄ est verbū dei: sume scutū fidei: pone galeā salutis & spei in capite tuo: sint pedes tui calciati in preparationez euāgelij pacis: vt nullus in te pateat locus infidijs potentis aduersarij. Caput supbie: sicut caput vipere: furor eius: vt furor draconis: & flatus eius letifer: vt insanabilis flatus reguli. Illud em prestantius ceteris tres venenatas: ex vipereo ore ad feriēdū educit linguas. Prima eos peruit: q̄ p trāsgressionis culpā cōtemptui habent diuina precepta. Secūda illos qui ex seruatione mandatorum extollunt in elationem virtutū. Tertia eos qui per contumaciā mentis: subdi dedignantur maioꝝ imperijs. Quidā aūt pro carnalib⁹: quidā pro spiritualib⁹ supbiūt: et est vna supbia sub diuerso colore. Cenodoxie alterū caput: multiformе prodigiū & multiplex malū: diras voces & rugit⁹ terribiles ex turgidis faucib⁹ quadripartito modo altius efflat. Nam sunt qui habēt dona: & donantē ignorant. Et sunt qui se dicūt pro suis precedēnib⁹ meritis dona accepisse: nō pro gratia largientis. Item quidā sunt qui quod nō habeant: habere se per rumorem existimant. Sunt & alij qui cōtemnendo ceteros putant se habere aliquid singulariter. Sed ista elatio ceteris pniciosior est/ de singularitate iactantie veniens. Hec aūt dira luces: q̄ vis sed alta erigat & impleat clamoꝝ aures: nō tamen ei ingrata quā habet extollentiam: est vis & potentia. Ipsa q̄ invidia duplices eructuat flāmas. Hoc nāq̄ caput tertium modo illū vult qui melioꝝ inuidet in id q̄ ipse nō est: nō illum afficit qui quemliber cōsimilem doler sibi esse equalem. Ut hec tria discernere valeas: ista do tibi indicia: Supbia em rubet. Cenodoxia albet. Inuidia pallet. Ira rore igneus in supbis ex indignatione: candore in hypocritis ex simulatione: pallore in inuidis ex nimio dolore. Hinc ita digestis/ rectius septez criminalia vitia denotant q̄ dinumerant: vt mihi videt: q̄: sicut princeps septem vitiorū diabolus: nos eoꝝ subdit potestatib⁹: ita xp̄s deus noster spū septiformis gratie plenus/ a dñatu ipsorū eruit: & sibi subditos facit. Sed scire te oportet: q̄ ista vitia diuersos ortus & dissimiles deficientias habent. Gula em & fornicatio q̄ nō nisi per corpus expleri possunt: carnalia sunt: & ideo corporali indigent afflictione: simulq̄ remotioꝝ ab hoc loca-

Quāuis hi qui sequūtur

sermones: procul dubio sancti Bernardi clarevallis abbatis non sint: sed cuiusdā alterius/ ipsius dui Bernardi scriptorꝝ/ et tenorē/ et stilū insequētis: verūtamē q̄ ipsius a plerisq̄ arbitrant: et plurima referri fruge inueniuntur: nō immerito: nec incōsulte post eius ninda opera/ impimere curauimus.

De natiuitate dñi. Sermo primus.

malach. iij.

Gen. xvij. Recole yſaac ab angelis nunciatū: ſamſon p̄ angelū p̄dicatum: ⁊ vniuerſam nazareo:r ſectā cōſpice: ⁊ ſolum baptiſtā tam in hoc: q̄ in alijs inuenies digniore:m. ¶ Scōs honor⁹ eſt/ſanctificatio in vtero matris. Quicūq̄ de maſſa p̄uaricate mundū ingredimur: longā reſtē oriḡalis peccati nobiſcū trahimus: ſolus ille q̄ pctm̄ nō fecit: excipit: quē virginalis vteri thalamus ignoratis virū terris effudit. Uōge quippe aliter q̄ nos/⁊ diſſimili modo cōceptus est; ſpūſctō tota maieſtate virginē inundāte: ſuperās vſum carnis: nature o:dinē: viri cōmixtionē. Sic quippe decebat vt pctm̄ neſciret qui peccatū tollebat: vt ſimilitudinē carnis peccati ſuſciperet: nō aūt carnē peccati. Cū igit oēs m inimicitiaⁱ p̄cepti ſunt: neminē vnq̄ mortaliū infra matrena viſcera ſanctificatū leginus p̄ter hieremiā/⁊ iohannē baptiſtā: q̄q̄ et de ſingulari virgine nulla ſit ambiguitas/quin ipſa maternis circūſepta viſceribus: ſublimio:i ſanctificationis genere mūdata ſit: vt p̄ote ſanctuarium illud in quo deus ⁊ dei filius carnē fuerat ſuſcepturus. Sed longe minor: hieremie ſanctificatio q̄ iohānis. Jlle quidē in vtero matris ſanctificatus: hic ſpiritu ſancto repletus fuiſſe cognoſcit. Multo quippe excellētius est ſpūſctō repleri: q̄ ſanctificari. Jbi em̄ ſanctificatio emundatione: hic repletio immundatione ſignat. Deniq̄ ⁊ apli qui manib⁹ ſuis tractaueruⁱ de verbo vite: cū ſpiritū ſancti⁹ accepiſſent de ſaluatoris afflatu: vix quinquageſimo a reſurrectionis die ad illū gradū potuerūt peuenire: vt dicerent de eis: repleti ſunt oēs ſpiritu ſancto. Et licet ſpūſanctus largio:i tūc munere credentiū co:da repleuerit: hoc tñ iohānes legitur in vtero affectus: q̄ apoſtolica celſitudo tandē longio:i p̄miſſione meruit obtinere. Attēde obſecro diligēter q̄ o:di nata diſpoſitione ſpūs ille multiplex hieremiā ſanctificat: iohānē replet: et ſuſcepit in mariā. Et hieremie quidē admirāda ſanctificatio: q: erſi in pctō cōceptus est: naſcitur tñ ſine pctō. Ante em̄ q̄ exiret de ventre ſanctificatus est. Nec poterat naſci nō ſanctus: q̄ in vtero matris erat ſcīſſ catus. Mira res/⁊ a tranſactis ſeculis nō audita: hoiem conceptū in peccatis/naſci ſine peccato. Johānē vero longe glo:ioſio: virtus impleuit: qui ⁊ ſcīficatus est a pctō: et ita dominante ſpiritu ſuperfuſus: vt et purgatus exeat: et repleⁱ. Uere magnus coā dño/que angelus nūciat: ſcīſſcat deus: ſpūs replet: vita cōmendat. Jneffabilio:i em̄ modo ſuperuenit in virginē: quā tota diuinitatis plenitudo ſine menſure diſcretione p̄fudit: vt totū caperet q̄ fecit totū: vt non ſolū a pctis abluta/et repleta ſpūſctō: ſed ⁊ deſpirituſancto p̄cepiſſe credaⁱ: q: q̄b⁹ in ea natū est: de ſpirituſancto est. Jnde est q̄ ſingulari p̄rogatiua fides catholica filiū dei natū de vir gine: conceptū de ſpūſctō cōfitetur: vt diuinitatis ⁊ humanitatis indiuiſibilis adunata cōnexio: vocabulo:r indifferēria deſignetur. Uides ergo q̄ remotio:i p̄uilegio ſpecioſus forma p̄re filijs hominū: ſa filijs hominū in peccatis concepti ſunt: hic in ſpū ⁊ de ſpūſcto concipitur. Hec ſane dicta ſint de cōceptione iohānis. Sed ſi in aliquo ſanctorū auto:itatib⁹ videtur obuiare: volum⁹ vt ſine oi excluſionū vel defenſionū patrocinio/ſubuiantur. ¶ Terti⁹ hono:r est/excellentia in exultatione. A ſeculo non eſt audiⁱ tū: q̄ ſo exultauerit in vtero matris: cū hic in gaudio exultaſſe legatur. P:o:ſus obſtupēda dignatio: puerū vix conceptū in motū exultationis erū pere:re: eiq̄ gratiā occurre re ſeruitio dulcio:i: quem virginali ſubſtātie p̄ſenſit infuſum. Beata aia que in via peccato:r nō ſteti: ſed ſecreto:ri ſemita de celeſtibus officinis egrediens: inaudite gratulationis est ſortita dulcedinē. Jſſelix elizabeth: ad quā ppe ratmater ſaluatoris: quā ſalutarib⁹ obſequijs celoū impeⁿrarix impertitur. Sed puer multo felicio:r: qui ſalutantis maieſtatē agnoſcēs: infra viſceriū tenebro:ſa volumina gaudio gaudet: q: vim tā beate ſalutationis attendit. Et factū

Mat. j.

Luce. j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luce.j. est (inquit) vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit in gaudio infans in vtero ei⁹. Ascēdit cū festinatiōe virgo in domū zacharie ad salutandā elizabeth: postās in vtero filiū dei: regē glie: dñm maiestatis. Occurrit elizabeth: erat antique ster/silitatis carēs opprobrijs: amicū spōsū: preconē vbi: felicissimo vēre deportat. Jungunt amplexus: venit ad oscula: t copulātur felices vteri: regē t militē nō nisi duo tenerrimi parietes abiungunt. Quid mirū si mirak puer? et exultat a tactu tā prime diuinitatis et afflatu? Poterat ne vacare a quocūq; miraculo cui presens erat regis presentia: regnātis mater: mūdi redēptor? Quid q; nō semel tā sanctor⁹ amplexū fuit celebrata cōiunctio? Mansit aūt maria cū illa quasi tribus mēsibus: ait euāgelista. Tā to tpe manet cū elizabeth virginalis integritas: t nūc dulcioi eloquio: mūc felicioi amplexu/iohānem puerū conse crat t insignit. Et fortassis vsq; ad diē natiuitatis eius glo/riosa virgo cū cognata morata est: donec pucrū natū sinu beatissimo: cōfouerer: t vno pariter remoto ppinquiorem redderet presentie creatoris, ſ facile aut hoc ex euangelij cō iectura liquet: q; iā sex mēses a pceptione iohānis defluxe rant: cū ad virginē archāgelus missus est: qui renouatio/nē mūdi pudoi virgineo/nouā salutatione portauit. Ex/hinc virgo festinauit ad elizabeth: et trib⁹ mēsibus cognate dignat visitare holspiriū: donec noui mēsis fine pciuso/narinitas immineret patriarche. Alij qui lib⁹ iusto⁹ dilī/gētioribus oculis inspexerunt: se vidisse restant: q; ipsa dei genitrix felicē puerū prima de terra leuauit: t cognate par tū omni pfecuta est seruitute. Quocūq; aūt modo rei hui⁹ veritas decernat: illud p certo certū est: q: nō parū cōtulit puero nascituro tā felix et moiosum intemerate virginis cō sortium. ¶ Quart⁹ honor iohānis/est gaudiū in natiuita te. Erubescat lucifer qui iā mane oriebaris: t conatuū tuor frustratus impulsib⁹: randē intellige q: in nouissimis die bus tanq; perdix stultissimus remanebis. Machinatio/nibus tuis factum est/vt humani generis vniuersitas in peccatis concipereturin tristicia nasceret: sed ecce iste scrī/ficatus in vtero: oriſ in gaudio: letic; mūdo sua natiui/tate refundit. Ecce genus armature qđ tibi cōstituerat ad victoriā: hoc iohāni nascit ad coronā. Apprehēde arma et scutū: et toto malignitatis tue spū debacchare: nec tm pote ris iohānis irrūpere priuilegiū: qđ benigna scribentis ma nus pprio charactere cōsignauit. Multū deceptus mul/ Mat.j tū delusus es. An ignoras q; tibi vir bellator ab adolescen/tia: et etiam a matris ventre confurgit? Nescis q: a diebus Luce.j. istius regnū celor⁹ vim patit: t violenti rapiunt illud? An oblitus es q; iste mittet parare plebē perfectā dño? Immu re ordinē rerū: t ab ipsis cōceptionis sue initijs: inuenies hūc validioi conamine tuā fortitudinē irrupisse. Tu feci/sti q; fratricida cayn qui primus natus est: pollutus t ob/uolutus exiret: et originalis peccati respergeret infamia. Hanc excepit orbis exterritus: t humani generis subsecu/ta natiuitas: ad infime tristicie cumulū trāsmigrauit: natiuitas aūt iohānis huius/in gaudiū est t solēnitate precla rā. Letat orbis: t p quattuor mūdi climata circūsonat glo riose festiuitatis instātia: ipsis etiā celis celebris et famosa. Ibidem Quisputas puer iste erit? Amicus spōsi: inimic⁹? sibi/seip/so potētior. Cōsiderandū etiā quāta dignitate prepolleat natiuitatis huius celebranda deuotio: quātamq; gratiā in oculis ecclesie poterit inuenire. Nullius hois natiuitatem p̄ter solius dei: in autoritatis arcē recepit ecclesia: huj⁹ isti⁹ exceptione seruata. Nouit em q: melioi est dies mortis die natiuitat: t p orbis hominū tristicia comitek. Jnde est q; diem mortis martyrum: non natiuitatis solennizat eccle/sia: mortem tamē cor⁹ natalicioū nomine nominās: quib⁹ factus est de morte natalis. Tunc em ceperūt de morte nasci ad vitā: cū vitā deposuerunt p vita. Hui⁹ vero natiuita tē sponsa christi tāto securius benuolentissima dignatione suscepit: quāto singularis eā veritatis euāgelice irrefraga bilis cōmendat autoritas. ¶ Quintus honor est/singula ritas in cōuersione t cōuersatione. Infra tenerit udinē au/ nor⁹ beatus iste puer ad heremū spū ducēte/deductus est nec obstitit eraris infirmitas: quam maiestas dñi fecunda bat. Spiritus em sanctus non attēdit sexuū differentiam: fragilitatē cor⁹: porū: ērorū annositatē: ſz quēcunq; t quan docūq; t quō vult: dignātissima replet benignitate. Relin quit iohānes mundum: hoies fugit: patriā nescit: parētes aspernak: t in solius diuinitatis apicē defigit obtut⁹. Mi ra rerū conuersio: hoiem vix mundū ingressum: mūdi fu gere gloriam: t seculi cupiditates non solum obliuisci: sed nescire: perpetuūq; cū diuinitate habere consortiū. Recessus montiū: siluarū anfractus: t vallium subteriacēs vastitas: puero patriarche qm nox coegerat: domicilia prebue/rūt. Nō mihi apponak hieremias: nō pdicātis puericie vir tus audeat obuiare: q: si ille cōfectatus fuerat in pphetā: hic in plusq; pphetā. Et licet ille ppl⁹ futura pdicet: nō tm quersationis humane declinat aspectus. Johānes aūt eta tis supergressus mkantiam/t nobilioris generis genero/sitatē oblit⁹/soli vacat diuinitati: factus forma vite: mona cho: ū prōpositū: anacho: ita: principiū: totius religionis asserto. Ecce hec quidē p cōuersione. Porro quāta sublimitas in cōuersatione fuerit: nō est curtēris lingue volubilitate dissertendū: sed euāgelice dignitatis cōprobandū eloquio. Johānes (inquit) habebat vestimentum de pilis ca/melorum: t zonā pelliceā circa lūbos eius: esca aūt ei⁹ erat locusta et mel siluestre. Ecce q̄ mollibus vestiūtur in domi bus regū sunt. Rigida vestis t durissimis hyspiditatibus cōtexta: rigore qualifero corpus afficit patriarche: carnēq; renerrimam immatura districtio discipline feritate coar ctat: teneros artus et laceratio ni spū fugfusos cōtinue quas sat longi: udo martyrij. Libus aūt eius qualis erat? Non querūtur perdices: fasianis: seu alie aues: nō per tota currī tur regiones: vt patriarchalis stomachus impleak: sed erat esca eius locusta t mel siluestre. Celi rore pascit: t aialis vi lissimi sariak edulio: mihilq; coctū accepit ieiunātis austeri tas. Castigato vētre/et diuturna maceratiōe distēto: igno ra fuit varietas ferculorū: nec introiuit in os ei⁹ qđ gulam alliceret: suffarciret ventrē: stomacho blandiretur. Helias iij. Reg. xvij. comedit carnes: et si quid aliud apponebatur: cū gratiarū actione pcepit: nec aliquē legimus ex illa veteri officina ad legis huius aspirasse fastigiū. Vestis aspera: cibus tenuis: mens deuota: profecto perfectum consecrāt patriarcham. ¶ Sextus honor est/nouitas in predicatione. Dic volo vt intendat attentio vestra: quia paulo subtilius ad audien dum: materie precipit magnitudo. Post peccatū ade/ac il lius diluuij vastationem solenne/electa est iustor⁹ infinita prope pluralitas: cū quibus de⁹ facie ad faciē locutus fuis se dinoscitur. Trāslertur enoch: eligitur noe: vocat abrāā: ysaac diligitur: iacob deū facie ad faciē cōtemplat: ioseph saluator⁹ mundi vocat: nec tm in sermone dei ad illos/vel il lor⁹ ad hoies: fit aliqua mētio de regni celestis ppetua mā sione. Moyses assumit in ducē populo iudeor⁹: pharaoni in deū constituit: facit deus per ipm in egypto magnalia: mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro. Ascendit moyses in caliginem in qua erat deus: t datur ei in monte multiplex preceptorū autoritas: loquitur cū deo quasi ho mo ad vicinum suū: non est occultatum a moyse quod fe cit deus in occulto: t gloriosum nomen adonay (quod oī bus fuerat obuelatum) ei reuelatur: sed in his omnib⁹ re gni celorum memoria nec nominatur nec auditur. Astat aaron summus sacerdos potētis virge gestarius: vnctus er deliburus celestium sacrariorū vnctione: succedit iosue et ois illa iudicum multitudo: nec est vel vlla tenuis mēs tio regni celestis. Jnuenit dñs dauid virum sanctum sm cor⁹ suum: salomonem filium eius/sapientia cumulat sin gulari: t omnem illum prophetalem chorum sp⁹ituss⁹anctus or⁹dinat et in fundit: et nihil de celestis regni gloria p phetatur. Claudit helias celū annis tribus t mensib⁹ sex. Heliseus etiā mortuus mortuum vite restituit: t ab his nec vel vlla scintilla beate mansionis elucet. Quid plura? A pn cipio mundi vsq; ad iohannem/vniuersitatis humane ele/

trionem recolligē nec in sermone vel opere illius sanctua rij poteris reperire dulcedinē. Veni ergo ad iohannem/et audi vocē exultationis: vocē nouitatis: vocē letitie: verbū misericordie: sermonē glorie: largitatē gratie: qb⁹ celauerat deus: tacuerat angelus: latuerat patriarchas: pphete ne/ mat.iij. scierunt. Penitentiā (inquit) agite appropinquabit em re gnū celor⁹. Verbū penitētie dulce t gloriosum: verbum re gni celor⁹ terū t adorandū: illi soli puo cōueniens qui pri mus noui testamenti fundamenta posuit. Hec est vox de qua maximus ille cōtemplator: celestiū visionū in hec verba apo.xiiij prosequitur. Et vox prima quā audiui sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. A diebus ade/vsq; ad Jo hannē o⁹ganū nostrū versum est in vocē flentiū: q: pcō: ū frequētia: nec penitētie locus/duplex erat deplorādi mate ria. Occidis: occidi iuberis: sabbato ligna colligis: lapida ri iuberis: t ille cui propriū est misereri semp t parcere/nisi ferire nō nouit. Dederat quippe eis pcepta nō bona p Exc.xx. ceptor⁹ data: t iustificationes/in quib⁹ viuere nō possent. ps. lxxxj viij. Hoc est qđ iustus mirak dicēs: Ubi sunt misericordie tue antique dñe? Johānes natus ostēdit medicamentū vulne ri: pcō penitētiā: iniquitati veniā. Hec est prima vox quam vox clamātis in deserto pposuit: t vox turturis audita est Cāt.ij. in terra nostra. Extūc missa in os nostrū cantica nouā: car mē deo nostro: t resonat in ore nostro gratiar⁹ actio t vox laudis: superexaltat misericordia iudicium: peccator⁹ parci/tur: regnat pietas: iustitia dissimulak: t miserēdi nō ferien di querit occasionem misericor⁹ t miseraro⁹ dñs. Citha rizant ergo in citharis suis: qui voluptatis effluentionem/pe nitentie restrictione reuerberāt: t de pfunda peccatorum vorāgine respirantes (pharaone submerso) cantāt in vijs dñi/qm magna est gloria dñi. ¶ Septimus honor est/di gnitas in baptismate. Singularis prorsus humilitas: ver bum caro factū est: t in perfectū virū egrediens: relicta ho minū vniuersitate/iohannē querit: iohānem desiderat: ad ps. lxv. iohānem venit. Terribilis in cōsilijs deus sup filios homi Heb.j. nū: portans oīa verbo virtutis sue: purgatione pcator⁹ fa/ens: venit a galilea in iordanē ad iohānē vt baptizarek ab eo. Stupet iohannes t timor⁹ cōcutitur: ac patriarchā infi mat.iij. nitus horror⁹: in filium. Ego (inq̄t) a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Dicit ei saluator⁹. Sine modo: sic em decet nos implere omnē iusticiā. Acquiescit vtriq; salutaribus monitis: t accingit se iohānes ad baptizandū/ad suscipiē dū dñm regē angelor⁹. Exuitur vestimentis suis rex glorie: splendor⁹ luminis: t figura substātie dei: iohannis manib⁹ attrectak caro illa sumpta de virgine: candidior⁹ ich dirina ta materia nudak in flumine felicis baptiste manib⁹ infun denda. Descēdunt angeli: t celor⁹ agmina tota reuerentia currūt ad creator⁹. Baptizantē t baptizatū numina domi nātia circūcingunt. Jnfundit aqua capiti creator⁹ creatu ra nobilior⁹: t dei vertice mortalis dextera cōrrecrat et ōtin git. Pauet celū: stupet terra: iordanis arridet: miranť an geli dñm sabaoth inter manus baptizantis cōdudi. Quid est iohānes? quē cherubin t seraphin vix audēt aspicere/tu nudū tenere presumis? Dic est in quē angeli desiderāt pror/spicere: cui sanctus/sanct⁹/sanctus/sublimi melodiar⁹ orga no beate ciuitatis cōuentus ingeminār: qui solus inhabi tat lucē inaccessibilē: dñs virtutū: de⁹ scientiarū: misericor diar⁹ pater: t tu nō mentis? Tibi datum est quod oibus ne gatū est: baptizare cū qui baptizat oēs in spūsancto t igne virginē virginisq; filiū virginis manib⁹ irrigare. Totus obstupeo: baptizantē hominēq; deū reuereor: magistrū di gnanter admiror: vereor: dignationē: t hominē video vio/lentiā ipsis celis inferre. Porro illud quale est q; in isto ba ptismate terminak lex: finē accipit pphetia: t ois illa sacri ficior⁹ multitudo prorsus/ak et pellic: Dic incipit t stabilik noue regenerationis purgatio perdurāda: t in vnā baptis matis formā legaliū tranleunt dispēdia figurarū. Ad ab ps. xxix. lutionē em aque t innouationē spūs/sepelik hircor⁹ t viru lor⁹ sanguinolēta cōgeries: t peccator⁹ id iudeis relinq̄/ mus: illud dauidicum attendentes: Holocaustū t p pecca/ to nō postulasti. ¶ Octauus honor est/prima reuelatio de trinitate. A creatione celi et terre/vsq; ad hūc locū/nunq̄ trinitas manifeste hoibus apparuit: sed rerū ac vocū inuo lucris/inuoluta fuit tante claritat⁹ eternitas. Deniq; creatione hois creator⁹ rerū summa dignitate cōmendās: facia Gen.j. mus (inquit) hominē ad imaginē t similitudinē nostram. Reuerendū reuera priuilegium: nec vlli traditū creature. Creatur illa sublimior⁹ numerositas angelor⁹: t elementor⁹ oīm or⁹dinat variata cōnexio: sed oiporteris pfectā tātū opus/tacitumitate alta pspectat. Ut vero venit ad homi nē: t nobilis creatura creari disponit⁹: accingit se trinitas ad creandū: t cōsiliū accipit sapiētia: vt creature dignitas creator⁹ is pinilegio clara esse monstretur. Nec ibi tm satis aperte diuine maiestatis illustrere vocabula: cū ad angelos obsequētes quidā referāt dīci sermonis or⁹aculum. Vel fi minus hoc caunū est: figna pluralitatis absq; nominū dif Gen. ferentia pdicantur. Abrāā tres vidit t vnū adorauit: ſz ibi xviij. scripture sacre reuerētia: nūc mixtim: nūc separatim clau dit eloquiū: vt modo dñm/modo viros placeat appellare Judei tm hic magnā rerum rep⁹hensionis parabolā/tres angelos a dño missos asserētes: vnū ad natiuitatē ysaac p dicedā: duos ad subuertēdum sodomā delegatos. Illū ve ro cū quo iustus loquit dicēs: dñe si inueni gratiā in ocu lis tuis: ppherali spiritu cognouisse somniant/natiuitatis ysaac venisse pconem. Illū adorat abrāam sicut berlabee dauid regē: socijsq; eius propter ipsius reuerentiam inde fessus assistit. Unde et non nisi duo in subuersione ciuita tum infidelium numerātur: illo superior⁹ iam reuerso: q̄ nati uitatē ysaac fideli deuotione cōpleuerat. Tres em viri sm Jbidem vocari precipiunt: sed vnus est qui pmissionis insperate manifestat arcanū. Hoc in dei: et qui magis elegerunt iu daizare q̄ credere. Sed vt breuiter concludamus: ois illa patriarcharū siue pphetarū societas/nulla vel in sermoni bus: vel in reb⁹ de patre t filio t spūsancto aperte legitur fecisse mentionē. Veni ergo et intuere filiū zacharie deū t mat.iij. hominē prophetis/in manib⁹ continentē: et vide q: celi aperi Mar.j. untur ibi: et descēdit spiritussanctus corporali specie sicut colūba in ipm: et vox patris audita est: hic est filius meus dilectus. Videsne quia ad sacratissimor⁹ nominū nouitatē/ celor⁹ palatia reserārur. Pater audit in voce: fili⁹ baptizak in flumine: spūssanctus demōstrat in colūbe specie. Adest iohānes totus medi⁹ trinitatis: glorioso⁹q; baptismā fi gnant induisse substātie aperta vocabula: nouitēq; trinita tis prior⁹ seculis obuelarū: absq; totius velaminis obū bratione relucet. Dñe quis est iste q: innouisti ei? ¶ No Mat.xj nus honor est/testimoniū veritatis. Audi quid de isto ve ritas testetur. Cū audisset iohānes in vinculis opera chri stianisit ad eum discipulos suos: et responsum est eis: ecce vident etc. que euangelice veritatis copiosa psequik narra tio. Recedentib⁹ aūt nūcijs (ne forte in eor⁹ prelentia adu lario nē redolere videretur) cepit iesus dicere de iohanne. Quid existis in desertū videre? Arundinē vento agitatā? O mira testificatio redēptoris. Quis ingressus est mūdū: et mundū vel in aliquo non cognouit? Quis est qui vēro sa felicitas: vk aduersitas turbida: vel cuiuslibet peccati au ra remoior: nō inflexit? Ad extremū subinfert q̄ terrā excē dat: trāseat celū: ipsum vertice angelice dignitatis attingat. Inter natos mulierū (dicit dñs) nō surrexit maior iohāne baptista. Quid vis amplius? De nullo dici potuit (dicit au gustinus) qđ dictū est de iohāne. Nō opponas mihi euan gelistam ceteris discipulis magis dilectum: nō apostolorum principē oibus apostolis antelatū: nō vas electionis ad ce li tertij secreta translatum: nec apostolicus splēdor: audes at occurrere precursori: quia iam omnes isti adolescentie Jbidem metas exceſserant: cum averitate prolatum est/inter natos etc. Considera mās̄iones regni/t vniuersum or⁹dinē humā ne generationis circumuola: solūq; iohannē nā vereris q̄ nouī testamēti patribus videbis esse preposītum vel equa rum: tm super oia benedictus deus. ¶ Decimus honor est/ assertio matris ecclesie. Texitur ora chlamydis: vngueſ/

Universidad de Deusto
Biblio

rumq; plusum in capite:extremā vestimēti simbriā inundā
ter pfudit. Hinc ēm mater ⁊ magistra oīm ecclesia: ecclia
romana:cui dictū est:Ego p te rogani vt nō deficiat fides
tua:in honore iohānis baptiste:post saluatoris nomē cōse
crata est ⁊ signata. Dignū nāq; erat vt sentētia spōsi spon
se sequerē autoritas:⁊ singularē amicū eius illuc pduce
ret:vbi pūcipatū ipsa cōscendit. Electio pculdubio hec
singularis est:in illa ipsa vbe Johānē vendicare puma
tū ecclesie:quā duo celi luminaria morte clarissima conse
crārūt. Crucifigitur petrus:gladiatur paulus:⁊ dignitas
remanet pcursoi. Purpurat roma multitudine martyrū:
totaq; sublimitas btō refundit patriarche. Johānes vbi
q; maior:in oībus singularis⁊ mirabilis sup oēs. Quis fi
gliosiose amūciarius est? Quis ita specialiter in vtero ma
tris spūsancto legit fuisse repletus? Quē legistis intra ma
tris vterū exulasse? Cui? natiuitatē vidistis celebrari in ec
clesia dei? Quis sic heremū concupiuit? Quis ita sublimi
ter legit puersatus? Quis penitentiā ⁊ regnū celoꝝ pmuo
stēdit? Quis baptizauit regē glie:cui se primū trinitas re
uelauit? Cui testimoniū tale phibuit veritas? Quē sic ho
norauit ecclia? Vide si nō oia hec ita singulariter sint huic
singularia:vt nullus moralius pdictis audeat inhiare. ffor
sitā mihi disponis opponere:q; sic iste habet pprietā vt et
cetera ꝝ sctōrū cōmunia nō attingat. Audi ergo. Johānes
patriarcha:immo patriarcharū finis ⁊ caput. Johānes p
pheta:immo plusq; pphetaꝝ: quē venientē nūciauit: di
gito demōstrauit. Johānes angelus:sed inter angelos ele
ctus est:saluatore attestāte q; dicit. Ecce mitto angelū meū:
q; preparabit viā ante faciē meā. Johānes apls:sed ⁊ aplo
rū primus ⁊ princeps:q; prim⁹ fuit hō missus a deo. Johā
nes euāgelista:ſz et euāgelij primus inciſor:pdicans euange
liū regni. Johānes virgo:immo virginitatis insigne spe
culū:pudicitie titulus:castitatis exemplū. Johānes mar
tyr::sed ⁊ martyrū lumē inter natiuitatē mortēq; xpi pstan
tissimi fouma martyrū. Pretereo qi vox clamātis in deser
to:qi preco verbi:qi iudicis pcursor. Illud q; relinquo qi
vsq; ad iohannē lex ⁊ pphete:q; iohānes ipse est helias:qui
lucerna fit ardēs ⁊ lucēs:q; amicus fit sponsi/sponse pparā
tor:. Silētio trāseo q; sic nouē ordinib⁹ angelorꝝ inserꝝ est:
vt etiā ad seraphin apicē trāsserat. Verū hoc adeo laborio
si operis est:vt sensus nr̄i pauptas nō sufficiat. Sufficiant
hec ad plenū:q; de iohānis laude dicta sunt ad gloriā redē
ptoris:qui est benedicus in secula. Amen.

¶ Epistola cuiusdā Bern̄i. (sed pfecto nō nostri) ad mat
theū albanen̄. epm̄ de homelia villici iniquitatis.

Reuerendissimo dño suo matheo venerabili dei
gra albanen̄i epo. frater Bern̄. vticq; suus q̄cq̄
seruꝰ dño:⁊ filius pri. Dō a roma p dñm seruus
lum charissimū nostrū beluacēsem abbatem/su
peremineꝫ magnimdinis vestre paruitati mee mādaue
rat:videlicet q; ea q; sup euāgeliū de villico iniquitatis/de
mihi dixisse donauerat: vobis trāscribere:et si sero:nūc trā
dē (nō minimū pauidus: ne q̄d ibi infusuꝫ vos offendat)
trāsmitto. Sup hoc igit q̄so vos in me pietatis ⁊ charita
tis abūdare viscerib⁹: quatenus ⁊ ignoscatis mihi q; distu
li:⁊ emēdetis vobis inco:recta q̄ obruli. Autoritati nāq;
prudētie vestre reseruaui id corrigendū:⁊ suppliciter offe
ro. Et cultellū q̄ vulgo quinniēs nuncupaꝝ: habēs manu
briū de ebore/cū chartula mitto: quatenus inposturā qua
nullsfōe dignam adiudicaueritis: meo gladio succidatis.
De cetero pieꝫ: vestre pietatis abundantiam: ne in oratio
nibus vestris obliuiscamini mei: qui sine oblitione ve
stri quotidie memoꝝ/vbi propensius posco misericordi
am dei. Valete.

¶ Dominica decima post pētecosten Euangeliū sm lucā.

Zu.xvj. In illo tēpore dixit ie
sus discipulis suis parabolā hāc. Homo quidā
erat dives: qui habebat villicū: ⁊ hic diffamatus
est apud eū: quasi dissipasset bona illius. Et reliqua.

ſ.cor.vſ. fortamini:⁊ oia vestra in charitate fiant. Empti ēm estis pr̄
cio magno. Glorificate et portate deū in corpore vestro: si
Ro. viij cut portauit apostolus dices. Quis nos separabit a chari
tate christi: tribulatio: an angustia: an persecutio: an pericu
lum: an gladi⁹? Certus sum q; neq; mors: neq; vita: neq; pr̄e
Zu.xxj. senria: neq; futura poterūt nos separare a charitate dei q̄
est in christo iesu. Ēperantia vero sic solicitat dicēs. Vide
Esa.v. dete ne grauēt̄ corda vestra in crapula et ebrietate: et cu
ris huiꝰ mundi. Scriptum est ēm. Ve qui potentes estis ad
bibendum vinum: et viri fortes ad miscend am ebrietatē.
Sicut eger ad medicinam: sic ad simendas dapes quisq;
debet accedere. Inter cetera enim sua mala/sodoma pa
nis abundantia perīt ad hierusalem domino per prophe
Eze.xvj. tam dicente: Hec est iniquitas sororis tue sodome: saturi
Phil.iij tas panis/et abundantia. Hinc apostolus ait. Multi am
bulant post concupiscentias suas quos sepe dicebam vo
bis: nunc autem et flens dico: inimicos crucis christi: quo
ſ.cor.vſ. rum finis interitus: quorum deus vēter est: et gloria in cō
fusione eorū qui terrena sapiunt. Esca ventri et vēter escis:
Deus autem et hunc et hāc destruet. Nequaq; igit in illis
Tob.iiij voluptatē apperas: sed necessitati succurre. Justicia autē
puer.xx sic ville tura tuetur dicens. Quod tibi non vis fieri: alij ne
feceris. Quia hinc Salomon ait. Pondus ⁊ pondus: mē
mat.vij. sura ⁊ mensura: vtrūq; abominabile est apud deū. Et que
Zeui.xix cūq; vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis simili
ter. Et sic implebitis q̄ moyses ait. Justus modius sit vo
bis: equusq; sextarius. Ytaq; cū debeat tibi quippiā frater
mat.v. tuus: ⁊ abstuleris pignus ab eo: ante solis occasum pign⁹
restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra plusq; scribarū ⁊
pharisęorū: non intrabitis in regnū celorū. Quorū legalis
Exo.xxj. erat iustitia: oculū pro oculo: dentē pro dente: vltionē pro
mat.v. vltione. Nobis autē dicitur: diligite inimicos vestros: be
Ro.xij. nefacite his qui vos oderūt: neq; malū pro malo redden
et.xij. tes: nec maledictū p maledicto: sed econtrario benedicen
tes. Hinc paulus ait. Nemini quicq; debeatis nisi vt inui
cem diligatis. Si furierit inimicus tuus cibа illum: si sitit
potū da illi:⁊ hec faciēs carbones ignis cōgeres super ca
put eius. Sic vticq; alio ego iustitia ⁊ volo fieri. In hac etiā
villa diues dñs quasi ruricolas habuit: qui redderēt ei fru
pſ. xcviij ctꝰ vsurarios rpibus suis: q̄ sunt hmōi. Bonitas/benigni
ps.cxlv. tas/modestia/mansuetudo/cōcordia/pax/patientia/mia/
mat.xxv charitas. Sup hos etiā posuit ad custodiēdum si deliquis
sent qui accusarent: qui testificarent: qui iudicarent: q̄ pu
nirent. Lōscientia q̄ppe ipsa est accusatrix: memoria testis:
ratio iudex: timor carnifex. Quod ēm cōscientia accusat: me
moria testificat: ⁊ q̄ ratio iudicat: timor excruciat dicens.
Dñs regnauit irascant populi: qui sedes sup cherubin mo
ueatur terra. Ignis in circuitu eius exardescet: ⁊ in circuitu
ps.xlix. mat.xxv ni eius tempestas valida. Et impijs dicet. Ite maledicti in
ignem eternū: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius: vbi
ignis est qui nō tepescit: vermes q̄ non morientur: torto:es
qui nō lassescūt: vbi nullus ordo: ſz sempiternꝰ horror: in
habitat. Villā suā his alijsq; tutoribꝰ fortem/tradidit dñs
villico: pluribꝰ plenā bonis: quibusdā coporis: multis p
pijs ipsius horis interioris. Septē q̄ppe sunt hec bona co
poris: pulchritudo/fortitudo/velocitas/libertas/sanitas/
voluptas/diuturnitas vite. Septē q̄ sunt bona aie: sapiē
tia/amicitia/concordia/honor/pietas/potestas/iocundi
tas. Preter hec propria: cōmunia sunt multa data ruricoꝝ
lis: alia his: ⁊ alia bis. Bona ēm sunt diuitū diuitie sue ne
eos paupertatis molestia frāgat. Bona sunt pauperū pe
nurie sue: q̄bus castigank ne p incōtinentiā defluant. ffor
titū fortitudo: vt ad bona opera cōualescāt. Debiliū imbe
cillitas qua refrenank ne q̄ velint malū perficiāt. Sapiē
tū sua sciēria qua illuminank vt proficiāt. Insipientiū sua
simplicitas qua humiliātur ne superbiāt. Omno quicquid
in hac vita nra fragilitas possidet: pius cōdito: (quātū in
sua bonitate est) ad bonū nostrū nobis quotidie cōferꝝ: scꝫ
vel ad correptionē p: uitatis: vel ad pfectū virtutis. Sed
(vt verbis beati gregorij vtar) quę ad vsum accepimus
vite: ad vsum puertim⁹ culpe. Valitudinē corpoꝝ in vsum
cōsumimus vitioꝝ: bona mētis in vsum expēdim⁹ vanita
tis. Et hoc est q̄d dicit: qui diffamatus est apud eū: quasi
dissi passet bona ipsius. Operepreciū est scire quis diffa
mauerit villicū: vel vnde prodierit diffamatio? Pernūria
ipsa est que disseminauit infamiā: que tunc dicit infamare
cū non erubescit negligētiā suam declamare/sicut ibi. Nul
lū p: atū sit q̄d nō pertrāseat luxuria nostra: coronem⁹ nos Sap. ij.
rosis anteq̄ marcescāt: vbiq; relinquam⁹ signa letitie nre.
Quippe hec talis locutio plane infamatio est. ſfit aūt tri
plici voce: scꝫ cogitationis/locutionis/⁊ operis. Habet ēm
cogitatio vocē suā. Unde dñs cogitāti moysi ait: Quid cla exo.xiiij.
mas ad me? Et dauid ad dñm. Cogitatio hoīs confitebit ps.lxxv.
tibi. Habet ⁊ opus vocē suā. Ūn dñs ad cayn. Sāguis fra gen. iiij.
tris tui clamat ad me de terra. Proinde aūt infamia nra ex
his que fiunt: aut contra naturā: aut cōtra legē: aut contra
consuetudinē. Dis tribus modis quicquid agimus/verbi
tur in peccatū. Et q; villicus bona dñi sui in hec dissipaue
rit dicēs est ei. Quid hoc audio de te? Redde rationē villi
cationis tue: iā ēm amplius nō poteris villicare. Illud nō se
mel aut iterū: ſz tertio iā cōminatur dñs villico suo: videli
cet ante legē: sub lege: sub gratia: et p tres nuncios p quos
oia sua nobis cōsilia dicit: id est per hoiem: p spūm: per fami
liare mādatū. Dis dñs secreta sua solet nōtificare: atq; per
hos alios quibusq; iubet: cū quib⁹ ire solet timor: et modo
fingitur illis ferēs ista tria que semp habere soler: clauā cō
minationis: radiū cognitionis: virgā doloris: ad incuti
dū terroꝝ: ad videndū erroꝝ: ad habendū meroꝝ/incipie
ntiū/pficientiū/pficentiū. Nota q; in hoc facto cognoscit
mirabilis pietas huius dñi: q̄ nō circūuenit seruū suū: sed
ad reddendā rationē pius submouet eū q; iudicet. Sic cꝫ
visus est abras dixisse: cū loqueret ad eū de sodomis. Des Gen.
scendā ⁊ videbo per meritum si sic vt rumor est: opere xviij.
cōpleuerint. Et hic instruimur nō statim debere dare fidē
quibuslibet verbis: sed si sic est vt dicit pius adhibere cau
telā. Sequit. Quid faciā? Hec querimonia de pmissa pmis
natione pcedit. Sic vticq; quidā cū mortem sibi venire de
prope videret: se male vixisse sciētes timore perterriti/q̄d fe
cerint: vel qualiter id emēdare debeāt: secū satis amarissi
me exquirūt dicētes: Quid faciā? ſfodere nō valeo: mēdi
care erubesco. Hec duo verba in pſona illoꝝ loquit: q̄ hec
duo timēt: in penitētia scꝫ afflictione corporis/⁊ pauperta
te: quoꝝ alterū intelligit p fodere: alterū per mēdicare. Ut
ēm sic moraliter dicā: fodere est farculo cōpunctionis/⁊ ara
tro cōfessionis/in fructus bone operationis cordis nostri
iugera dissulcare: q̄ facere pphēta nos ammonet dicens.
Scindite corda vra ⁊ nō vestimēta vestra. Et hinc est illud Joel.ij
quod ait custos vinee de sterili siculnea ad dñm suū. Dimit
te eā et hoc anno: vt ego veniens fodiā circa illam: et appo Lu. xiij.
nā stercora. Sed hoc iste de quo hic agit: primo facere pri
mescens ait. ſfodere nō valeo. Lōtra quē recte p salomonē puer. xx
dicitur. Piger ppter frigus arare noluit: mēdicabit ergo
estate: ⁊ non dabit ei. Qui ēm nūc propter pauorē mentis
aut roꝝ: potē/macerare se p penitentiā ⁊ affligere negligit:
cū sol iustitie in iudicio velut in estate claruerit: quereret req̄
em: ſz nō accipiet: q; ppter illā operari bona cōtēpsit. Se
quitur. Mēdicare erubesco. Hoc igitur ad litterā tūm.
Sunt ēm quidā qui erogando bona sua pauperibus: cul
pas suas redimere vellent: et hoc cogitādo pertra erāt: sed
postmodū timētes ne egeant: ergā egētes tenaces fiūt: et
ab eo q̄ mente conceperāt: se sulpēdunt: precipue quia vi
dēt aliquos q̄ sua se sic dedisse fatērtur ⁊ penitēt: de quibus
bene per salomonē dicit. Qui obseruat ventū nō seminat: Eccl. xj.
et qui cōsiderat nubes: nunq̄ metit. Ūēti noīe malignꝰ spi
ritus: qui mentē tentationibus impellit: ⁊ nubis appella
tione/peccatoꝝ exprimitur. Qui ergo attendit ventum/nō
seminat: et qui considerat nubes/nunq̄ metit: quia qui ten
tationes maligni spiritus metuit: et iniquorum lapsus cō
spicit: in bono opere nec exercetur: nec in iudicio quo con
soletur inuenit: sed et nunc quoq; vilescit. Propterea q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia villicus paupoante dixerat: fodere non valeo: mendicare erubesco: penitēs m̄ subiungit q̄ sequit. Scio q̄d faciam. Videte quid facit timo:: q̄ppe perutilis dño suo. Ipse est qui q̄ dñs iubet: hoies facere cogit. Certe iste villicus hodie nō diffisset; scio quid faciā: si nō remisset. Sed timuit: q̄m illi subito timor aduenies/clausa p̄minationis tales et ictus imp̄ressit dicēs. Audi miserabilis audi: euigila tandē q; hora est iā te de pigritia surgere. Si nō amore: saltē timore euigila. Erux em̄ tibi duplex dura parat: altera iā corporis: altera postmodū corporis et aie gehēnalis. Cogita ergo cruciat⁹ tuos quos p̄sentialiter medullit⁹ senties iam in morte. Mors inquā ipsa est crux horribilis: ad quā quotidie festinas: et nō attēdis. Vide quō mors te crucifigit. Crura distenduntur manꝰ ⁊ brachia decidūt: pectus anhelat: cernit⁹ lāguescit: labia spumāt: oculi stupescūt: vultus horrescūt: facies exundat: et morte tacta pallescit. Et hec vtiq; q̄ videm⁹ defuncti: et q̄ sentim⁹? leuia sunt ad ea que in tuis aia miserabilis iā p̄gustat. Nā sensus a corpore cito recedit: animā sua mors comitat q̄ntē. Qui aūt cruciat⁹ te monēat: audi quid p̄phera de perditis dicat. Sicut oues (inquit) in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et iob. Transeūt (inquit) a frigore nimio/ad calorē nimium. De quo et alibi dicit. Quis poterit ex vobis habitare cū igne deuorāte? Aut q̄s habitabit ex vobis cū ardoribꝰ sempiternis? Hec audiens villicus: plane si timuerit: ne miseris. Et notandum q̄ timor iste quadrifor mis est: scilicet mundanus/seruilis/initialis/⁊ filialis siue castus. Mundanus: qui facit recedere a malo p̄ cuitatione pene. Seruilis: q̄ facit a malo abstinere p̄ cuitatione pene/mali retinēs voluntatē. Initialis timor: gehēne: de quo dicit per p̄phetā: initiū sapientie timor dñi. Filialis: de quo per eundē dicit: timor dñi sanctus p̄manet in seculū seculi. In duabus his formis vtilis est hoibus semp: in aliis minime. In initiali formaliter frendēs vt modo dictū est: ad villicū venit propter q̄d ait: Scio quid faciam: vt cū amotus fuero ⁊c. Hec amoto nihil est aliud: q̄ hominis interioris. i. aie ⁊ corporis separatio. Et notādū q̄ scire nos exponere nō oportet: q: ipsemet suū scire/scz q̄d facere velit innotuit: p̄ hoc q̄ se quit dicēs. Et cū amotus fuero a villicatione: recipiāt me in domos suas. In hoc q̄ suū scire exposuit/meminit poterte dicētis. Scire tuū nihil est: nisi te scire hoc sciat alter. Ut sus siquidē est minꝰ hoc dixisse (scz q̄ sunt q̄ recipere eū debeāt) q̄d tamē cū differat/in domos suas: succincte deprehēditur annotasse. Sunt nāq; q̄ hoies recipiūt: quoꝝ sunt domus celi ⁊ eterna tabernacula: ⁊ hi qui sunt/domin⁹ ad discipulos suos loquēs parēter ostēdit in illis verbis suis cū dicit. Nolite paruulos venire ad me: talium est em̄ regnū celoꝝ. Et alibi. Beati pauperes spū: q̄m ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Ab his ergo necesse est emere regnū celoꝝ: quoniā est. Vere necesse est: q: nō habemus hic (vt ait apls) manentē ciuitatē: sed futurā inquirimus. Et iterē de suis confidens ait: Scimus q̄ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluat: q̄ habemus ex deo domū non manufactam eternā in celis. Hāc vtiq; nos emere docet dñs in subsequēribꝰ dicēs. Facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis: vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Et hoc in loco suo exponēt: sed nō mō. Sed videamus q̄d sequit. Cōuocatis singulis debitoribꝰ ⁊c. Memini me superius dixisse: misericordiā veritatē et charitatē cum aliis multis quasi ruricolas eē: ⁊ debere eas huic diuiti domino reddere suos effectus: quasi fructus operū suoꝝ: per manus vilici. Nihil ergo est aliud quod dicimus villicum debitores dñi sui conuocasse: nisi vnūquēq; in corde suo quid fecerit: vel quid facere debuerit: iuxta posse viriū suarū pertractasse. Quod quotiens agimus: fere p̄ omnia reos nos esse cognoscimus: p̄cipue tamen in eo q̄ per charitatem largius erogasse debuimus: et in eo q̄ per penitentiā illis qui nos iniuriauerunt cōdonasse perfectius debebamus. Et hoc datur intelligi cū huic quēstiōi/scz quātū debeas domino meo; respōdet centū cados olei. Per centū em̄ significat perfectio: per oleū misericordia. Est ergo sensus. Debeo centū cados olei: id est q̄ mihi iniuriāntibꝰ perfecte dimittere debuerā: nō dimisi. Cui subsequēter adiungit. Sede cito/scribe quinquaginta. Nouimus q̄ sedere humilitatiōnē: cito festinationē: scribere firmitatem: quinquaginta penitentiā designat. Et super his conuentia habem⁹ exempla: sed q: satis est notū: nō p̄uenit adducere: sed quid sibi verba velint dicemus. Cū ergo dicimus/sede cito ⁊ scribe quinquaginta: idē est ac si quis dicat sibimetipsi aut p̄ximo suo: Qui fateris te peccasse in misericordia; humiliare cito: firmus p̄mane in penitentia. Deinde alio dixit. Tu vero quātū debes? Centum choros trifci. Sere eadē est hec quēstio/⁊ respōsio cū prima: excepto q̄ illa est de indulgentia: hec de charitate. Dic em̄ frumentū charitatē designat: quēadmodū superius p oleū miam dixim⁹ designari. Doctaq; huius q̄stionis respōsio nobis innuit: q̄ q̄ seculi hui⁹ substantiam possidemus: p̄cepte egēnibus erogasse debuimus: q̄d si nō fecerimus cū possemus: apud summū patrē familias debiti vinculo obligamur: sicut scriptuꝝ est: Qui habet substantiā huius mundi: et viderit fratrem suum necessitatem habere: si clauserit viscera sua ab eo: vere charitas patris non est in eo. Huius tamē obligationis nodus celeriter rumpit: si bene perficiat quod sequit: scz sede cito et scribe octoginta: id est humiliare (sicut exposuimus) in obseruatione mādatoꝝ dei: et certa spe hereditatis eterne. De cado ⁊ choro dicāt alij p̄ abundantia sensus sui q̄d senserint: ego sup̄ his mihil aliud dico: nisi q̄ vnūquodq; vas est ad mensurandū in suo gñe: ⁊ hic significare p̄sit/mēsurare. i. discrete debere agere penitētes: quasi sic occidāt hostē ne perimāt ciuē: q̄m scriptū est. Si recte offeras: ⁊ nō recte diuidas: peccasti. Recte offerimus: cum bono studio bonū opus agimus: sed non recte diuidimus: si discretionem habere in bono opere postponam⁹: quā q̄ dissimulat etiā recte offerēs (sicut bñs ait gregorius) peccat. Sequitur. Et laudauit dñs villicū iniquitatis: eo q̄ prudēter egisset. Sunt qui mirātur vnde hec laus p̄cesserit: cum nō dicāt ad litterā p̄soluisse debitū/scz cartasse: q̄d si quis egerit/attēdat q̄ potius imitari debet villicū/q̄ admirari. Secularitер em̄ p̄udēter egit: qui q̄ reddere nō potuit: ne sup his argueret furti: caute celauit: ⁊ p̄m cuiusdā verba dicentis: Si nō caste: saltē caute. Est nāq; minoris culpe quemlibet se solū dare monti: q̄ si ceteros secū rollat contagione peccati: et quoq; sibi perutile suum aq; prudētia fuit: quia apud quos reciperet effecit: si amoueretur a villicatione. Sed et altius loquar. Plane p̄m morialem intelligentiam/multa laude est dignus: qui relicto errore p̄istine cōuersationis: diuiti deo satisfaciēs/redit ad gratiam. Et propter hoc eū dominꝰ laudauit: q: siue hoc modo: vel hoc modo dicatur fecisse: p̄udēter egit. Nec moueat quēq; quod dicitur iniquitatis. Nō em̄ ponitur hic eo q̄ operet ad laudē: sed ad eoꝝ qui audierūt tollendā desperationē: sicut dñs retulit ad propheram dicēs. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ: postea acceleraverūt. Nō congregabo cōuenticula eorū de sanguinibꝰ: nec memor ero nominū eoꝝ p̄ labia mea. Ad hoc em̄ matheus suū cognomē retinuit publicanus. Hoc q̄ sequitur: q: filij huius seculi p̄udētiores sunt in generatione sua filijs lucis: dictū est nobis vt secularium inutilē imitemur p̄udentiā: sicut moyses ibi nos mystice docet dicēs. Cū egressus fueris ad pugnam: si videris mulierem pulchram et adamaueris eam: rades ei cesariem ⁊c. et erit tibi vxor. Et dictum est similiter ad magnā nostrā erubescentiam: ac si dixisset nobis illud p̄ophete. Erubescē sydon ait mare. Grandis enim nobis debet esse verecundia: q̄ filij perditionis p̄optiores sunt in appetendis malis/q̄ nos simus in celestibus gaudijs: de quibꝰ beatus gregorius ait. Qui celestis vite dulcedinem inquātum possibilitas admittit: perfecte cognouerit: ea q̄ in terris amauerat: libenter cuncta dereliquit. Et ad hec incitamur cū dicit: Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis; recipiant vos in eterna tabernacula. Bonus

sermo et oi acceptione dign⁹/docēs nos illis amicitiā iungere: qui nos possunt in eterna secū tabernacula collocare. Quia videlicet sunt illi: nisi quos superius breuiter annotaui: paruuli et pauperes christi? Quos quia dñs amat: ipso reste q̄ ait: Vos amici mei estis: ab his nos faciam⁹ amari de eo q̄ ideꝝ dñs nos docuit dicens: de māmona iniquitatis. Vile est preciū: sed emptio multa. Mammona nam q̄ diuitie nuncupantur: que dicunt iniquemō propter sed propter iniquitatis effectum qui euenit ex sentiēntia arbor: illa que appellata est scientie boni ⁊ mali: nō q̄ vllam haberet scientiam: sed q̄ tangentes eā cōtra p̄ceptū boni pariter ⁊ mali p̄tingeret esse scientes. Hic satis ostēdit q̄ ex facili possunt amici supni ciues haberi: ex quoꝝ amicitijs quis fructꝰ nobis p̄ueniat: veritas subsequēter ostēdit cū dixit: Vt recipiāt vos in eterna tabernacula. Videt hic oriri questio in eo q̄ pauperibus attribuit susceptio ⁊ retributio beneficentiū sibi: cū donū solius dei sit: veniens ex eius multa miseratione ⁊ gratia. Que multū facile solui potest: si attendat q̄ dei filius nostrā carnē susceperit/factꝰ est pauper p nobis: ⁊ id quod pauperibus erogat: sibi facta fuisse dicat: ⁊ se reputuere beneficētibus: q̄ ibi testatur vbi de parunlis loquēs ait. Que cū fecistis vni ex minimis meis: ⁊ mihi fecistis. Esuriui ⁊ dedistis mihi mādare: sitiui et dedistis mihi bibere ⁊c. Venite ergo et percipite regnū q̄ vobis paratū est ab origine mūdi. Solicitemur ergo fratres mei: solicitemur pauperib⁹ erogare cōsilio dñi. Sed q: interest pauperis ⁊ pauperis q̄ dñs ibi visus est animo tasse/cū dicerer: bti pauperes spū: de paupertate talis faciēda est distinctio: q̄ designet quibus p̄cipue deo beatus largiri. Pauperes igit alia naturalis: alia locuples: alia spiritualis. Et huius diuisionis vnūquodq; mēbrū bifarie suppartit: q̄ his pertractādū relinquim⁹ qui magna de minimis sciūt extrahere: p̄terer q̄ hoc solū dicimus/q: naturalibus egenis ⁊ spiritualib⁹ p̄cipue manū misericordie porrigere monemur verbis apostoli pauli dicētis. Qui suis nō p̄uider; et maxime domesticis: fidē abnegauit ⁊ est infideli deterior. Sed q: nescim⁹ hodie q̄s ante dei oculos dign⁹ sit odio vel amore: demus his ⁊ dem⁹ illis iuxta eiusdē apostoli vocē dicētis: Bonū (inq̄t) operemur ad oēs: maxime aūt ad domesticos fidei. Et q: sunt q̄ petunt: sunt ⁊ qui verecūdant: cū superest vñ possit dari: demus vtriq;. De petētib⁹ em̄ dñs ait. Omni petēti te tribue. De verecundis beatus augustinus sup hūc versum: q̄ p̄ducit fenū iumentis: ⁊ herbā seruituti hominū: dicit hoc mō. Btūs (inq̄t) q̄ p̄occupat vocē petituri. De oīb⁹ indifferēter dñs ait. Date et dabit vobis. Et etiā illud. Date eleemosynā: ⁊ ecce oīa munda sunt vobis. Et iterū illud. Ignē ardorē extinguit aqua: ⁊ elemosyna resistit pcti⁹. Et hinc ē illud. Cōclude elemosynā in sinu pauperis: ⁊ hec orabit pro te. Et bonus pater filio ait. Si multū tibi fuerit: abundanter tribue: si exiguū: et illud libēter impartire. Quod tam solerter omnes agere studeamus: quatenus in eterna tabernacula recipi mereamur. Per dñm iesum christū saluatorē nostrū: qui cū patre et spiritusancto viuit et regnat deus: per omnia secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo in assumptione Marie.

Intrauit iesus i quodā castellum. Nō dñs ac saluator: noster/semel et in vno loco visibiliter nūc tēporis dignat⁹ est operari: hoc etiā nūc vbiq; terrarū/i cordib⁹ electoꝝ operat q̄tidie inuisibiliter. Ecce em̄ euāgelio loquēte audiuim⁹: q̄ in quoddā castellū intrauit iesus: ⁊ mulier q̄dā martha nōie/excepit illū: ⁊ reliqua. Quod est aūt hoc castellū: nisi cor: humanū: q̄d p̄iusq; dñs ad illud veniat: cupiditatis fossa vallat: murusq; obstinationis claudit⁹: atq; interioris latitudine sua babylonica turre erigit? Tria certe in oī oppido sunt maxime necessaria: victualia quib⁹ sustēteturmunitio qua protegent: arma quib⁹ hostibus resistat. Sic ergo et hui⁹ castelli incole victū habēt voluptatē corporis: et seculi vanitatē: quibus pascūtur. Habēt et qua tegantur p̄pri⁹ cordis duriciā: vt verbi dei sagittis⁹ potentib⁹ vix aut nunq̄ penetrari valeant. Accincti sunt armis: carnalis scz sapiēie argumētis: quib⁹ cōtra hostes repugnāt. Vñ scriptū est. Filij hui⁹ seculi prudētiores filijs lucis in generatione sua sunt. At vero p̄po visitante ⁊ intrante: castellū hoc euertit: et p eo nouū aliud pulchrū ac spūale cōstruitur: impleturq; q̄d dicit. Si qua in xp̄o noua creatura vetera transierūt: ⁊ ecce facta sunt oīa noua. Sublata quippe cupiditate/pandit⁹ ingens sinus desideriꝰ: vt ad eius aduentum multo magis anheler mens ad celestia: q̄ prius terrenis incubuerat. Jam ponitur murus cōtinentie: antemurale patrie. Surgit aut hoc opus a fundamēto fidei: ⁊ crescit per dilectionē p̄rimi vsq; ad charitatem dei: q̄ est in superioꝝ tabulatu: et in propugnaculis eiusdem muri: q: nimirū tūc p̄fecta est virtus cōtinentie/q̄n in vnitate fidei cū p̄oximis cōiter viuentes: nō supplicij metu vel humane laudis appetitu: sed solius diuini amoris obtentu a peccatis nos continem⁹. Vel certe ideo charitas dei (qua scz nos diligit) sup murū esse videt: vt p cōtinenti suo pugnare significet. Et q: continētia crebris validisq; tentatoris ictibus resistere nō possit: nisi eius gratia p̄tegatur: id circo em̄ antemurale patrie p̄ponitur: ne ad impugnandam continentiā facilis diabolo pateat accessus. Qui ergo p̄tegente patientia continēter viuūt: ipsi bñ cū apostolo p̄otestantur ⁊ dicunt. Quis nos separabit a charitate xp̄i? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius? Videt⁹ q̄ solidus sit cōtinentie murus: quos neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principatus: neq; potestates: neq; virtutes: neq; instātia: neq; futura: neq; fortitudo: neq; altitudo: neq; profundum: neq; creatura aliqua potest separare a charitate dei que est in christo iesu. Sed iam pulsemus ad eius portas (portas scz iustitie) vt aperiāt⁹ nobis: ingressiq; per eas videamus intus magna opera dñi exquisita in oēs voluntates eius. Ibi em̄ operāte ipo/cōstruitur tanq̄ in monte syon/euāgelica illa turris: p quā humiliato corde ascēdūt in celū sancti de conualle ploratiōis. Ascendūt inquā non virtute sua: sz auxilio ⁊ gratia dei: sicut ait spūscūs per p̄phetā dauid. Beatus vir cuius est auxiliū abs te: ascensiones in corde suo disposuit. Queris vbi? In valle plorationis: hoc est in humilitate vite p̄sentis. Et eādē ipsam gratiā replicat dicēs. Benedictionem dabit legislator. Quo aūt pertingat ascensus: vel ad quē fructū perducat ascendentes ipsa gratia: protinus subiungit. Ibunt (inq̄t) de virtute in virtutē: videbit deꝰ deoꝝ in syon. Nec est mercēs: et hic est finis et fructꝰ nr̄i laboris: visio scz dei. Quis nō hūc tātū fructū rebus oib⁹ visibilib⁹ ⁊ inuisibilib⁹ incōparabiliter p̄ferat? Quis est cui⁹ vel gelidū pectꝰ hoc desiderium nō accēdat? Hec est em̄ illa gratia: quā nobis cōmendat btūs iohānes euāgelista dicēs. Et de plenitudine eius nos oēs accepimus gratiā p̄o gr̄a. Et quib⁹ scz verbis innuitur: q̄ triplicē gratiā diuinit⁹ accepim⁹: vnā qua cōuertimur: aliā qua in tentatiōib⁹ adiuuamur: tertiā qua p̄bati remuneramur. Prima nos initiat: p quā vocamur scā. Secunda iustificamur: tertia cōsummat/qua glorificamur. Et prima quidē beneplacitū est: scā meritū: tertia p̄miū. De prima dictū est: de plenitudine ei⁹ oēs accepimus. de duab⁹ reliquis dictū est: ⁊ gratiā p gratia. i. munera gloie eterne/p merito tēporalis militie. Sit ergo prima gr̄a in muro cōtinētie: ad quā vocamur: fit scā in ascensu turris qua ascēdimus: fit tertia in eius culmine quo puenim⁹. Dic ita q̄; id est in hoc culmine/cū ad illud pueniunt qui bene p̄ficiunt: fiūt iā ⁊ sedes dñi: de qualib⁹ scriptum est. Illuc em̄ ascēderūt tribus trib⁹ dñi: ad cōfitendū nomini dñi. Quia illic federūt sedes in iudicio. Et q̄dē dū adhuc erāt in muro continētie: et in acie stabāt: impugnari poterāt: et primo tanq̄ aduersa nouis erat in iudea deus: cui vero in ista statione cōsistūt vbi dñm speculant: in israel magnū nomē ei⁹; ⁊ factus est in pace locus eius: et habitatio

Perfi⁹, lary. ſ.
Pſ. cxl. pſ. cxviij.
mat. xix. mat. v.
Heb. xiij
ij. cor. v.
Pſ. xlviij iob xxiij
eſa. xxxiij
Job. xv.
ſ. Tim. v
Gal. vj.
Luce. vj
Pſ cij.
Luce. vj
Luce. xj.
Eccl. iij
eccl. xxix
Tob. iiij
Luce. x.
ſ. Joh. iij.
mat. xxv
deut. xxj
eſa. xxiij.
Gregorius.
Lu. xvj.
ij. cor. v.
Ro. viij
Ibidem
Pſ. cxl.
Ibidem
Job. ſ.
Ubi. ſ.
Pſ. cxl.
pſ. lxxxv.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius in hyon. Ibi cõfregit potẽtias/arcũ/scutũ/ꝛ gladiũ/ꝛ
beliũ: qꝫ ibi nullus motus carnis resistit: sed oĩmodis sub
iecta est spũi. Hũc locũ ardẽter desiderabat ꝓpheta cũ dice
ps. cxxxi ret. Si dedero somnum oculis meis ꝛ palpebris meis do
mitationẽ: Et requiẽ tẽpoĩb⁹ meis donec inueniã locum
dño. Hũc etiã volare cupiens: ꝙs (inq̃t) habit mihi pẽnas
sicut colũbe: et volabo: et requiescã: Jã vero si ḡratur de ca
stelli huius habitatoĩb⁹: ꝙs cibus ad sustẽtandũ: qõ mu
nitẽ ad protegẽdum: que ve arma suppetãt ad repugnan
eze.xviij Deniq; ⁊ dñs p̄opheraū loquitur. Si cōuersus fuerit iustus a iusticia sua/⁊ fecerit iniquitatē: omniū iusticiarū eius nō recordabor. Videsne ergo q̄ ꝑfunda obliuiōe virtutes ille sepeliantur: quas pseuerātia nō intigninit. Sola est que amatorē obedientie/ad regis cubiculū introducit: vt eū videat in decore suo: in quē desiderāt angeli p̄spicere. In via igit̄ ista qua ambulamus: absc̄derūt superbi lequeū mihi. Difficilis est via ista: ⁊ grauis spinis anfractibus: multiplicib⁹ vinculoz: nexibus innodata. An tu ibi putas obedientie fructū/cū subditus audit obediētiā quā multis expetierat votis: cū ei p̄cipit q̄d redoleat dignitatez/gaudio ⁊ leticia fluitet: porentre fulciat imagine? Ecōtrario aūt an tu illi obediētie meritum assignas: q̄ cū aduersitate ꝓcedēs/animū terreat audientis: grauis ad audiēdum: grauior ad implēdum: ad tenendū grauissima? Nō est ita. Faciendū est vt a ꝓsperitate animo separemur: ⁊ aduersitatē animo cōplectamur: si volumus illū sequi qui regnū fugit: ⁊ ad passionē voluntarius venit. Audiuerit igit̄ q: vie iste/vie vite sunt: Mat.v. ducentes ad vitā. Beati mites: q̄m mites docebit dñs vias suas: continget em̄ eis q̄d sequit. Adimplebis me leticia cū vultu tuo. Quia q̄diu sumus in corpore: pegrinamur a domino: longe sumus a facie dei: a vultu glorie: a cōtemplatione maiestatis: nisi q: plerumq; misericors et miserator: dñs illuminat vultū suū sup nos. Hoc aūt fit cū remota nube illa/q̄ opposita erat ne trāsiret oratio: accedim⁹ ad illū ⁊ illuminamur: reuelata facie gloriā dei speculantes. Nō aūt ita ꝓprie reuelata facie accipiamus: cū videam⁹ adhuc per speculū ⁊ in enigmate: ⁊ carcerali corpore teneamur. Reuelata dicit quātū ad caliginē cor porū. Unde spūs iste creatus aliq̄n ad creatorē spirituū emergit: ⁊ adherens ei/vnus cū eo spūs efficitur. Nulli⁹ aūt mométi est ista cōtemplatio: q: spūs claustris corporeis/circūdatus/frequenti carnis cōtagione relidit: ⁊ suꝑa creaturā cōstitut⁹: infra queq; vilissima p̄otin⁹ reperitur. Sed ⁊ creator spiritus: cui⁹ magna sunt opera: exquisita in omnes voluntates eius: modo accedit nesciēs cibus nobis: modo ignorantibus nobis recedit. q: nesci Joh. iij. mus vnde veniat aut quo vadat. Et plerumq; quāto frequentius queritur: tanto velocius elōgatur: iuxta quod Can.vſ. et ipse loquitur sponse. Auerte oculos tuos a me: q: ipsi me auolare fecerunt. Contingit etiā vt cū nō querit/veniat. cū querit/fugiat: sicut sponsa se in canticis multipliciter ostēdit quesisse ⁊ nō inuenisse. Nō est aūt vult⁹ iste Can.iij. vultū q̄te dñi inuenisse q̄ est sup cherubin: quia vniuersitati angelorum purissimus ⁊ clarissimus exhibet: nobis vero speculatoribus ⁊ vmbratilibus adumbrat imaginib⁹? Quia igit̄ hic vultū dei sicuti est: videre nō possum⁹: adimplet̄one leticie nō habem⁹: donec trahat nos ad seipz ⁊ accedat caput corpori: ⁊ sit deus oīa in omnibus. Illic erit adimpletio: hic est gustus. Gustam⁹ em̄ hic ⁊ videmus q̄m suauis est dñs: sed gustus iste nō trāsit in potū: q: licet videam⁹: nō tamē penetramus. In gustu est suauis: in adimpletiōe mirabilis. ¶ Sctōrum aūt anime terrenis erute corporibus: q̄ iam ad sedes ethereas aduolauerūt: liez bibāt: nō tamē adimplent: nō tamē inebriant. Quātis em̄ multa beatitudine ꝑfruant: expectāt tamē Esa.lxv. resurrectionē mortuoz corporū: vt cū in terra sua duplicia possederit: sempiterna ꝑfundant leticia. Modo em̄ illis singulis singule stole albe date sunt: et ininunctū vt Apo.vſ. sustineant rēpus adhuc modicū: donec impū conterant duplici cōtritione: ⁊ ipsi gemina beatitudine coronent. Cū ergo nōdum habeant q̄ habere desiderāt: inebriari non possunt: sed est eis illa visio potus: vt sicut absc̄ta labore bibit: ita sine labore quiescat: donec satiet̄ cuz apparuerit gloria sua. Cū aūt resurgemus in virū ꝑfectum: ephe.iiij in mensurā etatis plenitudinis xp̄i: et gliosa illa ciuitas Pſalmo margaritis suis ornabit̄: ⁊ sicut letantiū omnium habitaxxxvj.et xv. tio erit in ea: tunc adimplebit nos leticia cū vultu suo: q: ſ.Jo.iij. videbimus eū sicuti est. Tunc inebriabimur ab vbertate dom⁹ sue: ⁊ torrēte voluptatis sue potabit nos: dicet̄q; nobis. Bibite ⁊ inebriemini charissimi: q: ⁊ anima illuminationem: ⁊ corp⁹ glorificationē: iure ꝑpetuo possidebūt. Sequit. delectationes in dextera tua vsq; in finem. Sinistra dei/vita p̄sens est. Et q: ꝓ sinistro ducimus quicquid nō multū curam⁹: per sinistrā p̄sens vita accipitur: in qua dñs electos suos sic ab impijs permittit flagellari: vt etiā patiantur occidi. An nō tibi videnť obliuioni dati qui dicunt. Propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis: quare faciē tuā auertis: obliuiscer̄is inopie nr̄e? Per dextera vero illa beata vita signat̄ q̄ nescit nisi gaudia: de qua nihil aliud dicere possum⁹: nisi q: gliosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ibi sunt delectatiōes ille quas oculꝰ nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascenderūt: q̄ ꝓparauit deus diligentibus se. In sinistra tribulationes: in dextera delectationes. Usquequo aūt? Usq; in finem. Quia est iste finis: Finis ad iusticiā: xp̄s omni credēti. finis ille de quo sapiens dicit. Attingit a fine vsq; ad finez fortiter: ⁊ disponit oīa suauiter. Te em̄ cernere finis est cōsummat⁹. Ipse est finis ad quē cū venerim⁹: nihil ampli⁹ sitiem⁹: ielus xp̄s sponsus ecclesie/qui est benedictus in secula. Amen.

¶ De quicq; negociationib⁹ ⁊ quinq; regionib⁹. Sermo

Negociamini duz venio. Verbum patris: vnigenit⁹ dei: sol iusticie: summus ille negociator: de vltimis cerlozū finibus nostre redēptiōis p̄cium asporLuc.xix tauit. Fidelis ista negociatio/et omni acceptione: dignissima: ut qua rex filius regis efficit negociatio: aurum ꝓ plumbo tribuit: p petōre donatus est iustus. O q̄ indebita miseratio: q̄ grauita ⁊ sic ꝓbata dilectio: q̄ inopinata dignatio: q̄ stupenda dulcedo: q̄ inuicta mansuetudo: q̄ vilis negociatio vbi filius dei ꝓ seruo tradit̄: ꝓ creatura creator occidit̄: ꝓ mācipio dñs condemnat̄. Tua sunt hec xp̄e opera: q̄ de lumine celi ad tenebras inferni: a dextera maiestatis/ad miseriam humanitatis: ⁊ gliꝰ patris/ad mortē crucis descēdisti: infernū illustrando: hominē redimendo: superando mortē ⁊ mortis auctorem. Unus es/⁊ secūdum nō habes: quē ad nos redimēdum ꝓpria benignitas inuitauit: misericordia traxit: veritas qua te vēturū ꝓmisera⁹/cōpulit: puritas vteri virginalis suscepit: salua virginitatis integritate porta eduxit: obediēta in oībus deduxit: patientia armauit: charitas verbi ⁊ miraculis manifestauit. Absint ꝓcul negociatores terre themam: recedāt filij agar: q̄ exquisierūt pru- Bar.iij. dentiā: elongent̄ a me gigātes a seculo nominati: qui ab initio fuerūt statura magna: scientes bellū. Non hos elegit dñs: neq; viā discipline meruerūt: ꝓpterea pierunt: sed dedit eā iacob puero suo: ⁊ israel dilecto suo. Abscondisti em̄ hec dñe a sapientib⁹ ⁊ prudentib⁹: gigantibus/ math.xj. ⁊ noīatis: qui magni facti sunt videlicet in oculis suis: et Luce.x. reuelasti ea parvulis et humilibus tuis. Libēter amplector negociationē tuā: q: negociū meū est. Hec mercimonia cū summa suauitate ruminat alia mea. Non solū aūt ruminat: sed ⁊ reuocat ruminationē tuā: quia ⁊ intelligit q̄ diligit: ⁊ cōmendat memorie q̄ elegit. In his negociationibus p̄cipio esse animā meā: vt fiat nauis instito- ꝓū.xxxj ris delonge portās panē suū. Negociabor donec veniat venienti letus occurram: ⁊ vtin ā audiā: enge serue bone. Tui sunt celi et tua est terra: in regionibus tuis. Ne- Pſal. lxxxviij. gociabor igit̄ securus/re solū habens in itinere ducez: in p̄culis ꝓtectorē: cōfortē in tribulatione. Regiones tue quinq; sunt quas ambulant ad negociandū institores tui: vbi te querunt dilecti tui: ⁊ inueniunt dilecti tui.

¶ Prima regio/est regio dissimilitudinis. Nobilis illa creatura in regione similitudinis fabricata: q: ad imaginē dei facta. cū in honore esset nō intellexit: ⁊ de similitudine ad similitudinē descendit. Magna ꝓcessus dissimilitudo/de paradiso ad infernum: de angelo ad inimicum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

de deo/ad diabolū. Execranda ꝓuersio glorie in miseriā: vite in pugnā ꝑpetua captiuitate cōuertere. Maledicta descensio; de diuitijs ad paupertatē: de libertate ad seruitutē descendere: de reḡe ad laborē. Miseri nos ⁊ misera biliter nati: quib⁹ datum est nasci im meroꝛe: viuere in laboꝛe: in dolore moꝛi: de pcēꝛe pcēꝛes: de debitoꝛe debitoꝛes: de corrupto corrupti: de subacto subacti: geniti et generantes: sumus gens peccatrix: populus grauis iniquitate: semen pessimū: filij scelerati: addētes preuaricationē. Ecce quasi nō sim⁹ sic sumus coꝛā eo: quasi nihilū ⁊ inane reputati: putantes nos aliquid esse cum nihil simus. Vulnerati sum⁹ ingredientes mundū: conuersando in mundo: exeundo de mūdo: a planta pedis vsq; ad verticē non est sanitas in nobis. Nouerat hec ille sublimis ꝓphera: qui statū humane miserie deploꝛans in hec verba ꝓtumpit. Graue iugum est sup filios ade: a die exitus de ventre matris coꝛ/vsq; in die sepulture in matrem omniū. In hac dissimilitudine regione quid negociabimur dñe deus? Aspicio genꝰ humanū ab ortu solis vsq; ad occasum/huius mundi nundinas perambulare: alios diuitias querere: alios honoꝛibus inhiare: alios fauoꝛalis aure suauitate raptari. Sed quid de diuitijs? Nonne cū laboꝛe acquirunt⁹: cū timoꝛe possidentē: tuz doloꝛe amittunt⁹? Thesaurizas: ⁊ ignoꝛas cui congregabis ea Vide quātū laboꝛē ꝑ pturis diuitijs assumpsisti. Transis maria/⁊ alīs tibi oꝛdē aperis nauigando: fin sapientem tribus digitis distans a moꝛte: patriā fugis: relinq; parentes: diuelleris ab vxoꝛe: filios nescis: ⁊ omniū necessitudinū oblitus/queris vt acquiras: acquiris vt perdas: perdis vt doleas. filij hoīm vsquequo graui coꝛde: vt quid diligitis vanitatē: ⁊ queritis mendaciū? Que est ista dementia filij adā/circūire maria: perambulare terras: rapi extra mundū: in laboꝛibus plurimis: in vigilijs multis: in ieiunijs crebꝛis: in moꝛtibus frequenter? Ecce quales diuitie. Sed q̄d de honoꝛib⁹? In sublimi loco positus es: ducem te cōstituerunt. Vide si nō a deo iudicandus es: ad hominib⁹ spectandus: ab hoībus lacerādus. Si miles es: excubas ante limina ꝑncipis vt ꝑncipatū acquiras: ⁊ ferrato vestitus amictu/ꝓpꝛioꝛ es vulneri q̄ honoꝛi: moꝛti q̄ vite: periclo q̄ ꝑmio. Si de soꝛte dñi: nō ne episcopus romanū pontificē: archidiaconus vel diaconus episcopū ꝓtimelcit? Vide etiā vrū excusseris manus tuas ab oīm munere: ne cum simone audias. Nō est tibi parsmeq; soꝛs in sermone isto: q: voluisti donū spiritus sancti cū pecunia possidere. Nihil ad nos de rectoribus ecclesie indicare: videat ipse amici sponsi: cū de spōsa ceperit exigere rationem qui iudicat oꝛbē terre in equitate. Nunquid in honoꝛe sine doloꝛe: in ꝓlatiōe sine tribulatiōe: in sublimitate sine vanitate esse q̄s potest? Ecce quales honoꝛes. Quid aūt de gloꝛia? Gloꝛia tibi vnde festide puluis: limus terre: vas in cōtumeliā? Nō tibi/nō tibi: sed nomini dñi da gloriā. Illi permitte gloriā suā: qui gloꝛiosus est in sanctis suis. Illū laudā: que laudant angeli in celis. Nūquid ⁊ ipsa inanis gloꝛia: que nihil aliud est q̄ aurium inflatio vana: que haberi vix potest sine inuidia? Respice quos antecedis: ⁊ cogita q: omnib⁹ inuidie semina ꝓebuisti. Omnes ergo aduersuz te toꝛuis luminibus inflammant⁹: tua felicitate toꝛquent⁹: tua vtunt⁹ gloria. Ecce vnde gloꝛiosus/inde odiosus: vnde sublimis/inde humilis: inde solicit⁹/ vnde securus. Videsne ergo q̄ vane cōturbat omnis homo. Nec sunt mercimonia q̄ inueniunt⁹ in regione dissimilitudinis. Prudēs ergo negociatoꝛ qui videt in diuitijs laboꝛē: in honoꝛib⁹ penā: inuidiā in gloria: facit sarcinā suā mūdi cōteptū ⁊ fugit. ¶ Secunda regio est paradisus cla ustralis. Vere clausturū est paradisus: regio vallo disciplineq; munita: in qua ꝓtiosarum est mercium fecūda fertilitas. Gloꝛiosa res: hoīes vnius moꝛtis habitare in domo: bonū ⁊ iocundū habitare fratres in vnū. Videas illū peccata sua deflentē: alium in dei laudibus exultantem: hūc hoībus ministrantem: illū alios erudientē: hūc orantē: illū legentem: hunc miserentē: illū peccata punientē: hūc charitate flagrātem: illū humilitate pollentē: hūc in ꝓsperis humilē: illum in aduersitate sublimē: hūc in actiua laboꝛantē: illū in contemplatiua q̄scentē: ⁊ poteris dicere: castra dei sunt hec Be. xxxij ⁊ xxxvij. Ex terribilis est locus iste: nō est hic aliud nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi. Quid tibi ergo fidelis aia in his nūdinis est consecrādum? Perambula virtutes cohabitantiū in domo dñi virtutū: ⁊ fac inde sarcinā tuā: fomam viuendi. Que ꝓius habitabas in regione vmbre moꝛtis: trāsi ad regionē vite ⁊ veritatis. ¶ Tertia regio est regio expiationis. Tria sunt loca que moꝛtuoꝝ anime ꝓ diuersis meritis soꝛtiunt⁹: infernus: purgatoriū: celū. In inferno impij: in purgatorio purgāditin celo pfecti. Qui in inferno sunt redimi nō possunt: q: in iferno nulla est redemptio. Qui in purgatoꝛio sunt: expectāt redēptionē: ꝓius cruciādi: aut caloꝛe ignis: aut rigoꝛe frigoris: aut alicuⁱ grauitate doloꝛis. Qui in celo sunt: gaudio gaudēt ad visionē dei: xpi fratres in natura: coheredes in gloꝛia: similes in eternitate iocūda. Quia igit ꝓmi redimi nō possunt: tertij redēptione nō indigēt: restat vt ad medios trāsca/mus per copassionē: quibus iuncti fuim⁹ ꝑ humanitatē. Vadā ad istā regionē: ⁊ videbo visionē hāc grandē: quomodo pius pater glorificandos filios in manu tentatoꝛijs relinquat: nō ad occisionē sed ad purgationē: nō ad irā sed ad miam: nō ad destructionē sed ad instructionē: vt iam nō sint vasa ire apta in interitum: sed vasa misericoꝛdie ꝑparata ad regnū. Surgā ergo in aduentū illius: interpellabo gemitibus: implꝛabo suspiriis: orationibus intercedā: satisfaciam sacrificio singulari: ⁊ forte videat dñs ⁊ iudicet: vt laboꝛē conuertat in requiē: miseriā in gloꝛiā: verbera in coꝛonā. Dies em̄ ⁊ huiusmodi officijs potest coꝛū penitentia resecari: finiri laboꝛ: destrui pena. Percurre ergo quecūq; es fidelis aia regionē expiationis: ⁊ vide quid in ea fiat: ⁊ in nundinis illis fac sarcinā tuā affectū cōpatiendi. ¶ Quarta regio/est regio gehenalis. O regio dura ⁊ grauis: regio extimescenda: regio fugienda: terra obliuionis: terra afflictiōis: terra miseria rū: in qua nullus oꝛdo: sed sempiternꝰ hoꝛoꝛ inhabitat. Locus letifer in quo ignis ardens: vbi frigus rigēs: vermis immoꝛtalis: feroꝛ intolerabilis: mallei ꝑcutientes: tenebꝛe palpabiles: confusio pctoꝝ: inundatio vinculoꝝ: hoꝛribiles demonū facies. Totus tremo atq; hoꝛreo ad memoriā istius regionis: ⁊ concussa sunt oia ossa mea. Quomodo cecidisti lucifer; q̄ mane oꝛiebaris? Omnis lapis ꝑciosus operimentū tuū: modo subter te sternetur tinea: ⁊ opimentū tuū erūt vermes. O deus quāta distantia inter operimentū ꝑciosi lapidis: ⁊ operimentū vermis: inter delitias paradisi/ ⁊ tineam inferni. Scio q: paratus est ille ignis diabolo: ⁊ angelis eius/⁊ hominibus similib⁹ eius: vbi sine fine finiuntur: sine moꝛte moꝛiunt⁹: noctuꝛnus sine cessatione. Viuēs igit in infernū descende: percurre mētalibus oculis tormēꝛoꝝ officinas: fuge scelera ⁊ vitia: ꝑ quibus scelerati hoīes ⁊ vitiosi perierum. Habe odio iniquitatē: ⁊ dilige legē dñi: ⁊ in tam formidolosis nūdinis fac sarcinā tuā odiuz peccati. Esa. xliij ez. xxviij Esa. xliij mat. xxv ¶ Quinta regio/est paradisus supercelestis. O btā regio supernarū virtutum: vbi beata trinitas a beatis facie ad faciē videt. vbi illa sublimia agmina sublimi pēnarum applausu/sanctus/sanctus/sanct⁹ dñs deꝰ sabaoth/ clamare non cessant. Locus est voluptatis/vbi toꝛrente voluptatis potanꝰ iusti. Locus splendoꝛis/vbi iusti fulgent sicut splendoꝛ firmamenti. Locus leticie/vbi leticia sempiterna sup capita eoꝝ. Locus abundantie/ vbi nihil deest videntibus eū. Locus suauitatis/vbi apparet dñs suauis vniuersis. Locus pacis/ vbi in pace factꝰ est locus eius. Locus ammiratiōis/vbi sunt mirabilia opera eiꝰ. Locus satietatis/vbi satiabitur cū apparuerit gloria eius. Locus visionis/vbi videbit magna visio. O regio sublimis/plena diuitiaꝝ/de valle lachꝛymarū suspiꝛamus ad te: vbi sapientia sine ignoꝛantia: memoꝛia sine obliuione: intellectus sine eroꝛe: ratio sine obscuritate splendebit. Regio in qua dñs transiens ministrabit electis suis: id est talē se qualis est: ostēdet. Illic erit deꝰ oīa in omnib⁹: vbi rerū vniuersitas mirabiliter oꝛdinata/dabit creatoꝛi gloriaz: leticiā creature. Curre igitur spūalis anima oculis desideꝛioꝝ per regionē istā: ⁊ vide regē gloꝛie in decoꝛe suo gloꝛiosum: stipatum legionibus angelorum: sanctoꝝ/omnium agminib⁹: deponentē supbos: humiles exaltantē: dānantē demones: homines redimentē et dic. Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabunt te. Cū ergo mente ꝓceperis tam ꝑciosas nundinas: mercimonia tam preclara: construe sarcinam tuā amoꝛe dei. Vidisti regiones: ai adu ertisti nundinas: sarcinam cōstruxisti: ⁊ beat⁹ es. Negociare ergo duz veniat dñs deus tuus: vt ei dicere possis. Domine quiq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucrat⁹ sum: ⁊ audire mereaꝛis. Intra in gaudium domini tui/ sponsi ecclesie: qui est benedictus in secula. Amen. Psalmo lxxxiij. mat. xxv

¶ Parabola de fide/spe/⁊ charitate.

Ex nobilis ⁊ potēs tres habuit filias: fidē/spem/⁊ charitatem. Dis delegauit cinitatē eximiam: humanam animā. In qua cū tres sint arces: rationabilitas/ꝓcupiscibilitas/irascibilitas: vnicuiq; suā cōtradidit: fidei primā: spei scām: charitati tertiā. Rationabilitati ꝓficiē fides: q: fides nō habet meritū: vbi humana ratio ꝓbet experimentū. Cōcupiscibilitati spes: q: concupiscere nos non licet que videmus: sed que speramus: et spes que videt nō est spes. Irascibilitati charitas/fervoꝛ: scz feruoꝛi: vt feruoꝛ: virtutis feruoꝛi nature dñetur: immo feruoꝛ: naturalis attollat se in feruoꝛē virtutis. Ingresse ille vnaquecq; ꝑ posse suo domum suā oꝛnat ⁊ ꝓcurat. ¶ Custodē ergo domus sue in rationabilitate fides ponit ꝓuidēciam: vt suū ius in ea sibi cōseruet: ⁊ rationē sub legib⁹ fidei/⁊ intra terminos a fide positos cohibeat. Ut autē fiducialiter in domo ageret: addidit ⁊ obedientiā. Ut obedientia ꝓcessum opis/⁊ toleranciam haberet laboꝛis: subdidit ⁊ patientiā. Ut aūt etiā inferioꝛē actuz vel sensuuz familiā regere bene posset ⁊ dispensare: ipaz ei dispensationē subfecit. Ut fin apostolū/honeste/⁊ fin oꝛdinē oīa fieꝛet: addidit ⁊ oꝛdinē. Ne maledictio iteꝛ ret domū (Maledicta em̄ oīa dom⁹ indisciplinata) custodē in porta posuit disciplinā. ¶ Spes aūt in cōcupiscibilitate domui sue sobꝛietatē ꝓfecit: vt ius suū in ea sibi conseruaret: ⁊ ꝓncipale eius sibi semper seruire cōpelleret. Ut autē inferioꝛē voluntatū ⁊ voluptatū familiā discrete regere sufficeret: ipsa ei subdidit discretionem. Cui etiam cōtra concupiscētiam carnis/addidit continentiā: contra concupiscentiam oculoꝝ/ cōstantiā: cōtra ambitionē seculi/humilitatē. Et ne egestas iteꝛaret domū (vbi em̄ multa verba sunt: sicut dicit Salomō: ibi multa egestas) silentium custodē posuit in limine. ¶ At charitas suam domū ad austrū ⁊ meridiē positā/amice sibi pietati cōmisit: iusq; suū omne ei tradidit: subdens ei ad obsequium/primū mundiciā coꝛporis: deinde cōgruas exercitationes: videlz lectiones/meditationes/oꝛationes/⁊ spirituales affectiones. Et ne ingressa domuz miseria cōturbaret beatitudinē filioꝝ dei: q̄ in septimo gradu. i. in ꝑfectione beatitudinis positi in domo charitatis ludunt iocundanꝰ beati pacifici: ipsam pacē custodē in porta cōstituit. Sic oꝛdinatis domibus suis: totius ciuitatis quasi ꝓpositū quēdam economū posuerunt liberū arbitriū. Quo peracto: redeunt in domum patris/puelle regine. Inimicus homo supueniens: oꝛdinē ⁊ gloriā ciuitatis videns ⁊ inuidēs machinaꝰ insidias: ⁊ ingredi cupiēs coꝛruptis duobus de ꝓcipuis ciuib⁹/discretione/⁊ dispensatione: viuerse malicie sue exercitū introduxit ꝑ portas rationabilitatis ⁊ cōcupiscibilitatis. Prepositus ciuitatis liberuz arbitriū: qui totius ciuitatis dimissus erat custos ⁊ arbitrer (paterfamilias quippe perege ꝓficiscēs dedit seruis suis potestatē cuiusq; operis) ligatur vinculis ferreis ⁊ in carcerē mittit. Precipitatis de arce rationabilitatis custodib⁹ suis: moꝛ cōtra fidem blasphemis inducitur. Cū qua irruentes ꝓtraditores/cōmotiōes/⁊ cōfusiones: cereraq; huiusmodi turba: cūctaq; sibi diripientes: sibiq; quicquid libeat vendicantes: in rationabilitate nihil rationis reliquerunt: ⁊ ianitoꝛe peremptoscilicet disciplina: omnibus intrandi ⁊ exeundi copiā ꝓbuerunt. Poꝛro in domum spei (cōcupiscibilitate scz) ingressa/⁊ oīa sibi vendicās dña luxuria: totā eam de suo perioꝛib⁹ deiectā ad ima deuoluit: ⁊ cōcupiscētie carnis cōtinentiā: concupiscentie oculoꝝ constantiā: ambitioni seculi humilitatē cōculcandā tradidit ⁊ illudendam. Et perempto filētio ianitoꝛe: oīmbus ⁊ intrātibus ⁊ exeuntibus fecit porta patere. Sobꝛietatē vero ⁊ socias sobꝛietatis virtutis/aut occidit: aut incarcerauit: aut in exiliuz destinauit. Exinde ad superioꝛē ciuitatis arcē conscendit tur: ⁊ pace ianitoꝛe ⁊ custode summe btitudinis pempto miseria ingredit. Moꝛ em̄ dña superba ascendēs in arcem (superbia em̄ eoꝝ qui te oderunt ascēdit semp) pietatē de ea impie deturbauit: toraq; illam pietatis ⁊ pacis familiā moꝛte vel exilio damnauit. Jā quicunq; vult sanctuariū dei ingredi: quecūq; sancta in eo: ꝙcunq; hactenus filijs leui tantū accessibilia erāt ⁊ visibilia: iam ꝓfanata: iam direpta ab inimicis in babyloneꝰ trāsferunt⁹: ⁊ de vasis templi cōcubinis regis babylonij ꝓpinat. Sic capta est et confusa tota ciuitas. Sedm gloriā eius facta est ignominia eius. Cōfusis oīmbus: ad dominas tristis nūcius venit perdite ciuitatis. Conturbate ille: pedibus patris ꝓuolnunt⁹/auxiliū deprecantes. Lausante illo et custodis liberi arbitrij arguēte negligentiā: q̄d inquiūt o pater liberū arbitrium potest sine adiutrice gratia? Et ego inquit dabo gratiā: sed premittēdus est timoꝛ. Ipse em̄ preibit ante illā: parare vias eiꝰ. Egressus timoꝛ a facie dñi venit ad ciuitatem: baculum habens discipline in manu eius. Jnueniꝛq; portam difficultatis obseratam et obfirmatam vectibus male consuetudinis. Janitoꝛ procax ⁊ impꝛobus carnis lasciuia/in portis aderat: qui timoꝛi satis infestus: oppꝛobꝛijs ⁊ conuitijs eum fatigabat. Ut ille facto impetu fiducie: frāgens vectes male cōsuetudinis: portas diruens difficultatis/miserū illū coꝛripit: ⁊ baculo eū discipline quē tenebat: vsq; ad moꝛtem perurget. Statimq; signum aduenientis gratie sup portas eleuans: totam ciuitatem vertit in timoꝛē. Post quez gratia ingredit ciuitatē/secū totū illuz virtutū celestium exercitū adducēs. Moꝛ pars inimica disparuit: virtutes vero ad nota ꝓtidia recurrunt. Procedentes illico ⁊ seipsas deceptas fuisse accusantes/discretio/⁊ dispēsatio/ veniā ꝓecant⁹; pdit de vinculis: ⁊ ad occursum dñe gratie festinat arbitriū: sub regno gratie nūc tandē se sperās foꝛe liberū. Jfercula ꝓparant⁹ filiabus regis dom⁹ sue: ⁊ mense ponunt⁹ congrue. In mensa quippe fidei panis ponit⁹ doloꝛis/⁊ aqua angustie: ⁊ cetera penitentie fercula. In mensa spei/panis confortans: ⁊ oleū exhilarās facie: ⁊ cetera consolationis fercula. In mensa charitatis panis vite: vinūq; letificans: ⁊ omes delitie paradisi Jā ingrediunt⁹ et epulant⁹: ⁊ custodiūt ciuitatē. Sed nisi dñs custodierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eam. Psalmo cxxvj.

¶ Parabola de nuptijs filij regis: ⁊ de oꝛnamentis sponse sue.

Filius regis superce lestis hierusalē/egressus est vt cōtēplaret regna patris sui inferioꝛa. Qui circūspectis oīmb⁹: regressus ad patrē ait. Pater oīa regna terraꝝ circūiui: et que in oīmbus agerent⁹: diligēter aspexi. Clamoꝛē etiā sodomoꝝ qui ad te ascenderat: verum esse cōperi: ⁊ vltione digna puniri. Sed iam tem- ge. xviij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parabola de nuptijs filij regis.

pus est vt in futurū mihi ꝓspiciam: vro:em ducaz: filios ꝓcreem: familiaz iā per me regā. Sponsam q̄ mihi habenda cōplacuit: in domo regis babylonici vidi. Quam rex ille captiuā tenet: ⁊ ne que sit valeat cognosci: vilib⁹ ac sozdidis vestibus eā induit. Ad hec pater ad filiū. Absit inquit a te/ vt rem istā facias coeterne ⁊ cōsubstantialis mihi/ vnice fili. Ethiopissa illa de qua dicis: nō est conueniens tuo generi/ vel tue immensitati. Ad quē filiꝰ. Si/ cum inquit habeo in me ⁊ vro:ē velle ducere: ⁊ nullā nisi hanc mihi coniungere. Si ita est inquit pater: tu coeternus ⁊ consubstantialis ⁊ coomnipotens mihi: in manu habes ⁊ illam de captiuitate babylonica liberare: ⁊ put vis tibi sponsam assumere. Statim affuit innumerabilis multitudo angelo⁹/ ⁊ celestiū agminū: in hjs nuptijs filio summi regis ministrare sese ꝓparantiū. E quib⁹ vnū scz gabriele archangelum qui paranymphus eius fierer elegit. Gabriel electus/ filio summi regis ait. En fo:titudo tua ego sum illā tibi quā queris de medio babylonie vi rapere: si imperas: ⁊ valeo: ⁊ paratus sum. Nō ita agēdum est inquit filius regis eterni: violentia nulla babylonico regi inferenda est: consilijs occultis: ⁊ sapiētia/ q̄ mihi iungenda est: de captiuitate babylonica est eripienda. Ad mariā virginē de stirpe dauid mysteriū cōsilij mei a te gabriele est deferendū: occulte apud eā in thalamo eius/ conuiuiū nuptiarū mearū est nunciandū ⁊ celebrādum. Ad mariā gabriel archangelus descēdit: q̄ sibi iunctuz fuerat: peregit. Sed qui eū miserat: anteq̄ nunciarek: iam ad virginē venerat. Ibi nunciatū: ibi celebratum est sanctissimū nuptiarū cōuiuiū. Sed nunquid tantus ac talis iste ꝓsus/ ad sponsam suā vacua manu venit? Nequaq̄: sed donatiua detulit: delata irrogauit. Et q: hyemis tempo:e venit: hyemales vestes ꝓmum sue sponse dedit: agninam videlicet pelliceā/ ⁊ capā. Quod vtrumq̄ fit de agno: sed alterū sine dolo:e agni: id est lana de qua fit capa/ sumit: alterū videlicet pellis/ vñ pellicea: absq̄ dolo:e graui ab agno non accipitur. Sponsus iste agn⁹ est: sicut scriptura testat. Quasi ouis ad occisionē ducet: ⁊ quasi agn⁹ co:ā tondente se/ sic nō aperuit os suum. Et alibi. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Agnus igitur iste de lana sua sponse capam fecit: cū humilitatē verbis docuit dicens: Discite a me q: mitis sum ⁊ humilis co:de. Pelliceā dedit: cū vigilijs: cū ieiunijs: ⁊ alijs carnis sue afflictionib⁹/ ad vltimū passione crucis: mo:tificationē carnis ꝓpe ostēdit. Capa ita/ q̄ Qua qui indutus est abscondit/ signat humilitatē: q: q̄ sponsa est xpi latitat: ⁊ a seculo cognosci refugit. Pelliceā q̄ de mo:tuis aīalibus fit: mo:tificationē carnis insinuat. Nec aūt hyemis tempo:e. Paschali vero tēpo:e/ aruinā pelliceā dedit: circa collū ⁊ circa manū rubeis gulis ꝓparatam. Nec pellicea sunt ꝓdicato:es: albi ꝓpter resurrectionē quā in xpo annunciant: ⁊ in sponsam futuram ꝓedicant: qui cū passionē xpi annunciāt: rubeā gulam circa collū po:tāt. Sed q: quidā passionē xpi o:e ꝓdicāt: quā co:de nō sentiunt: de quibus dicit paulus: quidam annunciāt xpm nō sincere: existimantes se suscitare tribulationem vinculis meis: opo:tet vt quod o:e dicūt: co:de sentiant. Nā minus de ceteris ornata esse: si tantū circa collū: ⁊ non vsq̄ ad pectus descendēres gulas pelliceas haberet. Circa man⁹ ꝓdicato:es gulas habēt: cū in operibus suis passionib⁹ xpi cōmunicāt. Igit pellicea sponso de arminio fit quod candidū est: in significationem leticie spiritualis: ob spem future resurrectiōis. Circa collū ⁊ vsq̄ sup:a pectus/ ⁊ circa manus rubeis gulis o:nata est: q: passionē xpi quā o:e ꝓdicat: co:de sentit: ⁊ operibus attestatur. Dedit eriā xps paschali tēpo:e spōse sue co:dubanos suos: qui signāt duo testamenta: quibus affectus sponse in terrā tangāt: muniunt: vel signāt cōtinentiā ⁊ charitatē: q̄ duos affectus: quo:ū alterū ad carnē suā: alterū ad vitia que olim sponsa habuit calcea:t: e quibus ille qui ad carnē est; cōtinentia siue districtione

Esa. liij.

Joh. j.

Mat. xj

Phil. j.

discipline munit: ille qui est ad vitia: charitate extinguit. Sed hi co:dubant nisi ꝓfessiōe ligent ⁊ obedientia: e pedibus elabunt. Multos em̄ videm⁹ qui cōtinentiā carnis ex charitate habuerūt; vel ꝑm duo testamēta viuere disposuerūt: sed q̄m sub obedientia ⁊ profession̄e se non ligauerūt: grauiter lapsi sunt. Co:dubant itaq̄ sunt vel duo testamēta: vel cōtinētia ⁊ charitas ligature: ꝓfessio/ ⁊ obedientia. Dedit etiā xps spōse sue duas chirotheceas. Manus sponse sunt/ ogatio ⁊ contēplatio. Et q̄uis per leuā alibi actiua: ꝑ dexterā contēplatiua vita (vt est illud leua eius sub capite meo ⁊c.) Hic tamē per sinistrā contēplatio/ ꝑ dexterā operatio designat: hac similitudine/ q: sinistra frequēter tenemus sub vestib⁹ abscōditā: dexteram vero sepius ad operandū exponim⁹. Similiter manus dextera/ id est opario/ habet chirothecam in quinq̄ folliculos ad quinq̄ digitos recipiēdos diuisam: q: bonum op⁹ debet esse rectū/ voluntariū/ purū/ discretū/ et firmū. Rectū in intētione: voluntariū vt nec timo:e/ nec aliqua alia fiat coactione: purū vt dū fit/ aliqua aura vanitatis nō inanescat: discretū vt vltra modū nō intendak firmū vt pseueret. Sinistra aūt/ id est contēplatio: habet chirothecā similiter in quinq̄ diuisam. Nā quinq̄ in cōtēplatione sunt: scz cōsideratio peccatoꝝ ⁊ gehenne: contemptus ꝓsentiū ⁊ spes futuro:ū: iudiciū ⁊ regnū: status co:poris post resurrectionē ⁊ glorificatione: spiritꝰ humanus ⁊ eternitas cū qua vniēdus est. Qui em̄ contēplak ꝓmū cōsiderat pcta sua/ qualia ⁊ quāta perpetrauit: que cōsiderare nō multū ꝓdesset: si non ꝑ illis in gehenna puniri metueret: ⁊ ideo ꝓsideration̄i pcto:ū recte adiungit cōsideratio gehēne. Iterū si cōsideraret que ⁊ quāta sint to:mēta gehenne: ⁊ nulla pcto:ū memoria habetur: secura mēo fo:tā gehennā cōsideraret: cū nulla eā reco:datio pcto:ū perterreret. Hac de causa in mēte cōtemplatoris vtriq̄/ ⁊ peccata/ ⁊ gehēna cōiungit: vt ex vtroq̄ terro:e incutiatur. Sed in mēte sic ꝓterrita/ statim subouit cōremptus ꝓsentiū: cui adiūcta est spes futurorum. Sed ne spes mentē dissolutā reddat: restringit ꝑ iudiciū: q: cōsiderat ad ea q̄ sperauit: trāseundū esse per illud ho:rēdū ⁊ districtū iudiciū. Sed terro:ē de iudicio consolak regnū: ⁊ ideo iudicio subiunctū est regnum. In quo regno ꝓsiderak q̄d erim⁹: ⁊ primū stat⁹ co:poris/ q̄ erit immo:tale ⁊ impassibile: deinde glorificatio/ q̄ erit ineffabilis pulchritudinis ⁊ prefulgidū: sicut scriptū est: ffulgebūt iusti sicut sol. Post hec cōsideratur beatitudo anime: si ipsa aīa cōsiderak/ ⁊ deus cui vniēda est: q̄ō est vltimū ⁊ cōsummatio omniū. Hec aūt quinq̄ q̄ in contēplatione cōsideramus: ꝑ quinq̄ fenestras videnk. ffenestra ex aere ⁊ pariete cōstat. Nā vbi est paries continuus; nulla est fenestra: itē vbi est aer absq̄ pariete: non est fenestra: sed paries admittens intra seipsum aerē: vocak fenestra. Christus vero est ex humanitate quasi pariete/ ⁊ diuinitate intra humanitatē lucente. Itaq̄ xps fenestra est: immo quinq̄ fenestre in eo cōsideranē: scz incarnatio conuersatio/ doctrina eius/ resurrectio/ ⁊ ascensio. Per illas quinq̄: quinq̄ q̄ de contēplatiōe dicta sunt videnk. Nā ꝑ incarnationem xpi/ multis manifestata sunt pcta: et gehenna: q̄ ꝓius nō attendebant. Cōuersatio ei⁹ aperte docuit ꝓsentia cōtenere: ⁊ ad futura spem dirigere. In doctrina eius satis de iudicio ⁊ regno. In resurrectione eius ostensus est stat⁹ co:poris ⁊ glorificatio: q: qualis ipse: tales ⁊ sui futuri sunt ꝓmo modulo suo. In ascensione aūt quātulūcūq̄ reuelatū est quomodo spūs noster cū deo vniendus est. Homo em̄ ille quō sine oī vehiculo/ absq̄ oīs creature āminiculo ascēdit: sic ⁊ spūs noster post eū randē ascēdet. Itaq̄ chirothece spōse in manu dextera sunt: id est in actione: q: ipm opus fit rectuz/ volūtariū/ purū/ discretū/ ⁊ firmū. In sinistra manu. i. cōtēplatiōe/ q̄ ꝓmū cōsideranē pcta ⁊ gehēna: deinde sequak contēptus ꝓsentiū ⁊ spes futuro:ū: post iudiciū ⁊ regnū subiungak status co:poris ⁊ glorificatio; ad vl/

Eaſ. ij.

mak. xliij

Sermo in concilio remensi. Fol. CXLIX

timū vnirio spūs nostri cum deo. Christus ascēdens hec omnia in spōsa consummauit: ⁊ eā cōseruandā apostolis cōmisit: ⁊ ne ab hierosolymis discederē: ꝓcepit: donec induerenk virtute ex alto. Post dies decē: ipo scz die pēte costes/ exercitū maximū ⁊ fo:tē misit e celo. i. spiritū sanctū: qui cōmlit eis pacē ⁊ gaudiū: ⁊ ceteros fruct⁹ spūs quos enumerat aplus. Quibus facti cōstantes ⁊ fo:tes: hostiles cuneos aggrediunk: ⁊ petrus vna die quinq̄ milia: ⁊ alia die tria milia de iudeis ad xpm cōuertit. Quib⁹ gestis aiunt apli. Absit vt dña nostra/ xpi sponsa/ pedes amplius gradiak: que ram⁹ ei animal quo subuehente/ celeri⁹? ⁊ honesti⁹ quocūq̄ eundū est: deferak. Sed hoc nō erit equus: q: aīal supbie ⁊ discordie est: nec asin⁹ q: fatu⁹? ⁊ immundus: sed mulus q̄ firmiter et mature graditur. Mulus itaq̄ sponse dak: q: ppls ex iudeis ⁊ gentibus ad fidē conuersus est. Sicut em̄ mulus ex diuersis aīalibus nascit: sic ꝓmitiua eccla ex diuersis ppls collecta est: videlz ex iudeis gentib⁹?: vel de ꝓsumentib⁹?: ⁊ desperantibus. Christus em̄ diuersis ⁊ cōtrarijs infirmitatibus labo:ātes miro modo sanauit: ⁊ vno medicamine i. cruce sua eos qui nimis cōfidentes aut desperātes fuerunt. Et adhuc sunt qui dicūt re mea cōtent⁹ sum: ⁊ nulli vnq̄ ꝑ vim rapui aliquid/ et similia: ⁊ quid est quare de vita desperē: ⁊ gehennā timeā? Sed si isti atrēdūt q̄ xps qui pctm̄ nō fecit: nec dolus inuētus est in o:e ei⁹: mo:te tm̄ turpissima. i. cruce vitā finiuit: deficiūt a superbia sua: ⁊ timo:e cōterriti/ ad humilitatē ⁊ ad cōmunicandū passionib⁹ xpi ꝓuertunk. Sunt iterū q̄ tot ⁊ tantis facino:ibus inquinati sunt: vt sibi indulgeri diffidāt. Sed si ipsi attendāt q̄ xps nō ꝑ se: sed ꝓ pcto:ibus sustinuit: spez sumunt: ⁊ a desperatione sanantur. Itaq̄ xps sua cruce ⁊ ꝓsumentes sanat: q: innocens passus est: ⁊ desperantes/ q: ꝓ pcto:ibus sustinuit. Et ex his diuersis pcto:ibus ecclesia cōgregata mulus est: quē apli sponse ꝓparant. Et ei in talibus quiescenti: ⁊ per eos ad diuersa ꝓgredienti/ danr calcar vnū scz amo:em sponsi: quo suos ꝓficisci cōpellat. Dant ⁊ flagellū quo retro peutiat: q: ꝑ tratis iniquitatib⁹ anriank. Multiplicata ⁊ dilatata ecclia/ apostoli peracto agone sui certaminis de vita decedētes/ eā martyrib⁹? regendā cōmittunt. Illi aūt ꝓ ea viriliter decertantes: ⁊ in defensione eius sanguinem suū fundentes: dicūt. Apostoli mulo vno dñam nostraz donauerunt: equū est er nos in o:natū eius ⁊ deco:ē aliquid conferre. Et q: iam ecclas incaluit: grossio:ib⁹? indumentis non est onerāda: nouū aliq̄d faciam⁹ ei deco:is et subtile: variū scz mātellū/ rubea purpura coopertum. Hariū istud mantellū sunt sancti martyres ex parte virgines: q̄ō signat albū: ex parte vidue vel coniugati: qui signank medio colo:e et vario. Rubeum superponik: q: ꝑ xpo trucidati sanguine respergunk. Et hi suis temporibus viriliter rexerūt ecclesiā: puexerunt ⁊ munierunt. Quibus decedētibus/ successerunt sancti doctores ⁊ magnifici cōfessores: ambrosius: hieronymus: hilarius: augustinus/ ⁊ similes. Videō autez diabolus aperto bello quod contra ecclesiam tempo:e apostoloꝝ ⁊ martyrum gesserat: se nihil ꝓfecisse: sed eā tribulationib⁹ magis creuisse ⁊ ꝓfecisse: ad fraudulētas ⁊ occultas ꝑsecutiōes cōuertit: scz vt aliquos ex mēb:is ei⁹ seducat: ꝑ quos negocia sue malicie tanto efficaci⁹?: quāto occultius peragat. Instruit itaq̄ arriū suis artibus/ pelagiū ⁊ fotinū ⁊ his similes: qui ministros xpi se simulantes: sponsam ei⁹ lōge in deuiū ducāt. Quod ꝓcipientes sancti doctores/ occurrūt: disputationib⁹ cōfligūt: cōfutant hereticos: ⁊ domina suā ad viā veritatis reducūt. Cui reducte: q: dū per deserta arrij/ ⁊ deuia pelagij gradik: vestes eius aliquantum attrite erāt: paludamentū de samito faciūt: id est vita sua pudica ⁊ honestis suis mo:ibus eam ador̄nāt. Ecce iam victus hostis: ⁊ in apertis ꝑsecutionibus/ ⁊ occultis hereticoꝝ seductionibus. Jam sponsa nullo contra occurrēte: cū multo comitatu gradik: adhuc tamen colu/

Luce. xxiij. Actu. ij.

Gal. v. Act. iiij. Actu. ij.

j. Pet. ij.

ber to:tuosus eā spoliare conak: ⁊ cū illa in via non posset iuxta viā laqueos parat: ibi tentoria sua erigit. Et hic q̄dē trapezetas suos cū multo auro ⁊ argēto expolito sedere facit: illuc aūt vēditores vestiū/ cū multo ⁊ vario apparatu diuersoꝝ o:namento:ū: alibi vēdētes cibos omniū generū collocat: alibi vendentes vina ⁊ omniū potionū genera tabernas disponit: alibi triumphales arcus gloriātium in pompa seculari erigit: choreas puellarū ⁊ omniū incitamenta libidinū ostendit. Qui sapiens est cum sponsa gradik: sponser recta via gradientu adheret. Ffatui ⁊ vecordes viā deseruit: ⁊ in tabernaculis diaboli esse iocundank. Nā quicūq̄ argentū diligit: auri specie capik ⁊ hec xpo ꝓponit: in tabernaculis diaboli demorak. Si militer q̄ veste preciosa: qui cibis lautio:ibus: q̄ vino mellito/ ⁊ alijs potionū preciosarū generibus: qui in mulieribus: q̄ in locis: in seculi cantionib⁹? delectak: ⁊ hec xpo ꝓponit: in tento:io diaboli est. Quid etiaz dicā de illis qui cū ecclesiā dei regere debeāt: ingredientes viā. ea que in tento:io diaboli sunt ammirantes circūspiciūt ⁊ concupiscūt: ⁊ non habentes vnde concupita sibi cōparent: o:namēta sponse sue diripiunt: ⁊ in explendis malis cū cupiscētijs suis turpiter insumūt? Ita vndiq̄ lacerata circa hum eros: vt paruz q̄d de amictu: id est paucos monachos/ ⁊ paucos regulares canonicos: ⁊ de alijs generibus hominum fere nullum retineat.

¶ Sermo cuiusdā ad clerū/ in cōcilio remēsi cōgregatū.

Deut. xxxij.

Exo. iij. mak. xvj

Joh. xxj.

pū. ciij.

Mat. v. Ibidem pū. lxxxj. Loz. j.

Psalmo cxxxviij. ij. Co. v.

Quave est quod mihi iniungit: videlz vt doceā doctores: instruā patres. Presertim cū scriptū sit. Interroga pres tuos: ⁊ annunciabunt tibi. Sed ecce ipse mihi moyses iste cui? manus graues sunt: cui obediēdum est nō solū a me: sed etiā ab oibus. Et plusq̄ moyses hic. Moysi cōmissa fuit vna plebs israelitica: isti aūt vniuersa eccla. Et plusq̄ angelus hic. Cui em̄ angelo:um dixit aliq̄n deus: quecūq̄ ligaueris sup terrā: erunt ligata ⁊ in celis? Sedz officiū dico: nō ꝑ meritū. Preter deū nō est filius ei: nec in celo: nec in terra. Nec est pet⁹ qui misit se in mare: cū alij discipuli nauigarēt ad iesum. Unusquisq̄ vestrū cōretus est nauicula sua: hoc est archiepiscopatu suo: abbatia sua: ꝓpositura sua: iste aūt misit se in omēs archiepiscopatus/ abbatias/ ꝓposituras. Hoc mare magnū ⁊ spaciosum manib⁹? illic reptilia quoꝝ nō est numerus. Et vobis dico fratres mei episcopi: multū exaltauit vos deus. Vos estis sal terre: sicut dicit dñs in euāgelio. Vos estis lux mundi. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi oēs. Verūtamē sicut homes moriemini: ⁊ sicut vn⁹ de principibus cadetis. Ubi sapiēs: vbi scriba: vbi cōquisito: huius seculi? Nōne sicut homes morienk? Et nonne sicut vn⁹ de principib⁹ cadēt? Unde cadent vel quo? De latere dñi/ in pfundū iferni. ffratres duo mala magna restāt: mo:s videlz et iudiciū. Dura est em̄ ꝓditio mo:tis: ⁊ idcirco rar⁹ est qui velit mori. Sed q̄ cura mori: cū hec sit via vniuerse carnis? Eya quo ibo a spū tuo: ⁊ quo a facie tua fugiā: cū dicat aplus: oēs nos repsentari op⁹ aī tribunal xpi vt referat vnusquisq̄ rationē de his q̄ gessit in co:po:e suo/ siue bonū: siue malū? ffratres alia synodū ꝓnuncio vobis: vbi dñs de⁹ sedebit in iudicio: ⁊ ibi oēs nos op⁹ repūtari: ⁊ ibi de⁹ iuste iudicabit o:bē terrarū. Nec includitur iniustitia in marsupio. Sed iuste iudicabit deus in illo iudicio: ⁊ ibi oēs nos op⁹ rep:esentari (nisi forte: qō dici nefas est: mentiak aplus) siue sit papa: siue cardinalis: siue archiepiscop⁹?: siue epūs: siue diues: siue pauper: siue doctus: siue indoct⁹?: vt referat vnusquisq̄ rōnem de his que gessit in co:po:e: siue bonū siue malū. Et si reddenda est ratio de his q̄ quisq̄ gessit in co:po:e suo: heu quid fiet de his que quisq̄ gessit in co:po:e christi quod est ecclia? Ecclesia dei vobis commissa est: ⁊ dicimini pastores: cum sitis raptores. Et paucos habemus heu pastores: multos autem excommunicato:es. Et vtinā suffi/

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceret vobis lana ⁊ lac: fiatis eim sanguinē. ¶ Quattuor tamē his qui plūt in ecclesia dei: necessaria esse pr̄e omnibus reor: videlz vt per ostiū intrent: vt in humilitate se contineāt: auaricią declinēt: mundicią tā corde q̄ corpore seruare studeāt. Sed quid ꝓdest si canonice eligātur (q̄ est per ostiū intrare) ⁊ nō canonice viuant? Dixit dominus ad duodecim. Nonne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis diabolus est? Dñe iesu cū esset electio illa in manu tua: ⁊ nō haberes aliquē contradicentē ⁊ reclamantē tibi: quare elegisti diabolū episcopū? Cur bone iesu nō elegisti bonū ⁊ iustū ⁊ sanctū: sicut petrus bonū iustus ⁊ sanctus fuit? Vel si elegisti diabolū: cur te iactas elegisse? ¶ Fratres: sic facit iesus hodie: eligens sibi multos diabolos epos. Ubi ꝓdolor reperiem⁹ episcopos: q̄ post adeptā dignitatē ⁊ in humilitate se cōtinentē? Nēpe superbia eis occasio est vt ad tantā dignitatē aspirēt: vt in ouile xp̄i ipudēter irrumpāt: cū ñ p psalmistā dñs dicat.

Joh. vj.

Non habitabit in medio dom⁹ mee q̄ facit superbiā. Jesus aūt in medio est: nō in agulo. Unde ipe in euāgelio. Ubi duo inquit vel tres cōgregati fuerint in noīe meo: in medio eor̄ sum. Et iterū. Jelus aūt trāsiens p mediū illoū ibat. Et in libro sapientie. In medio inquit ecclesie aperuit os ei⁹. Et rursus in euāgelio dicit: Stetit iesus in medio discipuloū suoū. Ue mihi dñe iesu/si tecū ero in domo tua: ⁊ nō in medio domus tue. At isti nō sic. Sunt quidē cū iesu: sed nō in medio domus eius: q⁹ amāt ⁊ faciūt superbiā: parētes suos extollentes: pauperes aūt negligētes ⁊ deprimentes. Male viuūt: ⁊ subiectos male viuere volūt. Et idcirco cōparanḋ apostate angelo: qui dixit in corde suo. Ponā sedē meā ad aq̄lonez ⁊ cetera. Quid est diabolū ad aquilonē sedē velle ponere: nisi superbū quempiā ⁊ impiū super suos similes a charitatis calore vel sapientie luce alienos principatū appetere: vel adeptum tenere? Talis erat absalō super filios israel: patri suo rebellis: principatū apperēs. Talis erat hieroboam qui peccauit: ⁊ peccare fecit filios israel in vitulis aureis. Tales fuerūt scribe ⁊ phariseī: ꝓtra quos ait dñs. Ue vobis scribe ⁊ pharisei: q̄ clauditis regnū celoꝝ ante homines: vos eim nō intratis: ⁊ introeūtes nō finitis introire.

ma. xvij⁹
Luc. iiij.
Eccl. xv.
Lu. xxiiij.

esa. xliij.

Por: ro episcopi huius tempo: ris/auaricią quō declinēt? Quod eim sine miserabili gemitu dicendū nō est: christi opp: obria/sputa/flagella/clauos/lanceā/crucē ⁊ mortem: hec omnia in formace auaricie constant: ⁊ pfligūt in acquisitionē turpis questus: ⁊ preciuz vniuersitatis suis marsupijs includere festinār: hoc solo sane a iuda scharioth differentes: q⁹ ille horū omne emolumentū denarior̄ numero cōpensauit: isti voracio/ inglunie lucrorum/infinitas exigunt pecunias. Quis insatiabili desiderio inhiant: p his ne amittant timēt: ⁊ cū amittūr dolent. Quārū in amore quiescunt quātum dūraxat liberū est eis. arbitriū acerrandi vel augmentandi cura. Animarū nec casus reputāt: nec salus. Nō sunt profecto matres: q̄ cuz sint de crucifixi patrimonio nimiū incrassati/ impingua/ti/dilatati: nō cōpatiunt super contritione ioseph. Archipresbyter circūit obedientiā sibi credītā: ⁊ vt impleat sacū suū: tradit sanguinē iustū. Vendit nempe homicidia adulteria/incestus/fornicatiões/sacrilegia/periuria: et vsq⁹ ad summū impleт māticā suam. ¶ Fama igit volante/ innotescit ep̄o talis questus: ⁊ accersito archipresbytero dabā mihi (inquit) partē meā. At ille. Nihil dabo tibi. Econtra ep̄s/si non dederis mihi (inquit) partē meā: auferaz tibi omnia. ¶ Fit q⁹ altercatio maxima: ⁊ propter auariciā fit discordia. Postea vero archipresbyter reuoluens secum q⁹ auctoritate epi fungaṫ potestate ista: ⁊ q⁹ sine gratia ipius nihil possit (peruerse cōuersus) peniter inquit me: accipe partē tuā: ⁊ insuper de mea quod beneplacitum fuerit: ⁊ reconciliaṁ. Ueu sicut herodes ⁊ pilatus reconciliati sunt: ⁊ xp̄o crucifixus est: sic nihilominus isti reconciliaṁ: ⁊ pauperes xp̄i spoliati sunt. En tempora ista plane feda a negocio perambulāte in tenebris; quapropter ve generationi huic a fermento phariseoꝝ: qđ est hypocrisis: si tamē hypocrisis dici debet que iam late re pr̄e abundantia nō valet: ⁊ pr̄e impudentia nō querit. Et sic serpit hodie putrida tabes per omne corpus ecclesie: quo latius eo desperatius: eoq⁹ periculosius quo inscitius. Nā si insurgeret apertus hereticus: mitteretur foras ⁊ arceret. si violentus inimicus: absc̄deret se q⁹ fortitā ab eo. Nūc quō ejiciet: aut quomodo absc̄det se? Omnes amici ⁊ inimici: oēs necessarij: oēs domestici et nulli pacifici: ⁊ que sua sunt: querunt oēs. Ministri xp̄i sunt ⁊ seruiunt antixpo. honorati incedunt de bonis dñi: cui honorē nō deferunt. Unde hinc est eis quē quotidie videmus meretricius nitor: histrionicus habitus: regius apparatus. Unde aurū in frenis: aurū in sellis ⁊ in calcaribus. Plus nitent calcaria: q⁹ altaria. Unde mense splendide: ⁊ cibis ⁊ cyphis: Unde comesationes ⁊ ebrietates. Unde cithara ⁊ lyra ⁊ tybia: redundātia tocularia ⁊ prōpetuaria plena: eructantia ex hoc in illud. Unde dolia pigmentaria: inde referta marsupia. ¶ Quinsinodi sunt ⁊ vo lunt esse ecclesiarū ꝓpositi/decani/episcopi/ ⁊ archiepiscopi. Nec eim hec merito cedunt: sed negocio illi quod perambulat in tenebris. Olim predictum est: ⁊ nunc tēpus impletionis aduenit: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyr̄: amarior post in conflictu heretico: amarissima nūc in moribus domestiorum. Non fugari: nō exterminari possunt: ita inualuerunt: ira multiplicati sunt sup̄ numerū. Intestina ⁊ insanabilis est plaga ecclesie: ⁊ ideo in pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pace? Pax est: ⁊ nō est pax. Pax a paganis: pax ab hereticis: sed nō profecto a filijs. Uox plāgentis in tēpore israel. ¶ Filios enutrivi ⁊ exaltavi: ipi aūt sp̄uerūt me. Sp̄uerūt ⁊ inualuerunt a turpi vita a turpi questu: a turpi cōmercio: a negocio perambulante in tenebris: fupest vt iam de medio fiat demoniū meridianū ad seducendos: si qui in xp̄o residui sunt adhuc q⁹ sistentes in simplicitate sua: siquidem absorbuit fluuios sapientiū ⁊ torrentes potentū: ⁊ habet fiduciā q⁹ influat in ora eius. i. humiles ⁊ simplices qui sunt in ecclesia: ipe eim est antixp̄s qui nō solū se diem: sed ⁊ meridiē mentit: ⁊ extollit supra id qđ colit vt deū: quē dñs iesus interficiet spū oris sui: ⁊ destruet illū illustratione adventus sui. Ecce diximus q̄les habemus pastores in via hac qua ambulam⁹: nō q̄les habere opz. Nō sunt omnes amici sponsi: qui hodie spōsi sunt ecclesie. Hinc inde assistere cernunt: ⁊ (vt vulgo aiūt) eā quasi addextrare videnṫ. Pauci admodū sunt: q̄ que sua sunt: nō querunt ex omnib⁹ charis eius. Diligunt munera: nec possunt pariter diligere xp̄m: q: manus dederūt mammone. Intuere quō incedūt nitidi ⁊ ornati: circūamicti varietate: tanq̄ sponsa procedens de thalamo suo. Nōne si quēpiā talia repēte eimi⁹ ꝓcedentē aspexeris: sponsam potius putabis q⁹ spōse custodē? Unde vero hāc illis exuberare estimes rerū affluentiā: vestiū splendor̄: ē mensaz luxuriam congerie vasoꝝ argenteoꝝ ⁊ aureoꝝ: nisi de bonis spōsi? Inter hec est q⁹ illa pauper ⁊ inops ⁊ nuda relinquit facie miserāda/inculta hispida ⁊ exanguis: ꝓpter hoc nō est hoc tēpore ornare sponsam sed spoliare: nō est custodire sed ꝑdere: mō est defendere sed exponere: non est instruere sed ꝓstituere: nō est pascere gregē dñi: sed mactare ⁊ deuorare: dicente dño de illis: q̄ deuorāt plebē meaz vt cibū panis. ⁊ iterū: q: comederūt iacob ⁊ locum eius desolauerūt. ⁊ in alio ꝓpheta. Petrā ꝓpli comedēt. quasi dicat: peccatoꝝ precia exigūt: ⁊ peccantiū? solicitudinē non impendūt. Quem dabis mihi de numero episcoporum: qui non plus inuigilet subditoꝝ euacuandis marsupijs: q⁹ vitijs extirpandis? Ubi est qui flectat ira? Ubi est qui ꝓdicet annū placabilē dño? Propterea relinquamus istos: quia nō sunt pastores sed traditores: ⁊ imitemur illos q̄ viuētes in carne/ plātauerūt ecclesiā sanguine suo. Et quidē isti sortiti sunt ministerū locū: sed nō zelum. Successores omnes cupiunt esse: imitatores pauci. Utinā tam vigiles reperirent ad curā: q⁹ alacres currūt ad cathedrā: vigilarēt vtiq⁹ solicite seruantes sibi creditā ecclesiā: immo vo vigilarēt pro sanctipsis: nec essent de se dicti: amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerūt et steterūt. Justa oīno querimonia: nec ad vllā iustius/q⁹ ad nostrā referēda etatē. Parū est nostris pastoribus q⁹ nō seruāt nos: nisi ⁊ perdāt. Ualiter quippe dimersi oblionis somno: ad nullum dñice cōminationis tonitruū expergiscuntur: vt vel suū ipsoꝝ periculū exp̄avescant: inde est q⁹ nō parcant suis: qui nō parcunt sibi: perimētes pariter et pereūtes. Nunc vo dicendū. Episcopi vo et sacerdotes huius tēporis/castitatis sanctimoniā (sine qua nemo videbit deum) tam in corde/ q⁹ in corpore quomodo studeṫ obseruare? Certe dñs dicit in euangelio ad epos: haud dubiū in primitiua ecclesia. Sint lūbi vestri p̄cincti: castitatē appetebās nō tamē sed etiam imperans. Attestatur etiā hanc spūsanctus in lege: q̄ ne mini nisi mūdis (⁊ p̄cipue a mulierib⁹) panes ꝓpositionis edere fas erat. Unde et achimelech dauid regi de his panibus: cū militibus sumere cupienti: nō prius concessit: q⁹ eos mūdos esse a mulieribus cognouisset dicēte rege dauid. Si de mulierib⁹ agitur: mūdi sunt ab heri et nudiustertio: iam tunc significāte spiritusancto/ ne minē ad mensam christi ad illūq⁹ panē angeloꝝ debere accedere/ nisi purificatū mente ⁊ corpore: ne qđ gratia diuina fidelib⁹ p̄parauit ad salutē: indigne sumentibus ad iudiciū fiat/ et ad cōdemnationē. Isti autez castitatis insigne qualiter custodiunt: qui traditi in reprobū sensum/ faciunt que non cōueniunt? Que eim in occulto fiunt ab episcopis: turpe est dicere. Melius itaq⁹ arbitror: super hoc dissimulare ⁊ supersedere: q⁹ aliquid vnde scandalizentur innocētes ⁊ inexperti dicere. Sed ego cur verecūdor: dicere: qđ ipsi nō verecundanṫ facere: imo qđ apls nō verecūdatur scribere et ꝓdicare! Dicit autē egregius ꝓdicator. Sic masculi in masculos turpitudinē operantes et mercedem sui erroris recipientes. ¶ Fratres: factus sum insipiens: vos me coegistis.

Psal. xxxvij.

Luc. xij.

Psalmo cxliij.

j. re. xxj.

esa. xxviij

pō. xxxix

esa. j.

Job. xl.

Rom. j.

j. the. iij
Ibidem

pō. cx.

¶ Sermo ad pastores in synodo congregatos.

esses que et eras: per quam expugnandi erant et dãnandi: propter quod ꝛ terribilis fuisti eis: vt castroꝛ acies oꝛdinata. Nihil vo omnino proficit inimicus in te: eo q̃ mille clypei penderunt ex te: omnis armatura. Denarius solidus millenarius est: siquidem denarius quadratus centenariũ perficit. Porro decẽ sunt precepta legis. Primũ est: dominũ deum tuũ adoꝛabis: ꝛ illi soli seruies. Jn hoc solius dei precipitur cultus. Nulli quippe alij seruitus (q̃ grece latria dicitur) debetur. Si quidem quãdo demonibus exhibetur: idolatria vocatur: qõ proximo inhibetur preceptor. Non assumas nomen dei tui in vanum. Ac si diceret. Nulli creature dei honorem exhibeas: nihil per incantationes aut auguria q̃ras. Porro speciale obsequiũ deo prebetur in obseruantia sanctarũ solemnitatũ: vnde tertium preceptũ contexitur. Obserua diem sabbati: qõ est in sacris ferijs te exercere: quatenus per requiem presentem discas sperare eternam. Ac tria ista ad deum dumtaxat pertinent: qua de re in vna solummodo tabula scripta fuerunt. Ceteruꝫ cetera ad cõuersationẽ hominis cũ proximo spectant: quare ꝛ ipsa continebantur in secũda. Et primũ quidem ad maxime proximos: idest parentes pertinet. Honoꝛa (inquit) patrem et matrẽ. Honoꝛis nomine nõ solum subiectionis reuerẽtia: sed etiam subsidij obsequium accipitur. Proinde filij debent honoꝛare parentes: ꝛ in bonis obediendo. ꝛ temporalia si opus habuerint subsidia ministrando. Non occides. Jd maximũ malus est quod proximis poterit inferri: ac propterea primo omniũ debuit phiberi. Si autem homicidiũ multis modis: manu/precepto/consilio/consensu vel neglectu. Si enim moꝛiturum aliquo modo viuificare valeas ꝛ negligis: proculdubio eius moꝛtis reus teneris. Postea dicit. Non fomicaberis. Fomicatio alia spiritus: alia coꝛporis. Spiritus fomicatio est: deserto deo adherere diabolo. Unde. Perdes omnes qui fomicãtur abs te. Porro coꝛporis fomicatio est passim cum meretricibus vel feminis a legitimis viris absolutis: sola libidinis explende causa cõmisceri. Deinde adiungitur. Furtũq; nõ facies. Jn furto cõprehenditur rapina/vsura/persuasio: quicquid denicq; cum damno alterius possidetur. Deinceps ait. Falsum testimoniũ ne dices. Falsuꝫ testimoniũ alicui patrocinij mendacij ꝓprie dicitur. Uerũtamẽ in hoc loco pro omnib⁹ mendacij partib⁹ verisimile est poni. Denicq; periuriũ/vori solutionez: ꝛ generaliter omne mendacium nõ permittit: qui falsum testimoniuꝫ nominatim prohibuit. Non concupisces proximi tui vxoꝛẽ. Ubi nimirũ adulteriũ vetuit: atq; abusionẽ deo sacratarum. Spõse quippe sunt dei: ꝛ vtiq; nõ minus est dei spõsaꝫ violare q̃ vxoris. Decimũ nõ cõcupisces rem proximi tui. Omnẽ dolũ ꝛ circũuentionẽ hoc vltimo vetat precepto: quibus miseri moꝛtales se inuicẽ decipiũt: bonisq; priuãt terrenis. Hec decẽ legis precepta suos obseruatoꝛes tãq̃ clypei muniunt: ꝛ a tormentis inferni defendũt: quapropter optimi decem clypei sunt. Denarius porro linearis numerus est/solam habens longitudinẽ que solo dumtaxat capit intellectu. Decẽ itaq; clypeos habet. At si denarius in altũ extendaꝫ atq; quadrẽt: centenariũ videlz parit. Eadez q̃ ratione: si decalogus post scientiã memoria firmet: ꝛ dilatetur affectu: centũ profecto clypei possidenẽt. Postremo denarius exaltatus atq; solidatus/millenariũ perficit: sic nimirũ decalogũ de affectu in bonaz productus operationẽ/optatos certe mille cepit clypeos possidere. Nõ est dubiũ te benedictã intellectu ꝛ affectu et actu hunc super oẽs moꝛtales decalogũ habuisse ꝛ obseruasse: vñ prorsus merito mille clypei ex te dicuntur pendere. Et nõ solum clypei: sed et omnis armatura fortiuz. Nihil est enim virtutis/q̃d ex te nõ resplẽdeat: ꝛ q̃cquid singuli habuere sancti: tu sola possedisti. Lectulus salomonis de quo in canticis. Ex lectuluz salomonis septuaginta fortes ambiũt ex fortissimis israel/omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi.

¶ Epistola Bernardi siluestris viri equidem eruditissimi: de cura et regimine rei familiaris/in presenti opere apposita propterea q̃ nonnulli eam putant fuisse a sancto Bernardo compositam.

Ratioso et felici militi. D. Raymũdo castri Amboꝛsij/Bernardus i senio deductus salutẽ. Doceri petis a nobis de cura/ꝛ modo rei familiaris vtilius gubernãde: ꝛ qualiter pater familias debeãt se habere. Ad q̃ tibi sic respõdemus: q̃ licet omniũ rerum mundanarũ status/ꝛ exitus negocioꝛ/sub fortuna laboꝛẽt: nõ tñ hoc timoꝛe vitandi est regula omittenda. Audi ergo et attẽde/q̃ si in domo tua sumptus ꝛ reddit⁹ sunt equales: casus inopinatus poterit destruere statũ eius. Stat⁹ hominis negligẽtis/dom⁹ est ruinosa. Quid est negligẽtia gubernãtis domũ? Ignis validus in domo accensus. Discute diligẽter eoꝛ diligentiã ꝛ propositũ/qui tua administrant. Habẽti enim nõ duz lapso facultatibus/minus verecũdie est abstinere: q̃ cadere. Sepius reuidere que tua sunt ꝛ quomodo sint: magna prouidentia est. Cogita de cibo ꝛ potu ꝛ animaliũ tuoꝛ: nam eduntur ꝛ nõ petũt. Nuptie sumptuose damnũ sine honoꝛe cõferunt. Sumptus pro militia/honoꝛabilis est. Sumptus pro inuitãdo prodigos/perditus est. Sumptus pro inuitando amicos/rationabilis est. Familiã grosso cibo: nõ delicato nutrias. Qui gulosus effectus est: vix aliter q̃ morte moꝛes mutabit. Gulositas/vilia ꝛ negligẽtis hois putredo est. Frugalitas/soliciti ꝛ diligẽtis hominis solatiũ est. Diebꝰ paschalibus abundanter: nõ tamen delicate pasce familiam. Fac gulam litigare cum bursa; ꝛ caue cuius aduocatus existas. Si autem inter gulam ꝛ bursam iudex existas: sepius: sed nõ semper pro bursa sententiã fera. Tã gula affectionibus q̃bat: ꝛ sic testibus nõ iuratis. Bursa euidenter probabit: iaz arca et cellario euacuatis vel diui tempoꝛe vacuãdis. Tunc male iudicas contra gulam: quãdo auaricia ligat bursam. Tunq̃ recte inter gulam ꝛ bursam auaricia iudicabit. Quid est auaricia? paupertatis timoꝛ: semper in paupertate viuens. Recte viuit auarus: in se nõ perdens diuitias: sed alijs reseruando. Melius est enim alijs reseruare/q̃ in se perdere. Si blado abundas: nõ diligas christiam: q; diligens christiam cupit esse pauperũ homicida. Uende bladum cum satis valet: nõ quãdo per paupertẽ emi nõ potest. Uicinis min oꝛi precio vende: etiã inimicis. Nõ semper gladio: sed sepe seruitio vincit inimic⁹. Superbia cõra vinũ: balneũ est expectãs tonitruũ cum sagitta. Habes inimicũ? queras tuũ oculum pro tui custodia. Si habes inimicũ: cõuersationẽ nõ habeas cũ ignotis. Semp cogita: q̃ inimicus sagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici nõ est loco pacis: sed treuga ad tẽpus. Si te securas nõ cogitare inimicum tuum/quem tu cogitas: periculo te exponis. De feminis tuis suspectis quid agant: ignoꝛãtiam: nõ sententiã queras. Postq̃ sciueris crimen vxoris tue: a nullo medico curaberis. Doloꝛes de mala vxoꝛe tunc mitigabis: quando audies de vxoribus alienis. Coꝛ nobile et altum/nõ inquirit de operibus miserum. Malam vxoꝛẽ potius risu/q̃ baculo castigabis. Femina senex ꝛ meretrix oẽs diuitias annullabit. Si femina senex ꝛ meretrix si lex pmitteret: viua sepelienda esset.

¶ De vestibus.

¶ Nota q̃ vestis sumptuosa: probatio est pauci sensus. Uestis nimis apparens: cito vicinis tedium parit. Stude bonitate placere: non veste. Mulieris petitio habentis vestes et vestes querentis: non indicat firmitatem.

¶ De amicis. ¶ Tene q̃ maior: est amicus qui sua tribuit: q̃ qui seipsum offert: de verbis est magna copia amicoꝝ. Amicum nõ reputes: qui te presentẽ laudat. Si consulis amicum: non queras placere ei: sed rationi. Dicas in consulendo; sic mihi videtur nõ precise sic agẽdũ est; qñ

Cañ. iij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola Bernardi siluestris.

facilius de malo exitu consilij redargutio sequitur: ꝙ de bono laus. Audiui ꝙ ioculatores te visitãt. Attende que sequuntur. Domo impendens ioculatori/cito vxorẽ habebit/cuius nomen erit paupertas. Sed quis erit huius vxoris filius? Derisio. Placet tibi verbum ioculatoris: fingere te non audire: sed aliud cogitare. Ridens et gaudens de verbis ioculatoris/iam pignus tibi dedit. Ioculatores improperantes digni sunt suspẽdio. Quid est ioculator? mala improperans: animal homicidium secum portans. Ioculatoris instrumenta deo nõ placent.

¶ Audi de famulis.

¶ Famulum alti et elati cordis repelle/vt futurum inimicum. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulo et vicino te presentem laudantibus resistas: aliter cogitant te decepisse. Famulum se de facili verecundantem: dilige vt filium.

¶ Si vis edificare domũ: inducat te necessitas: nõ voluptas. Cupiditas edificandi/edificando non tollitur. Nimia ⁊ inordinata edificandi cupiditas/parit cito et expectat edificiorum venationem. Turris copleta/⁊ arca vacua/ta faciunt valde sed tarde/hominem prudentem.

¶ Vis aliquando vendere? Caue cum vẽdere volueris: ne partem hereditatis vẽdas. Nõ vendas potentiori: sed potius minori precio des minori: rorum autẽ vende plus offerenti. Melius est grauem pati famẽ / ꝙ patrimonij venditionẽ. Sed melius est partem vendere: ꝙ se vsuris subijcere. Quid est vsura? venenum patrimonij. Quid est vsura legalis: latro predicens quod intrẽdit. Nihil emas in consortem potentioris. Paruum consortem patienter sustineas: ne tibi fortiorem societ.

¶ Quesiuisti de vsu vini. Qui in diuersitate ⁊ abundantia vini sobrius est: ille est terrenus deus. Ebrius nihil/recte facit: nisi cum in lutum cadit. Sentis vinũ: fuge cõsortium. Sentis vinum: quere somnũ ante colloquiũ. Qui se ebrium verbis excusat: ebrietatem suã aperte accusat. Male sedet in iuuene vina cognoscere.

¶ Fuge medicum sciẽtia plenũ: ⁊ exercitio nõ probatũ. Fuge medicũ ebriũ. Caue tibi a medico volente in te experiri qualiter alios de similli morbo curabit.

¶ Catulos valde paruos/dimitte clericis et reginis. Canes custodes viles sunt. Canes ad venandum plus cõstant/cõ conferant.

¶ Habes filios: dispensatores tuorum bonorũ non infidas tuas: sed dices: Si aduersetur fortuna: quid prodest viuẽ di doctrina? Audi quid de hoc viderim (stultorũ omnium contingentia) ⁊ tandem se excusantes sub fortuna. Euenit aliquando fortuna. Sed seruans doctrinam: raro accusabit fortunam. Raro enim diligentiam cum infortunio sociabis: sed rarius a pigritia infortuniũ separabis. Expectat piger sibi subueniri a deo: qui in mundo isto vigilare precepit. Tu ergo vigila: et leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compensa.

¶ Appropinquat senectus: consulo ꝙ deo potius/ꝙ filio tuo te coniungas. Disponis legata: consulo ꝙ primo seruitoribus/ꝙ sacerdotibus solui mandes. Diligentiorẽ personam tuam: nõ committas animã tuã. Comitte animam tuam diligentibus suã. Dispone de rebus autẽ mortuum. Sepe quis efficitur infirmitatis seruus: ⁊ seruus restari non potest: liber ergo testeris: anteꝙ seruus efficiaris. Sufficiat tibi quod de te dictum est.

¶ De filijs audi.

¶ Mortuo patre filij querunt diuisionem. Si nobiles sunt: melior est sepe eorum per mundũ dispersio: ꝙ hereditas diuisa. Nã sepe est grauis eorũ dissolutio/imõi hereditatis diuisio. Si laboratores sunt: faciunt gõvolunt. Si mercatores sunt: tutior est eorum diuisio/ꝙ cõmunione vnius infortunium alijs impueatur.

¶ Mater vo forte remaritari querit: stulte agit: sed vt sua peccata deploret: et vrinam ipsa senex accipiat iuuenez: Nam nõ ipsam: sed sua questuit: quibus habitis/bibet cũ eo doloris calicem quem optauit: ad quez perducant merita sua damnabilis senecturis.

¶ finis.

¶ Sancti Bernardi epistole: et diuersi eiusdez tractat⁹: Item varij quorundam aliorum: nihilominus apprime diuini verbi cõcionatoribus vtiles sermones; optatum hic sortiuntur exitum.

¶ Huiusce partis registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

¶ Qẽs chartaruz cõexiones sunt quaterne: preter nouissimam/que quinterna inuenitur.

Sermo Deuoti patris domini

Billeberti abbatis de hoilandia in anglia/ordinis Cistercien sis: Sermones super cantica canticorũ/ab eo loquo beatus Bernardus monte preuentus finierat: in sequẽdo de vicino eiusdẽ Bernardi spiritum et stilum: Incipiũt feliciter. ¶ Sermo primus.

A

Varij sunt amãtiũ affectus: quia casus varij: ⁊ ideo sponse verba aliquoriẽs interrupta videntur: sicut ipsa dilecto suo vel ex voto fruitur: vel preter votũ fraudatur: nũc vt super montes reuertaꝫ inuitat: nũc in lectulo querit elapsum. Quã assignabis ꝓsequẽtie seriem. Que docebitur ordinis ratio. Non videꝫ ratio: sed interruptio. Vota amoris nõ vniformia. Ideo sermo serie non tenetur. Affectus in amore loquitur: ⁊ verba interrũpit: q: nec ipse sibi semper in vno statu coheret. Jure ⁊ ipe sponsus hinnulo cõparatur sic saliens: ⁊ sic fugiens dilectam. Varietas hec nec ꝓsequẽtia: nec ratione caret. Verba tam subito cõmutata cõtinuationẽ seruãt: dũ affectuũ ordini seruiũt. Videte iam que sit in hac varietate series cõtinuationis. Elapsus erat dilecte sue sup montes: quasi hinnulus vagus ⁊ volitans: ⁊ ipsa ad se relapsa de montibus illis/in quibus mirabiliter illuminata erat/⁊ illustrata visione dilecti. De montib⁹ (inquã) illis ad cõuallẽ lachrymarũ: ad lectũ doloris relapsa: ad lectũ ⁊ ad noctẽ de montib⁹ luminosis. Quidni sic recidat ipsa vbi sic recedit dilectus
pã.xxvj. suus. Ipse em̃ sponse sue salus ⁊ illuminatio. Ideo recedente ipso: illa recidit ad lectulũ infirmitatis/⁊ ignorantie noctẽ. Jã versaꝫ sup stratũ infirmitatis sue. Sup hũc strati memoraꝫ dilecti: ⁊ iã nõ in matutinis: sed in nocte meditaꝫ in ipso: querens quẽ diligit aĩa sua. Nõ pigre agit in hoc lecto/ad quẽ relapsa est. Nõ lasciuit: nõ dilectaꝫ in lecto ꝓcupiscentie: sed magis reluctaꝫ: memorata dilecti solẽ: nõ obnoxia infirmitati sed charitati. Sic interpretaꝫ cui sic videꝫ. Ego tñ nõ hic accipio lectũ doloris: nisi forte doloris illius/quẽ amor parturit de absente sponso: delitiari videꝫ velle magis ꝙ sanari: ⁊ amicuz quẽsse: nõ medicũ. Juxta hũc sensum sic ꝓtinuare poterit. De montib⁹ se raptim ꝓtulerat ad lectulum sponse: vbi illa exercitata ⁊ deficiẽs vbertate delectatiõis obdormiuit: exhausta iter amplexus dilecti. Oblectata obdormiuit somnũ dulcẽ: sed exꝑgefacta nõ inuenit illum hec mulier delitiarũ in mansibus suis. Gaudia itaqꝫ illa/gaudia ineffabilia silentio trãsiẽs: in hãc tñ vocẽ erupit. Jn
Cãti.iij. lectulo meo p noctes q̃siui quẽ diligit aĩa mea. Prio cõtinuatione nũc ista sufficiãt. ¶ Jam ẏba singula ꝓsideremus. Jn lectulo meo p noctes q̃siui quẽ diligit aĩa mea. Dulce satis est te bone iesu querere: dulcius tenere. Jn
B vno pius labor: in altero pfecta leticia. Dulcis itaqꝫ est
Mat.ix attrectatio tui. Nam ⁊ ipse tact⁹ fructu nõ caret. Mulier illa euãgelica felici furto attigit fimbriã iesu: ⁊ statim steterit in illa fluxus sanguinis: fluxus carnalis illecebre: carnalis delectatiõis ⁊ cure: ⁊ restricta ⁊ deficcata sunt que pius in illa fluida erãt. ⁊ totũ hoc ꝓtigit ex contactu fimbrie. Quid si caput ipm̃ amplexari ꝓtigisset. Non mõ staret ⁊ ericcaret sanguinis fluxus: sed emanaret impetus
pã.xlv. fluminis illi⁹ qõ letificat ciuitatẽ dei. Bonus ẽ tact⁹: sed attrectatio melior. Jn turba: in publico vix tangit iesus. Jõ spõsa que nõ tantũ tangere: sed amplexari ⁊ attrectare verbũ vite desiderat: deuitans publicũ/secretũ elegit secretuz ⁊ lectuli ⁊ noctis. Bonũ opus vel q̃rere iesum vel tenere: sed oportunitas ⁊ loci ⁊ rẽporis huic adhibenda est operi. ⁊ q̃ maior ⁊ accõmodatior adytum amoris: ꝙ lectuli ⁊ noctis oportunitas. Tñ quieta mẽte q̃ri nõ põt delectatio sapientie: nec intranquillus in illam aspectus dirigit. Nihil inq̃natum incurrit in illã: nec impacatũ quidẽ. Illa vero in animũ quietũ ⁊ purum vltro

incurrere soler: ⁊ gratis influere. Jn pace em̃ factus est locus eius: ⁊ habitatio eius in syon. hoc est in speculatione. Pax preponit quasi preparatio quedã speculatiõis. Oculus turbatus vel iraꝫ vel cura: quõ lucẽ illam inaccessam intuebit: que nisi serenis nõ attingit mentibus: nec illis tñ semp ad libitũ. ¶ Quid (inquies) paci ad lectu/ E
lum. Multũ plane fm̃ hũc modũ: ꝙ sicut in lectulo: sic in pace dormitur ⁊ quiescit. Jn pace (inquit) in idipsum pã.iiij.
dormiã ⁊ requiescam. Quidni libẽter requiescat aĩa sancta vbi locus est dilecti. Jn pace em̃ locus eius. Jõ hũc tibi locũ ꝓmo acquire: vt in eo quẽ diligit aĩa tua: vel allapsum teneas: vel elapsum requiras. Jn lectulo em̃ et secreta quadã mentis quiete põt inuestigari liberius: inueniri citius: ⁊ tutius teneri: forte ⁊ diutius: si tñ põt diu moari in delitijs illis/que fere soleni in ipsis intercidi
ꝓcipijs. Nam ⁊ hec velut inter ipsos elapsa amplexus/⁊ fugientes insectaꝫ delitias: dilectũ rursus antrius q̃rit: ⁊ hoc in lectulo. Bene collocaris in lectulo: si ocio quodaz ab occupationib⁹ mens tua libere feriaꝫ. Libertate ⁊ ocio quid accõmodatius ad vsum amoris. Et libertas illecebram parit. Jn ocio ⁊ expeditur affect⁹: ⁊ nõ parũ impendiꝫ illi. Sic est. Quãto fuerit expeditior animus: tanto quidẽ impensior erit in illud qõ amat. Vsu euenit vt cũ fuerim⁹ ocio reddit: tũc sentiamus acriorẽ motum amoris diuini. Ecõtra insensibilẽ pene reddit affectũ frequẽs cura mũdi: ⁊ quasi callũ quẽdã menti obducit. Animi cura ꝓplicat: quies explicat. Explicita desideria in q̃ putas incremẽta se dilatant. Videsne quãta bona ꝓmeantur in lectulo. Quies/libertas/illecebra. Jn lectulo em̃ quietis ⁊ vacuitatis vota magis inardescũt. Locus accõmodatus oblectamẽto charitatis spõsam ad querendũ viget ardẽtiꝫ. Illic em̃ egrius caret dilecto: vbi poterat vberius frui. Jn lectulo (inquit) meo: ⁊ p noctes. Que p noctes querit: nõ videꝫ mihi tã aspectus/ꝙ amplexus sectari. Tenere magis optat/ꝙ intueri. Bona quidẽ visio est: sed adhesio arctior. Nã qui adheret deo: vn⁹ spũs
j.cor. vj est. Melior tñ vtraqꝫ. Nã cõiuncte vicissim incrementis se cumulant gratiarũ. Utraqꝫ si re apprehensurũ nõ arbitraris: sectare tu qõ sponsa sectaꝫ. Amplexus q̃re dilecti: ignorãtie tue noctes ignorãtiarũ tuaz/serenã tibi visionẽ adimit secretor celestiũ. Tu suauia seqre. Quere vt ꝑsentias illa: si scire nõ potes. Nox nõ ꝑscribit pã.cxxx
viij. delitijs: nã ⁊ ipsis aliquoriẽs illustraꝫ. Nox (inquit) illuminatio mea in delitijs meis. Jn delitijs ait: nõ in scientijs. Jta ⁊ tu nocte si nõ potes scientijs: ptenta illumina re delitijs. Quicqd hic videm⁹ p speculũ/⁊ in enigmate totũ in nocte est. Et hac nocte põt iesus me⁹ magis dulci quodã affectu suauiter sentiri/q̃ sciri ad purũ. Jõ etsi nõdum ad cõtuitũ admittitur: cõtactum tñ sectatur/dilectũ in lectulo/⁊ p noctes querẽs. Quid si adinuentionẽ dilecti ⁊ nox operaꝫ. Cooperaꝫ plane ⁊ accõmodate satis. Sicut in lectulo sancte quietis accipis ociũ: sic obliuionẽ quãdã intellige in nocte. Utrũqꝫ sapiẽ ⁊ ꝓtemplationis negocio opportunitatem ministrat. Nec salomon Eccli.xx
vult te scribere sapiam: nisi in tpe ocij. Nec paulus in an xviij.
terioa extendiꝫ: nisi ꝓtius eoz q̃ retro oblitus. ¶ Mi- Phil.iij
ratis q̃ bona nox: ⁊ dies malus est. Diem hoĩs (inq̃t pro- D
pheta) non ꝓcupiui. Nescio quo pacto sibi aduersant: et Diere.
alterutro se obscurant dies dñi/⁊ dies hoĩs. Siquidem xvij.
dñi alter exoriꝫ: alter recondiꝫ. Diem (inquit) hoĩs nõ cupiui. hoc est humanũ fauorẽ/hoĩm gloriã: ⁊ inter reliquos: imo ꝓ reliquis spectabilis videri. Recte hãc diẽ ꝓpheta adiurat: q̃ ꝓturbationis ministrat materiã. Melior: q̃ hec nox die. si quidẽ nox a ꝓturbatione absc̃dit: dies exponit. Deniq̃ ꝑmi parẽtes nostri/statim vt eoz oculi in hãc apti sunt lucẽ: erubescẽtes ꝓfundebãtur. Quãto felicius clausa ꝑus tenuere lumina/⁊ melioti cooperta nocte: pcti ꝓriginem nesciẽtes. Abinde sumpsit hic malus dies originẽ: qui vtioz demdanit semitas: illiciẽtes spẽs demõstrauit: oculo ꝓcupiscentie solicitante in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gessit materiã. Deu me quomõ me circũfulget dies ista: quomodo affectũ meũ ad se abripuit: q̃ claro versat lumine ante mẽtis oculos. Et quidẽ satis impotune pcat simul ⁊ pudica. Nusq̃ fere declinãdi: nusq̃ delitescendi copia. Nulle satis rute sunt latebre. Ita vbiq; erũpunt ⁊ emergũt in cogitatũ cũcta que spiritũ vel turbẽt/vel detrpent: siue diligẽter attrectata: siue tacta leuiter. Licet eñ animꝰ castigatione repellat illa ꝓpositio: solo tñ irruentiũ cogitationũ sordidatur attactu. Qui tetigerit picẽ inquabitur ab ea. Deniq; ẽt legis scita/quarũdam rerũ tenuis etiã inquat attactus. Non impune nt cũ violenter impotunt: culpã nõ inferũt tales cogitatꝰ: aliquã tñ iniurią irrogant affectate mũdicie. Quid cũ se ꝓtemplãtis animo corpotee offerunt imagines. Forte carnalẽ appetitũ nõ ꝓuocant: sed tñ spũalem tardant intuitum. Alia turbãt: alia deturpant: alia tardant: hoc est lacerãt/alliciũt/illudunt. Nõne melius hmõi oña obscurari/q̃ illustrari: ceca obliuionis inuolui caligine/q̃ memoriter recenseri. Bona ergo nox q̃ prudenti obliuione dissimulat oña tẽporalia: ad illũ qui eternꝰ est querendũ/tẽpus expediens: ⁊ explicãs occasiones. Que mũdi ꝓcupiscẽtiã absc̃dit: curã: cogitatũ. Hoc est eñ mũdum hre absconditũ: vel mũdo abscondi. Sic etiã absc̃di poterimus in absc̃dito faciei me dñe. Non dico plena notione: sed tñ tota deuotione ⁊ libera inuestigatiõe/⁊ aliquãta inuentione. Hanc absconsionẽ: hoc secretũ: has latebras/quibus mũdiani diei declinamꝰ vel amorẽ/vel imaginationẽ: q̃bus humanũ diem aut ablatum nõ repetimus: aut oblatũ respuimꝰ: noctis nose appellari nũca spõsa credidẽrim. Deniq; in superioribus dicit. Sub vmbra illius quẽ desideraueram sedi: ⁊ fructꝰ eius dulcis gutturi meo. Fructus iste suauiter pascit: si tñ paulo vmbra ꝓterierit. Bona vmbra q̃ carnis prudentiã obscurat: ꝓcupiscentiã refrigerat. Intelligis q̃ sit vmbra. Inde tibi refulget occasio: quo ⁊ hic nocte intelligas: nisi ꝙ quedã occultiores latebre/⁊ magis abdite ⁊ accõmodate magis ad inuestigatiõis ⁊ ꝓtemplatiõis vsus: sub nocẽ exprimũtur/q̃ sub vmbre vocabulo. In vmbra rerũ visibiliũ oblitionẽ aliquãtas accipe. In nocte oĩmodam. Quis mihi dabit sic aduesperascere. Quis inquis dabit mihi vt rerũ tẽporaliũ memoria/oblitionis huiꝰ vergat in vesperã. Bona quidẽ nox: qñ imaginationes vane animũ nõ vexant: nec versant in eo. quãdo absc̃dite sunt ab oculis querẽtis dilectũ. Dilectio ipsa hanc noctem inducit: q̃ reliqua oña nec respicit: nec nota reputat: dũ ad illum quẽ diligit intenta suspirat. Per noctes inquit. ¶ Multe sunt noctes eiꝰ: nec est vna nox illi iugis ⁊ cõtinua. Noctes eius frequẽter interpolant absentia sponsi. Cũ adest: lux est. cũ abest: nox est. Jõ multe sunt noctes sponse: q; multi sunt elapsus sponsi. Multe latebre. Beata plane q̃ dilecto adheret tota die: ⁊ q̃rit illum totis noctibus. Pronocent studiũ tuũ qui audis ista: ⁊ instructꝰ exẽplo sponse: cõsurge ⁊ tu in nocte in ꝓncipio vigiliarũ tuarũ: ⁊ effunde cor tuũ vt liqueſiat ⁊ currat: ⁊ decurrat vsq; in ꝓspectũ dei tui. Illi liba ꝓncipia vigiliarũ tuarũ: nihil in te peregrine cure decerpãt. Quere p singulas noctes dilectũ tuũ. Quid dico p singulas. Totas noctes in hoc opꝰ cõtinua. Ne cesses: ⁊ ne quiescas donec egrediat vt splendor dilectus tuus: ⁊ vt lãpas accendat tibi. Tũc poteris illud pauli dicere. Nox ꝓcessit: dies aũt appropinquauit. Nam q̃ sequit. Abiiciamus opera tenebrarũ: huic non põr nocti adaptari. Nescit eñ hec nox opera tenebrarũ: sed magis lucẽ ministrat his qui ꝑmanent in agone quodam querẽdi dilectũ. Bona quidẽ nox/qñ absconderis a cõturbatione: ⁊ ab incursione imaginationũ. Et q̃uis nõdum absc̃deris in abscondito faciei dilecti tui: bonũ tñ est vt absc̃dat tibi facies: ⁊ pompa inaniũ ⁊ carnalium cogitationũ. Nox est vt illas nõ attẽdas: nõ videas sed tñ in hac nocte nõ extinguat lucerna tua vt dilectum queras. Utinã ego tales mihi possim noctes numerare: tam latebrosas ⁊ tam luminosas. Et quis nostrũ gloriabitur: oẽs se tales noctes hre. Quisquis est: felix est cui oẽs noctes in vsum talem decurrũt: q̃ in occulto suo nihil agit occultatione dignũ. Unusq̃sq; suã cõueniat ꝓscientiã. Quid eñ mihi alioꝝ percurere ꝓscientiã infirmã. Non ꝓcutio: nec discutio quidẽ: ⁊ si infirma est: fedа saltem nõ fit. Non agat in occulto. nõ cogitet quidẽ q̃ turpe est ⁊ dicere. Ad talem stratũ iesus declinare nõ nouit Offendit illũ: ⁊ fugat ꝓfusa ꝓscientia. Cõfusio ꝓscientie nõ inuitat illũ: sed magis euitat. Charitas aũt de corde puro/⁊ ꝓscientia bona/ipsa est que q̃rit. Sic eñ habes. Quẽ diligit aĩa mea. Nil bona tutius ꝓscientia. Bona ꝓscientia audet: ⁊ charitas ardet. Illa non formidat: ista inflãmat. Illa ꝓ delicto nõ ꝓfunditur: ista constit sup dilectꝰ. Magna vis amoris. Alieno nõ nitit suffragio: ꝓprijs ꝓtenta meritis: semp amari se ꝓsumit: que amare se sentit. Deniq; nõ respectis alijs manifestatis nominibus: solũ sponsa dilectũ memorat: q̃ singulariter intus tolerat estum amoris. ¶ Hoc aũt attendendũ/q̃ frequẽter dilecti recensẽt vocabulũ (quocũq; ex mysterio) dilectꝰ meus candidus ⁊ rubicũdus: ⁊ talis est dilectus meus: ⁊ in ꝑsenti qđ diligit aĩa mea. Magna certe seruitutis huiꝰ gratia. Nec mirũ si frequentatur in ore qñ in corde feruet. Idco aĩa cõmemorat. Non eñ verbo tm diligit: sed voto: nec solo actu: sed magis affectu. Quid vero sibi vult/q̃ aĩam nõ spiritũ dicit. Forte q: dilecto quẽ adhuc ꝙrebat: nõdum adherebat. Qui eñ adheret deo: vnus spũs est. Et quidẽ nusq̃ in toto hoc cantico spiritũ nominat. Sed aĩa mea liquefacta est: ⁊ aĩa mea ꝓturbauit me: ⁊ hoc ipsum frequẽter/quẽ diligit aĩa mea. Id q̃ fere/nusq̃ nisi cũ absentẽ querit: vel abesse querit. Solent his noibus gradus quidã distingui aĩe ꝓfectionis ⁊ minus ꝓfecte. Apls dicit. Animalis hõ non ꝑcipit ea que sunt spũs dei. Ego aiam hanc ita amantẽ ⁊ estuantem/feruentẽ ⁊ querentẽ nunq̃ nõ spũalez dixerim. Quippe q̃ licet nõdum plena visione: voto tñ ꝓpensiore illi adherebat: quẽ vehemẽter diligebat. Possumꝰ aũt nõ inconuenienter sicut in spũ subtilem ⁊ attenuatũ intellectum: sic in aĩa suauẽ ⁊ tenerũ affectũ accipere. Per ꝓphetam in ꝓmissionẽ dñs dicit. Dabo vobis cor carneũ. Si q̃ carnis nomẽ in bono alicubi accipit: cur nõ magis anime. Ego beatã hãc aiam (vt licenter loquar) nõ lapideam: sed carneã magis iudicauerim: ⁊ nihil habentẽ in se rigoris/vel duricie: sed mollem/teneram/tractabilẽ/⁊ sensibilem ad singulos diui verbi aculeos. Deniq; que dicat: neq; caro mea enea est: sed quã spiritualis pertranseat gladius: et haritate se vulneratam gaudeat. Jure ergo animam suam diligere dicit: exprimere volens intimam quãdam ⁊ viuidam ⁊ animatam affectionem erga dilectum suũ iesum christum dominũ: qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ Amen. ¶ Sermo. ij.

Uper hesterno capitulo hodiernũ vobis instauramus cõuiuiũ. Nec eñ ibi cũcta dicta sunt/q̃ dicenda occurrũt. Quedaz vero nec tacta quidem sunt. Illa hoc sermone discutiẽda suscipimus. i. cur dicat in lectulo ⁊ nõ in lecto. Et cur in lectulo meo. Nam alibi lectulũ nostrũ dicere ꝓsueuit. Nec reputate vobis in sortem. Si q̃d aũt noue disputatiõis sup his: q̃ iam discussa sunt: adiecero: in lucri rõnem (vt sic dicã) referte. Quid putatis mysterij signat hocipsum qđ dicit in lectulo: laudis ne aliq̃d occulte ꝓtinet: aut suggillatiõis. Et si vtrũq; põr: libẽtius tñ hic laudẽ accipio: ⁊ iõ ꝓmptius in hũc sensum inflectam ꝰ sermonẽ. Ego plane in hoc vbo coarctationẽ quãdã intelligo: vt soli secum dilecto sufficiat. Cur eñ nõ in bono coarctatio accipit: si strati dilatatio in ꝓbriũ vertitur. Dilatasti (inquit dñs p ꝓphetã) stratũ tuũ: iuxta me suscepisti adulterũ. Videſ quõ obiurgando ⁊ exprobrando strati dilatatio objcitur aĩe adultere.

Esa. xx/xvij. Bonũ est ergo nõ dilatare: sed magis contrahere stratũ cogitationis ⁊ cordis lectulũ. Idco sponsa iure sibi applaudit de lectulo. Coangustatũ est (inq̃t ꝓpheta) stratũ: ita vt alter decidat: ⁊ palliũ breue vtrũq; operire nõ põt. Utrũq; i. virũ ⁊ adulterũ. Breue eñ ⁊ angustus est cor hois ad ꝙcipiendas deiverbi delitias: etiã cũ in illas totũ extendit. Quõ nõ multo brevius si fuerit ad alia distentũ. Sufficiat dilecto tuo vel brevitas ista. Noli illã magis breuiare/lectulũ cõicando alteri. Bona quidem hec brevitas lectuli/q̃ nescit dilectũ suũ. i. ꝛpm suscipere. Est eñ brevitas q̃ nõ nisi illum suscipere nouit: ⁊ est brevitas q̃ illum plene suscipere nequit. Illa charitatis est ⁊ disciplineꝰ hec vero infirmitatis ⁊ nature. Utraq; brevitas intelligi põt in lectulo: vel qua cuz dilecto plures nõ suscipit: vel qua nec illum plene. Magna certe voluptas lectuli: sed magna brevitas: ⁊ ideo bene lectulus magis/q̃ lectus dr. ¶ Delectabilis lectulus est/de quo legis in ꝓuerbijs. Secura mens quasi iuge cõuiuium. A puer. xv Forte nox: forte turbatio: sed tranquillitas intus quasi Hyem. j quietis lectulus quidã. Non est hic illud lamentabile dicere. Forte inter ficit gladiꝰ: ⁊ domi mors similis est. Immo si foris gladius est: intus gaudiũ. Spe (inquit) gaudentes: in tribulatiõe patientes. Ad noctẽ tribulatio referrur: ad lectulũ spes ⁊ gaudiũ. Forte ꝓpter hoc nõ lectum: sed lectulũ appellat/parco vocabulo: qñ totum gaudiũ nostrũ fere in spe est adhuc ⁊ ex parte. Bonus q̃ Esa. lvij lectulus ꝓscientie quies ⁊ mundicia. Cor impũ q̃si mare feruẽs qđ quiescere nõ põr: sed redũdant fluctus eius in ꝓculcationẽ ⁊ lutũ. Est q̃ cor impũ turbulentũ ⁊ tabidũ Ibidem luxosum ⁊ secũ semp colluctãs. Siquidẽ nõ est pax ipsis Ro. xiiij Regnũ ꝺo dei iusticia est ⁊ pax. In pace (inq̃t) in idipsum ps. iiij. dormiã ⁊ requiescã: qñ tu dñe singulariter in spe constituisti me. Utrũq; cõplectit spei nomen/⁊ lectulũ ⁊ gaudiũ. q: in spe gaudem ꝰ: ⁊ in spe requiescim ꝰ. Sz vñ spes/nisi de securitate ꝓscie. Jure lectulũ dixerim mentẽ securam ⁊ liberam. Securam ꝓpter ꝓscie donũ. Liberã aũt a tentatiõe. Liberã ab exteriore occupatiõe. Liberã a lui cogitatiõe. Quãta tñ esse põt in hoc corpore quies ⁊ libertas mentis. Breuis ⁊ exigua/⁊ lectulo similis angusto. Multũ inde decerpit reficiendi necessitas corporis. multũ conq̃rendi q̃ necessaria sunt cura. multũ ꝓsumendi hora. multũ aĩe casus ĩminens. multũ cã latens. Hĩa nostra hec est (inq̃t paulus) testimoniũ ꝓscie nre. Suaj.co. iiij. ni certe se collocarat i lectulo. Nihil air/mihi ꝓscius sum (Sed quãtum illũ dilatat ⁊ extẽdit: magis istũ arctat et Ibidem ꝓtrahit) sed in hoc (inquit) iustificat ꝰ nõ sum. Qui autẽ iudicat me: dñs est. Videſ quõ paulus auderꝰ dicit. Cor nostrũ dilatatũ est. Videſ quõ gliam ⁊ testimoniũ ꝓscie diuine coarctat respectꝰ suie. Bene ẽ lectulus mens secura: sz minime superba: quiera nõ elata: bona de se sentiẽs: sed alta nõ sapiẽs. magis aũt suspectã semp habens icerti noctẽ iudicij. In lectulo (inq̃t) p noctes. ¶ Multe ps. xxxiij noctes: sed vnꝰ lectulus. Multe em̃ tribulationes iusto ꝝ: sed tñ quasi nõ sentientes: nec respicientes/vno dormiũt ⁊ requiescũt in lectulo. In ea in qua vocati sumus vna spe vocatiõis nostre. Transit nox ⁊ nox: sed illi non deserũt trãquillitatis sue lectulũ: donec tota trãseat iniquitas. Multe noctes/⁊ alte tenebre: sed tñ ab altitudine noctis nõ timent nec turbãtur: q: sperant in dño. nõ timent a nocibꝰ: q̃ in huiꝰ spei lectulo quiescũt. Nam et ipse nouit dare carmina in nocte tribulatiõis: ⁊ in nocte ps. xlij. mandat canticum eius. Accepistis quare sponsa dicit noctes/⁊ quare plures: quare lectulus dicaſ/⁊ quare vnꝰ. Tũc accipite quare dicat spõsa in meo. In lectulo suo: ⁊ q̃si singulariter suo est/q̃dm singulariter in spe est. Cuz vero ad spem res accesserit: vel magis successerit spei: cũ iam ex pte tenuerit dilectũ: nõ iã suꝰ est hic lectulus sponse: sz magis cõis sponsi ⁊ spõse. Suus est cũ q̃si sola sine dilecto q̃scit. Cõis est cũ ipse adest. Suꝰ est sponse/cum q̃etis ⁊ pacatis ⁊ cõpositis moribꝰ intra se collecta quie scit. Cõis est/cũ iam incipit oblectari spõso. Forte est et aliqs ꝓprius sponsi: qñ sui oblita penitus ⁊ se extra tota trãfit in ipm. ⁊ q̃si induit ipso dilecta ipsiꝰ. In lectulo suo nec effluit extra se: nec turbat in se. In lectulo cõiaf/fluũt illi delitie q̃dã de ꝓsentia spõsi. In illo q̃ solus est/spõsi amoris exagitata incẽdio ebullit ⁊ excrescit effusa ⁊ effluẽs. Tota trãsfundit in ipm: ⁊ in similẽ absorbetur qualitatẽ. In ꝓmo penes se est: in scõo penes illam sponsus. In tertio penis ꝰ est ipsa penes ipm: ⁊ si dici põt: non est nisi ipse. In ꝓmo q̃rit. in scõo adheret. in tertio vnit illi. In ꝓmo trãquillitatẽ ꝓprijs possidet: in scõo quãdam merek cõitatẽ cũ dilecto: in tertio assimilꝰ ⁊ absorbeꝰ in quãdã charitatis ⁊ gre vnitatẽ. Melio: hic lectulus tertius q̃ secũdus: quãto expssio: est vnitas q̃ cõitas. Bonus tñ ꝓmus p quẽ ad istos parat accessus. ¶ Sõ si ad carnalis infirmitatis illecebras lectuli sensum delectare velis: nec erras: nec laboras sic assignãdo. Soli eñ spõse sub hoc intellectu lectulus est: nec cõicaſ sponso. Nã etsi nouimꝰ ꝛpm sm carnẽ: sm carnis ꝓcupiscentiam tñ nõ nouim ꝰ. Cõis quidẽ carnis natura: sz nõ est cõmunis illi carnis illecebra. Nõ refutanit lectum doloris nñ: sed nõ se reclinauit vsq; ad sensum delectationis nostre. Idco cũ istũ designat: in lectulo meo dicit: non cõiter in nostro. Alibi fiq̃dẽ legiſ. Lectulus noster floridus. Quis Cant. j. cõis est: floridus est: verustatis nil habẽs: nil corruptionis. Quãdo vero ꝓprijs suũ lectulũ dicit: nulla ibi firmẽtio floris. Suꝰ spõse hic est: sed infuauis est: nõ floridus sed horridus illi videſ. Dura satis ꝓditio: si vel sola corruptio foret: nũc vero ad infirmitatẽ accedit aduersitas: duplicatũ incõmodũ: lectulus ⁊ nox: infirmitas ⁊ aduersitas: Sz magna vis amoris/quẽ neutra cõpescit: nec illa innata: nec ista illata. Nõ eñ lectulo tenẽt: vel terrẽt nocte: sz in lectulo suo: ⁊ p noctes q̃rit quẽ diligit anima eiꝰ. Claustraliũ videſ nox ista/maxime fratrũ q̃ ⁊ quieti a solicitudine: ⁊ quasi pditi ⁊ absconditi sunt in multitudine: habẽtes in altero lectulũ: in altero noctis obscurũ Quodãmodo eñ absc̃dit quilibet q̃libet excelsa conuersatio: vbi in equalẽ altitudinẽ tota se fratrũ nũerositas attollit: iuxta illã de saluatore ꝓphetiã. Ambulãt in Esa. l. tenebris: ⁊ nõ est eis lumẽ: sz humane laudis lumẽ: vt liberi ꝰ sperẽt i nolle dñi: ⁊ initanꝰ sup dñm suũ. Quo; ab scõdit ꝰ est vultꝰ eo;. Uñ nec reputauimus eos: imo qui seipsos inꝰ nõ reputãt: q̃ se mũdi advsus foris nõ aprãt q̃ nec hoim ab o;e gliam exoptãt: sz illã q̃ ex solo deo est iuxta qđ legiſ. Ego gliam meã non q̃ro. Et q̃ gloriaſ/in Jo. viij. dño gloriet. hoc est: nõ ꝓ donis dñi in hoĩe fauore quise j.Co;.x scat: nec finis huiꝰ admixtione/spũalis gre adulterer in aliquo gaudia: sz illi referat gram: ⁊ q̃rat in illo gliam: b est eñ ipm q̃rere. Habet iste in trãquillitate lectulum: in humilitate noctẽ. Nõ illũ moraces cure circũuolãt: inquietudinũ nõ exasperãt iniurie: sz torũ lectulus ⁊ noctorũ pax ⁊ quies/⁊ latebre. ¶ Numqd sat est. ꝙ fortassis D satis/sz laboriti: nõ satis amãti. Dulcis eñ laboriti somnus: amãtis anxietas illũ dormire nõ finit: somnolentiã excutit: vigilias inducit. Amor: de q̃te ipa inq̃tio: redditur. Quiescit tẽtatio: q̃escit occupatio: q̃escit afflictio: sed q̃escere dilectio nescit. Tũc magis vires exercet: dulce incendiũ ⁊ flãma vorax de latibulis enadẽs vacuo liberi enagaſ in animo: alti ꝰ possidẽs/⁊ auidius depascẽs. Occasione accepta suũ nescit amor non exercere negocium. Semper enim quem amat vel presente eo se oblectat: vl absentem desiderat. In die (inquit) tribulationis mee deum exquisiui manibus meis. Longe differentio: que rendi ratio nũca spõsa ꝓponiſ. Illam nõ impellit afflictio: sed trahit affectio. Ille in psalmo q̃rit aduersus tribulationẽ: ista ad amoris vsum ⁊ oblectationẽ. Ad b eñ refert ⁊ q̃etis lectulũ/⁊ noctis latibulũ: vt quẽ diligit: ⁊ inconcusse recolat: ⁊ sincere sapiat: ⁊ dulciter sentiat. Ergo multo potior in diligẽte/q̃ in indigẽte q̃rendi rõ: q̃uis iure dici possit q̃ sancta quadam semper eget amor

Universidad de Deusto
Biblioteca

anaricia. Semper em̄ ad secretiora exestuat: ⁊ que tenet nō reputās/volubili se raptat in anteriora rotatu: ⁊ vitalis instar rote/spūali leuitate ad superiora toto conatu attollit: de terra vir paululū aliq̄d attingens. Deniq; in paulo nōdum se cōprehendisse arbitrat: sed ipse ad anteriora extēsus quasi rōnalis rota/sequit̄ quo illū rapit spūs feruētis desideriū. Si quidē ⁊ cū cōsummauerit hō: tūc incipiet. In p̄senti q̄ sponsa dū tenet lectulū: nō hoc ptenta/ardentius q̄rit dilectū. Ille illi lectulus: ille dilectus. Lectulus dū infirmā ⁊ fatigatā suscipit: dilect⁹ dū īflāmat ⁊ succēdit. Lectulus ⁊ dilect⁹: q̄ quiescit in illo ⁊ ocupiscit ⁊ deficit in ipsum. ¶ Miraris q̄ dico lectulum. Audebo ⁊ adiūcia vilius aliq̄d: imo sublimius sup oēm gl̄iam laudis eius. Quanto em̄ p̄o me egit viliora tanto bonitatis sue dedit indicia maiora. Ipse paruulus lectulus: ipse pullis est nidulus. Etem̄ passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū vbi ponat pullos suos. Vis andire qualis lectulus. Jacta cogitatus tuos i plumes aduhuc ⁊ infirmos in dño: ⁊ ipse te enutrier donec formet ⁊ firmetur x̄p̄s in te: ⁊ occurras in virū pfectū q̄ fluctuare nō possit. Bene q̄ lectulus q̄ mihi fact⁹ est a deo iustitia ⁊ pax/⁊ redēptio/⁊ sapia. Quis dabit mihi tali collocari in lectulo. Quis (inquā) dabit mihi istos pulullos: ⁊ cerulcalia huiusce modi assui sub cubito ⁊ capite meo. Sfelix cerulcal q̄ sibi spōsa supponit. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabit̄ me. Alterum iam possi der: alterū sibi pollicet. Leuā tenet: sed dextrā querit. Delectationes em̄ in dextera tua vsq; in finē. Quasi de lectulo tendit ad lectulū. Suauissimū mihi cerulcal bone iesu spinea illa capitis tui corona. Dulcis lectulus illud crucis tue lignū. In hoc ego nasco: ⁊ nutrior/creor ⁊ recreo: ⁊ sup passionis tue altaria memoie mihi nidū libenter recolloco. Q̄ō si maiora datur ⁊ arcaniora p̄sentire diuine maiestatis mysteria: nihil illud a lectulo ⁊ nocte differt: si quis ad futurā cōtemplet plenitudinē: non formulā pfectionis humane. Nā ⁊ pfectius nostrū imperfectū est. ⁊ (vt verius dicā) vix adhuc inchoatum. Propterea in initio aliq̄ō dicimur creature dei. ⁊ tm̄ p̄mitias accepisse spūs. Temerarius forsitan videar: q̄ cono: inerpta exponere: ⁊ de sponse lectulo/q̄ illū suauius forsitan ⁊ secretius collocauit: q̄ cōiectura nostra possit attingere. Quapropt de mysteriis ad mores descēdam⁹: ⁊ dicamus hoc esse dilectū in lectulo ⁊ p̄ noctes q̄rere: cū post cordis strepitū/⁊ carnis motū: quieti ⁊ p̄sentiuz oblitis/p̄mitiuas q̄sdā future dulcedinis captam⁹ delitias. Habes g̃ (vt b: euiter colligā) in hoc cap'o occasionē/acrū/⁊ causas. In diligēte causa. act⁹ in q̄rente: opportunitas vero ⁊ occasio in lectulo ⁊ nocte innuitur. Breue aūt capitulū: q̄m̄ bonus lectulus: in quo suscipit mens fatigata fomentū: imo feruēs incendiū: in quo amor: dū offendiculū nō habet: desideriū vsum exercet ardentius. Sed iam nos hic paululū quiescam⁹: ⁊ in illo trinā lectulo: in quo sponsa dū q̄erit: dilectū q̄siuit: vt experientie sensu in nobis ipsis edisc̄re possim⁹: q̄ō nūc alios docere conamur: q̄ dulcesit in hoc lectulo quiescere: ⁊ dilectū q̄rere iesum x̄p̄m dn̄m nostrū. ¶ Sermo. iij.

Non solet sponsus

semp: vel p̄o rpe: vel p̄ō qualitate aīe se q̄rentis voto respondere. Quesiui (inquit) et nō inueni illū. Gratū certe verbū/q̄ fluit: sz nō inueni illū/graue. Quidni graue/et intolerabile fic q̄renti ⁊ fic amāti. Nemo em̄ eo q̄ō ardēter q̄rit: nō anticare: tantoq; cumulatiōe angustia/si vicina spe iā iāq; apphensura fraudat̄. Quāto magis illa quā expte ⁊ pdite interne dulcedinis p̄uocat esuries. Credibile est p̄m multitudines retractate ⁊ reuolute in corde dulcedinis: acriori ad q̄rendū ictu euerberari animū amant̄. Deniq; ad dilectionis mensurā nō inuenietis pandat̄ affectus. Si quis in se vnq̄ talem expertus est vel dilectionis: vel desideriī sensum p̄ p̄riī estimare p̄t coniectura exemplī: q̄ querulo sponsa corde ꝓtulerit: nō inueni illū. Nusq̄ p̄solatio: nusq̄ refrigerii: sed vbiq; tribulationē ⁊ dolorem inueni: dum illū quē ardēter diligo: ⁊ instāter q̄ro: nō inuenī illū. Deniq; posuisti me: nō dico tibi ꝓtrariam: sed a te quasi extraneā: ⁊ facta sum mihimetipsi grauis. Q: auis plane quā tedet vite: tedet luminis hui⁹: q̄m lumen oculo⁹ meo⁹ ⁊ ipm̄ nō est mecū. Vbi erit fortis p̄solatio: si intus in meipsa re absente turbatio. Cor: meū cōturbatū est: dereliquit me virtus mea: ⁊ lumē oculorum meo⁹: ⁊ ipm̄ nō est mecū. Eria hec recū abierūt. virtus, veritas. Idētitas. Quō em̄ virtus erit in dolorūs lecto. in nocte lumen. ⁊ in diuisione ⁊ in separatione idipm̄. Ad me nūc respicit illa ꝓpheralis exp: obratio. Usq; quo delitijs dissolueris filia vaga. Deniq; ⁊ Cayn ex q̄ egressus est a facie dn̄i/vagus fact⁹ est ⁊ p̄fugus. Ego quidē non ita vaga ⁊ p̄fuga: magis em̄ q̄rens q̄ fugiens. ⁊ (vt licētius loquar) tibi fuga plus cōperit. An non vaga q̄ de leculi angustijs transeo ad ambitū vbis: discurrens per plateas: p̄ vicos: p̄ vigiles. Qui adheret deo: vnus spūs est. dulce hoc ipsuz: ⁊ iō dura separatio. ¶ Quō separata est hec idētitas: dissilijt vnio: ⁊ ad me dimidiata redijt. Nam tota a te non discessi. Desiderio em̄ in te fero: sed a p̄sentia differo: habeo aliq̄ō in desiderio solatiū: sed totū illud abscōdit ⁊ absorbet de dilatiōe supplicū. Quo pacto nō abscondit̄ oē solatiū/quādiu adscōdis faciem tuā a me. Deniq; sicut ait ꝓphera. Cōsolatio abscondita est ab oculis: q: facta est inter dilectos diuisio. Sed mihi abscondita: q̄m̄ mihi fuerat hec vnio inulta. Tu em̄ bono⁹ meo⁹ non eges. Bona em̄ mea bona tua sunt: ideo mihi incūbit desolatio: dum a te separari ptigit. Tu virtus mea. Tu lumē oculo⁹ meo⁹. Tu mihi ipm̄. Tu mihi totū. Deniq; defecit caro mea ⁊ cor: meū: vt de relict̄ in me nec carnalis affect⁹: nec cordis mei sensus respirer: sz sit de⁹ cordis mei: ⁊ p̄s mea deus in eternū. Si hāc partem p̄didero: inanis ⁊ vacua remanebo: quasi terra sitiēs: et quasi vas pditū. Assume/assume q̄ ebrius es sitientes: ⁊ vacuo vasi tue plenitudinis portionem infunde. Quid parcis tot⁹ renti illi ybertatis tue. Deu me q̄ raptim trāsit tot⁹ res iste nostris in cōuallib⁹. Cito quidē trāsit: sed trahūt me post se in eternū desideriū imptite delitie. Delitie abcūt: sed desideriū relinquūt. Ille excurrūt: ⁊ istud excruciat. Quāto sunt em̄ p̄ogata dulciora: tanto molesti or de dilectione mora. Jta ne dn̄e suaue videbit tibi/nisi serā mora tali tot⁹ quere aīam: ⁊ de penis diligētis ⁊ querentis te ridere. Si maiestas te abducit: mia incliner. Si te nō indulges dilecte misere vel afflicte. Afflicta sum ⁊ humiliata nimis: ⁊ a gemitu cordis mei mecū illū rugiēs nō inueni illū. Vbi nūc multitudo viscerū tuo⁹ ⁊ miserationū tuarū. Diu ⁊ nimis diu p̄tinuerūt se sup me. Dilecta tua absentis desiderio in dolorē se fundit: ⁊ tu te cōtines. ¶ Joseph⁹ male meritos de se miserat⁹ fratres: non poterat se cōtinere: sed cōmota sunt viscera eius: ⁊ quis esset blande innotuit. Et quidē tenerior: esse solet ad gratiā sponsi pietas/q̄ fratris. Tu mihi plus q̄ ioseph. Tu em̄ frater. Tu sponsus. Quis dabit mihi te fratre meum. Ego me totā ad querendū impēdo: ⁊ tu te subspēdis sponsus ⁊ frater. Ergo eris in dilectiōe minor: qui es maiestate superior. Magis sibi respondet amor: ⁊ humilitas: q̄ amor: ⁊ maiestas. Paululū maiestatis obliuiscere: vt misericordie recorderis. In te oē desideriū meū. Ut q̄d nō ante te. Ut q̄d abscondit? est a te gemit⁹ meus: q̄ tot⁹ est per te. Dissimulas ⁊ differs et auert̄ faciē tuā a me: et facta sum ꝓturbata. Propterea q̄ro: et causor: et clamito: nō inueni illū. Sfelix p̄ditio/q̄n dicere datum fuerit. Dilectus meus mihi et ego illi. Nūc vero ego dilecto meo: sz nondū ad me cōuersio eius. Amara quidē amanti cōmutatio. Idcirco p̄ voce/vocē cōmuto: nō inueni illū. Ota tēpus habent: et suis spatijs vniuersa sub sole trāsc̄runt Quādo erit vt cū sole pmaneant: et ante mutabilitatem

lunem/vt in eternitate sient: et non transcurrant cum tpe. Nunc vo oia tēpus habent: ⁊ habet fortitā suū tps eternitas ipsa. Dicūtur em̄ ⁊ tēpora eterna: eterna g̃ in se eterna sunt: sed nobis parata sunt tpe suo. Oia tps habent tēpus amplectendi: ⁊ tēpus ab amplexu lōge fieri. Vō ergo erit aptū magis q̄ nor amplectendi tps. Immo q̄s erit aptior ad amplectendū vel lectulo locus/vel nocte tps. In pace locus tuus: ⁊ iō quietis tps/⁊ pacis tibi paraui in corde meo lectulū. Veniat dilect⁹ meus: veniat delectatio mea: ⁊ requiescat in cubili suo. Tu forsitan dispēsatoie differs: sed nō capit amor: impatiēs de dispēsatioe solatiū. Scio mihi repositū tpe suo: sed de fugacis tarditate tps amor: causat̄. Tu differs: ego quidē diutius nō fero: sed surgā ⁊ circūibo ciuitatē. Contēno lectulū: ⁊ inimicis sermonis derelinquo: vt ad pfectiora ferar. Nam etsi sponsa sum ⁊ pfecta: p̄ regule modulo humane initium tm̄ accepisse me reputo: ad q̄ō restat respiciēs. Surgā et circūibo ciuitatē: querā p̄ vicos ⁊ plateas. Iesu bone q̄d est q̄ alicubi nō inuenīrs: q̄ vbiq; crederis. ¶ Multe q̄dem māsiones in domo p̄tis tui sunt: sed nūq̄d alias deseris/ad alias trāsiens: q̄ infinitus ipse et immensus es. Ubiq; creaturarū totus es creans et ꝓtinens: sed infinitatē tuā creatura nulla pōt exprimere: q̄uis virtutē nulla nō possit ex parte inuere. Ubiq; totus p̄ existentiā: sz nō equaliter in singulis p̄ efficientiā. Nā etsi ex toto teybiq; opereris: nō tm̄ totū q̄ō potentie tue est vbiq;: imo portiq; operaris. Indifferēti em̄ virtute efficis in minimis minima: et magnis maiora. Cum g̃ virt⁹ tua vbiq; et tota operet̄: nusq̄ in tota expendit̄: q: cuz voluerīs supperit tibi efficere maiora: nec tota exp̄imit̄: q: veritatē nō possunt ad integrū emulari simulacra. Oia g̃ te mihi monstrant ad cognitionē: sed nō oia me mouere possunt intra ad deuotionē. Ubiq; in te impingo: sed nō vbiq; compūgo: Ubiq; te mihi ingerit rerū spēs et vsus et ordo: sed verbū sapiam: nō vbū salutē. Verbū aūt sapia et salus: idest x̄p̄s iesus/tm̄ in ciuitate dei nostri in mōte sctō eius ꝓptera surgam et circūibo ciuitatē. Surge (inqnit paulus) q̄ dormis: et exurge a mortuis: et illuminabit te x̄p̄s Surgā ego nō de mortuis operib⁹: nō de prauis mortib⁹ sed de bonis ad meliora: de mortib⁹ ad mysteria: de mysteriis ad manifesta: de serenis ad suauia. Surgā et circūibo ciuitatem illā: de qua ds: Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte sancto ei⁹. Ergo surgēdus z est ei/q̄ in mōtana vult cū maria cōscendere. Et p̄o digus ille fili⁹ in seruersus: surgā (inqt) ⁊ ibo ad patrē meū. Prudēter ait surgā: iturus ad eū qui in celis est patrem. Sed nimis exilē ⁊ macilentā spē reposuerat in sinu suo: mercēnariā condītionē patrē rogaturus. Modeste quidē p̄o meritis: sed de paterne miserationis copia humiliter nimis et sturiose sentiēs: vere famelici dās in hoc animi indiciū ⁊ inedia cōfecti/dicā inqt ei. Pater fac me sic vnū de mercēnarijs tuis. Nō em̄ poterat ieiunā ⁊ macram spē ad maiora porrigere. Surgā (inqt) ⁊ ibo ad patrem meū. Iste de querēdo nil mouet̄ patre: tm̄ de flectēdo solicitus. Que spōsa est: certa de gratia postulat p̄sentiā tm̄. Surgā (inqt) ⁊ circūibo ciuitatē: et querā quē diligit aīa mea: inuentionē sufficere reputās. ¶ Vide si nō in p̄senti hec possit obseruari distinctio: q̄m̄ patris exposita est ⁊ parata cūctis indulgētia. Delitie vo fugaces ⁊ recōdite ⁊ latibulis gaudēres. Ideo ille dicit. Surgam ⁊ ibo. Illa vero. Surgā ⁊ querā. Deniq; ⁊ pater occurrit penitēti: spōsus se subducit diligēti. Misericordia sui p̄ofusior est: delectatio parcior. Id autē nō incōgrue ab vtroq; positū intelligit̄ quod dicit surgā. Nō p̄mittit te Paul⁹ que sursum sunt querere: nisi p̄⁹ resurrexeris. Nō potes que sursum sunt sapere: nisi p̄⁹ illa quesieris. Quid em̄ est illa bona: q̄ sursum sunt: inuentre: nisi quodam dulcedinis et experiētie gustu p̄sentire illa: Ideo cūcta plustrat ⁊ scrutat: vt quod amat alicubi deguster. Surgā (inquit) ⁊ circūibo ciuitatē: queram per vicos et plateas quē diligit aīa mea. Muleū sibi fiducie sanctus amor: assumit. Quantū em̄ puras diligebat: que em̄ p̄sumebat: Surgā (inquit) ⁊ circūibo ciuitatē. Nō veniet in conspectū tuū dne omnis hypocrita. Absc̄dit se adā: et quo bone cōsciētie auxum amisit: et inuentū se doluit: q̄ magis querere debuerat. Qui sicre diligit: fugit cōspectum tuū: que vero sponsa est ⁊ charitatis dotata munere: etiā fugiente insectat̄. Quo ibis bone iesu a facie vehementis desideriī: Si ascenderis in celum: illic es: si descenderis in infernū adest. Ubiq; te sequit̄ curiosa scrutatrix: ⁊ per singulos operū tuo⁹ gradus discurrēs: quod fide tenet: conat̄ trāffundere in affectū: ⁊ admirāde malestati deuotiōe respōdere. Ad dilectiōis incētiuū omnia euāgelij documēta deducit: vt in quib⁹ veritatē suscipit: virtutē persentiat teipsum sponsum suū christe iesu: Qui viuis ⁊ regnas p̄ oīa scla scl'o⁹. Amē. ¶ Sermo. iiij.

Circūitus iste nō est

Improbi exactores estis: ⁊ nimis instāter repetitis debitoꝝ: ē vestrū: dignum tñ venia est: dūmodo iusta postuletis. Sed vos exigitis vt soluā ad qđ nō me obligani. Tractaturus eram de transitu spōse. Ad b enim ⁊ ordinis ⁊ spōsionis nostre ratione teneoꝝ: ⁊ vos adhuc mihi ingeritis illud cū spōsa. Num quē diligit aīa mea: vidistis. Sed illa modesti⁹ interrogationē tēperat ambigēti similis/querēs magis q̄ vrgēs. Nouit em̄ nec oībus: nec omni tēpore de hac visione adesse sermonez. Ex quo em̄ abscōdit vultū suū: quis est q̄ cōtemplēk cū. Vos autē vrgetis me vt legē vobis ponā cōtemplādi dilectū: ⁊ disciplinā inuētionis hui⁹ ⁊ visiōis tradā. Quid ergo. Vultis vt muneris diuini largitatē/cōcludam sub regula. Visio hec nō est industrie sed gre: reuelatiōis est nō inuestigationis. Si qđ tñ ad hec pōt industria cooperari: illud primū obseruate qđ scribit. Zauamini/mundi estote. Secōo vt scribatis sapietiā tēpore ocij. Qui em̄ minoratur actu recipiet eā. Tertio vt violēti sitis: ⁊ gaudiū regni q̄ vobis diuinus surripit: ꝓcipiatis. i. vt habeatis coꝝ purgatū: paratū: impiobū. Jn primo efficieris dignus: in secōo deuotus: in tertio vehemēs. hoc est idoneꝰ obnius: vigēs. Jdoneus gre percipiēde: obnius venienti: vigens moranti. Jn primo ꝓpararis: in secōo assimilaris spōse expectāti dilectū q̄n reuertat a nuptijs. In tertio ꝓperas/⁊ spōsa nō expectat: sed ꝓperat: ⁊ ipsos ꝓcerit custodes. Dixissem melius si dixissem pertrāsit. Nō em̄ ꝓcterimus: nō respicimus: nō attingimus: sed contēnimus. Qđ vo pertrāsimus: intelligimus illud discutere ⁊ q̄si disq̄rere ⁊ penetrare: nec futilis hec pertrāsitio. Paululū em̄ cū pertrāsisset inuenit dilectū. Videris fratres quid ꝓficiat cōsultatio custodū. Denotā/sed vagā aīam ad inuentionē dilecti perducit. Utilis quidem consultatio: ⁊ frequēter qđ nō confert coꝝ qui cōsuluntur eruditio: cōsolantis meret humilitas. Bonū est vt sis ad querendū sedulus: nō tamen assiduus. Nam ⁊ spōsa nō tam ex studio/q̄ occasione custodes interrogat: ⁊ id in trāsitu. Trahebat em̄ illam vterius amor dilecti; nec vacuū esse sinebat ex ocio conferre cū illis. Currebat in cordis siti hausto fortitan de spōsi vicinia spiritu: ⁊ ideo minus intrēdebat in his qui benedicebāt ore: tēdens ad illū qui benedicit in spiritu: qui est sup omnia bñdictus in secula deus. ¶ Aduertite istud vos qui in trāsitu oratis: ⁊ cum mora legitis: qui ad legendū feruetis: in orando tepetis debet lectio orationi seruire: preparare affectum: nō horas perimere: nec succidere moras. Cū legis eruditis de christo: orans vō familiare cum ipso seris colloquiū. Et quanto suauioris est gratie cum illo: q̄ de illo loqui. Si quedā spūalium detrimenta sustinent visitationū ꝓpter orandi raritatē qui lectioni vehemētius vacāt: quid dicemus de his quos aut indisciplinate collocutiones dissolunt vel anxie questiones scindunt. Deniq; monachoꝝ est nō colloquiū: sed silentiū: nō questiones: sed quietez secrari. Aut si putā est inquietudo: dilectionis esse debet: nō cōtentionis. Habet em̄ amor sanctus inquietudinē suā: sed qualem legis apud prophetā. Non tacebo: ⁊ nō quiescam/donec egrediatur vt splēdor iustus: ⁊ saluator: vt lāpas accēdatur. An nō similē animi sui passionem intimat ista cum dicit: Cū pertranfissem illos. Ssere batur impetu feruētis amoris: ideoq; ptrāsisse se perhibet: quasi auiditate ⁊ desiderio supergredies quēcq̄ dicī poterat. Cū pertrāsissem illos: inueni quem diligit aīa mea. Pertrāsiuit illos vel euemilando doctrinā: vel estimando naturā. Pertrāsiuit ⁊ quod potuit ab illis dici: ⁊ quod potuit in illis conspici. Quilibet em̄ sint custodes isti: licz cherubin interpretēris: licz seraphin: nō possunt tonum qđ de christo est: nec eloquendo deprimere: nec emulādo exprimere. Cunctis res difficiles: nec valet homo eas explicare sermone. Si tanta difficultas est in rebus cōditis: rerū autoꝝ quis indicabit vel diget vel plene. Jdeo dicit: Cū pertrāsissem illos. ¶ Utinā nos tales simus auditores verbi dei: qui nō succūbamus his q̄ dicunt: vel tardante ingenio/vel tepēte voto: ne nos illa pertrāseant: ne nostrā excedant tam auiditatē q̄ capacitatē: sed magis docētis/q̄ cōmonētis pertrāseamus coꝝ natū: maiora etsi nōdum capiētes: cōsciences tamē: aut certe cōcupiscētes. Quadā em̄ ratione pertrāsit qđ sibi proponit qui ampliora sectatur: q̄uis nō cōsequatur statim. Sponsa vo consecuta est: ꝓpter qđ electa decantat: Cū pertrāsissem illos/inueni quē diligit aīa mea. Quidni pertrāseat illos quoꝝ ⁊ scientie est numerus/⁊ nature modus. Ille vo qui querit magnus ⁊ immēsus: ⁊ nō estimabit alios ad illū. Non ergo potest alieno documento aut exēplo ex equo perpēdi. Reliqui oēs pertransibiles sunt: solus ipse pertrāsiri nō pōt. Deniq; dicit: Transite ad me oēs qui cōcupiscitis me: ⁊ a generationibus meis adimplemini. Trāsite (inq̄t) ad me: nō pertrāsite. Quonā em̄ modo pertrāsiri pōt/qđ immēsum est. Mensura bona ⁊ coagitata ⁊ cōferta ⁊ supefluens dabit (inq̄t) in sinū vestrū. Vobis immēsitas dispēsatur in mensura. Nā in se immēsa est. Nō air replēs: sed supefluens. Si ergo mēsura capi nō potest: immensitas ipsa qñ capietur. Quo pacto pertrāsiri poterit: qđ nec capi plene potest. Deniq; nec spōsa pertrāsire vult: sed dicit: Tenui nec dimittā illū. Paululū cū pertrāsissem illos: inueni quē diligit aīa mea. Forte ꝓpinqui erāt spōso vigiles hi: quos cū paululū pertrāsisset: inuenit dilectū. Nō si iuxta diuinā eius accipimus dici naturā: quis creatoꝝ spirituū ad immensitatē ⁊ maiestatē illā proxime accedit. Nā etsi similitudo inesse intelligit: lōge tñ inferior: ⁊ dissimilis dinoscitur. Non est enim dīe quis similis tui. Proximitatē forte ergo hanc quā excludit cōditio: cognitio admittit. Sed quis audeat abyssum illā diuine sapietie: cuius nō est numerus: ingenio creati spiritus perceptibilē diffinire. Lucē (inquit apostolus) habitat inaccessibilem. Nur ista nobis inaccessibilis est: sed nos non sumus inaccessibiles illi. Propter qđ dicit: Prope feci iustitiā meam: nō elongabitur: ⁊ salus mea nō morabitur. Prope facta est quia incarnata: proximior: quia reuelata: magis autē proxime facta/q: donata. Prope facta est iusticia dei patris christi⁹ iesus carnis nostre susceptione: sed genino hoīm genus omne excessit privilegio: quārū spectat ad humane nature statū: equitate ⁊ integritate: q: ꝑter illū nemo mundus a sorde: nemo īmunis a corruptiōe. Dotat⁹ est ergo duplici hoc munere: ꝓcessitq; participes suos. Jtaq; ⁊ reliquos oēs fides tua pertranseat: vt in illo solo per

Esa. xxxiij. Psal. xxxiij. Esa. lxiij. Cañ. iij. Cañ. iij. Eccls. j. Luce. vj Cañ. iij. Eccli. xxiij. Esa. xlvj

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendas equitatē iustitie: ⁊ integritatē cōsimilis nature. Sed nō paululū pertransi: qm̄ sicut nos longe excedit iustitia ⁊ incorruptiōe: sic ꝓpe fact⁹ est nature indifferētis cōditione. Nescierūt iudei in illi⁹ existimatiōe pertrāsire moysen: pertrāsire abrahā: pertrāsire reliquos vel patriarchas vel ꝓphetas: q illū sicut vnū de reliqs estimabāt nec aliqd habere gre precellētius. Denicp dicebāt: Abraā ⁊ ꝓphete mortui sunt: ⁊ tu dicis: Si q̄s sermonē meū seruauerit: non gustabit mortē in eternū. Quē teipm facis.

Ioan. viij.

Eiusd. j.

Noluerūt iohānē pertrāsire: sed dicebāt: q: iohānes ipse est christ⁹. Nō passus est tñ eos in se remanere iohānes: sed oplionē infideliter ꝓsumptā a se auertit. Nō sum ego (inquit) christus: medius aūt vestrū stat: quem vos nescitis. Nescit synagoga pertrāsire: sed ad ceteros mensurā estimauit illū: ⁊ q̄si blasphemiā opponebat ei: q: cū hō esset se faceret deū. Sed ecclie pertrāsiuit fides: ⁊ ideo

ps. xliij. D

venit illū unctū oleo leticie ꝓ: cōsortib⁹ suis. Et q̄ vberi unctus erat oleo: de cui⁹ plenitudine oīm nostrū infudit

Luce. x.

vulneribꝰ. Nos em̄ sumus saucius ille qui descēdit in hierich⁹: qui incidit in latrones: qui expoliat⁹ est ⁊ vulnerat⁹ est ⁊ semiuiuus relict⁹. Pertrāsierunt plurimi: et nullus erat q̄ saluaret. Pertransiit magnus ille patriarcha abrahā: nō em̄ erat ille iustificās: sed tantū iustificat⁹ in fide futuri. Pertransiit moyses: nō em̄ erat gr̄e dator: sed legislator: ⁊ ei⁹ legis q̄ neminē ducit ad perfectū. Nec em̄ ex lege iustitia. Pertrāsiit aaron. Pertrāsiit sacerdos et eisdē hostijs/quas indesinēter offerebat: nec poterat mūdare cōscientiā ab operib⁹ mortuis ad seruiendū deo viuēti. Pertrāsiit patriarcha: pōtifex/⁊ ꝓpheta arido tā animo q̄ opere: imo ⁊ illi in b̄ saucio/saucij erāt. Solus ille samaritan⁹ ver⁹ viso illo mia mor⁹ est: sicut mia tor⁹ est: ⁊ infudit oleū vulneribꝰ: seipm̄ cordib⁹: mūdās p fidē cordia oīm. Ideo ecclesie fides oēs pertransit pertingēs ad illū qui solus illam pertrāsire nō poterat: impotēs in iumentū suū: ⁊ factꝰ est ipse iumentū. Et paululz pertrāsiit vt inueniat illū: quē sic credit exortē corruptionis: vt consortē predicet cōditionis. Sic illū habet principē gratie: vt confiteatur participē nature. Nō erti celestes illos angelicos spūs cōtuitu sanctissime quā sorit⁹ est anime: ipsum supeminere dicamus: nō erit a fide alienū: sed oīno congruū dignitati eius pſone. Etenim si minor: at⁹ est paulominus ab angelis: ꝓpter parē qua indutus est carnalē: par tñ est illis ſm substantiā spūalem: ⁊ superior: ſm prerogatiuā virtualē.

Hiere. lj

Et hos ergo spōsa pertransit anima. Nā ⁊ illi custodes tui ⁊ curatores tui sunt qui dicūt in ꝓpheta. Curauimus babylonē ⁊ nō est sanata. Hos (inquā) pertrāsi: ⁊ in dilecto tuo priuilegij singularis dotes cōtēplare. Illi administratorij spūs/nō operarij salutis. Ipse vo magni cōsilij angelus: qui operatus est salutē in medio terre. Propter qd ⁊ deus exaltauit illuz: ⁊ donauit illi nomē qd est super omne nomē. Jocunda cōtemplatio in celesti familia contueri essentie simplicitatē/serenitatē mētia: ⁊ mutui suauitatē amoris. Jocūda cōtemplatio cōtueri perpetuitatē existētie: puritatē intelligētie: sciētie ꝓfunditatē. tum etiā humilitatez in obedientia: tranquillitatē in diligētia: facultatē in efficacia. Omnes tñ pertrāsi: et intuere quantus sit iste qui ingredit ad saluādas gentes. Quē ingredientē in orbes terre angelice laudes inducunt: ⁊ triūphaliter regredientem/cū admirationis cantico dicunt. Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra. Iste formosus in stola: vtiq; carnis sue. Jure quidē formosus in stola sua: que sine cōmixtione concepta est: ⁊ de virgine nata est: ⁊ ab omni nō modo corruptione: sed etiā corruptionis fomite immunis cōseruata est: ⁊ in sepulcro dissoluta non est: ⁊ die tertia resuscitata: quadragesima in celū assumpt⁹: omni die (quod super omnia mirandū ⁊ amādum) in salutis cibū credentib⁹ ꝓposita. Quis nō ad singula ista mirēt āmater ⁊ dicat: Quis est iste tam formosus in sua stola. Cucurristi per hec oīa admirationis genera: immo stupidus per singula substitisti: ⁊ ecce denuo noua tibi admiratiōis materia inde exurgit. Satis in illis exercitat⁹ fueris: hic iterū ad stupendū excitaris: quasi illud tibi dicatur ꝓphete. Ne meminēris priorū: ecce ego facio noua.

Esa. xliij

F

Quid magis nouū q̄ q̄ in mysterio dñici corporis mutat materies: ⁊ species seruat. Palestina maner forma: sed noua gratia: q: noua substātia. Noua quidē non in se: sed in hmōi specie. Nouū plane q̄ carnis dñice substantia/in aliena specie sumpta / sanctificationis virtutē anime cōfert: ⁊ spūalem emūdat substantiaz in mysterio altaris immaculata caro. Nouū quidē ⁊ supra reliquorū vsum sacramēto⁹: q̄ nō modo sanctificationis noua gratia datur: sed substātia naturalis mutat. Nā per sacrāmēti benedictionē/accipit oblatus panis hāc ineffabilē mutationē: ⁊ ex mystica cōsecratione/⁊ vbi viuētis copulatione/hec viuificarit gratia in carne christi redūdat. Caro em̄ nō prodest quicq̄: sed spūs est qui vinificat: sacro

ij.cor. iij
Joh. vj.

sancte carni cōferens in solenni sacramēto spūalem efficaciā/ad vinificādos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola: b̄ est in carne sua: sed multo formosior assumpto spiritu: qui vtiq; carne prestātior: q: vbo vicinior. Et in hoc spiritu vnctū eū intellige pre cōsortibus suis: idest nō modo pre filijs hominū: sed etiā pre angelor⁹ agminibus. Quidni vnctus sit pre illis oleo gratie: qui nō sicut alij participatione: sed pſonali vnione vberrime illi cōfertus est oliue/ex qua vnctio oīs emanat. An nō tibi velut oliua videtur veritas ⁊ verbū dei: cuius vnctio docet nos de omnib⁹: cuius molliti sunt sermones super oleū: cuius vnguentū effusum nomen est. Huic oliue personali vnione cōfertus cōditionis nō corruptiōis nostre oleaster (vt sic dicā) et pinguedinis illius factus particeps.

B

Quid luminis: quid dulcedinis: quid suauitatis: quid omninode virtutis acceperit: operuz eius indicia loquūtur: nisi q̄ longe excellebat qd̄ sensit in spiritu/q̄ qd̄ expressit in actu. Denicp ad oīa vtutis indicia dicere potes: oleū effusum nomē tuū: absq; eo qd̄ intrinsecꝰ latet. Nec em̄ cōsentaneū est: vt quātūlibet mirificū foris anime opus illius virtutes exequet. Nō possum domine que in ꝓspectu sunt omnia opera tua cōprehendere. Cōfortata em̄ sunt: ⁊ nequeo estimare illa: ⁊ eam que intrinsecus latet: quonā modo experiar gratiā. Oculus nō vidit o beatissima aīa christi ꝑter te/munera q̄ diuinitus collata sunt in te. Ideo angelici spūs deficiētes in cōprehensione: nō desinūt ab admiratione: ⁊ quasi nescientes: sed stupētes in laudē supra positā erūpūt. Quis est iste sic formosus in stola sua: gradiēs in multitudine fortitudinis sue. Hanc cōsideras prerogatiuā virtutū in dilecto: iure spōsa custodes se pertrāsisse dicit: ⁊ paululz pertrāsisse: q: sic in eo singulare mirat gratiā: vt tñ cōem cōstituat naturā: beatāq; illā christi aīam esse cū reliquis eiusdē quidē generis: sed differētis excellētiscp virtutis. Parabā adhuc aliū vobis explicare transitū: sed qd̄ materia opportune suggerit vel magis exigit: sermo refugit iam vagens ad exitum. Nos interim ad quod venimus: in eo permaneamus: quatenus ex hoc gradu: cū otium dabitur: ad altiora transeamus mysteria sponsi ecclesie Jesu christi: qui viuit ⁊ regnat in secula seculorū. Amen.

Esa. lxiij

Sermo. viij.

D

Pertrāsisti o sponsa dñi custodes tuos: consortes ⁊ participes suos. cōsortes nature: participes gre. Pertrāsisti illos ⁊ puenisti ad dilectū. Quidni illos pertrāseas: qui ⁊ ipsi pertrāsirēt quasi sumus: nisi in dilecto suo starēt. Inuenisti dilectū: ⁊ inuenisti illum vnctū oleo spiritus pre cōsortib⁹ suis. Perpēdisti in illo virtutū priuilegia quedā in consimili natura. Inuenisti sanctā eius aīmā/quedā habere dona singulariter: quedam excellenter. Ideo pertrāsisti illos: quia illū preluisti: ⁊ paululū pertransisse te dicis: quia consideratio tua

in hac prelatione/nondū recessit a generis eiusdē cōmunione. Sed nūquid hic subsistes. In vlteriora/et altiora ex hoc gradu vigēda est ꝓfectio: perringendū in finem.

Sap. viij.

Sapiētia em̄ attingit a fine in finē. Denicp ⁊ hereticus: vt superior: ē dilecto tuo gradū cōferat: hūc tollit. Tantū carnē verbo copulat in christo: aīmā negat: aut si hanc nō audet (ꝓpter euidēs ipsius christi testimoniū dicētis

Joh. j.

Nemo tollit a me aīam meā: sed ego pono eā: ⁊ iteruz sumam eā) animā sensificantē donat: sed ratiocinantē tollit spiritū. Correxit in parte errorē: sed nō potuit lōgius ab egyptijs recedere teneb⁹is. Nō potuit tridui iter cōfitcere. Ecclesie fides humanitatē nec solā cōstituit in christo: nec dimidiā. Utrāq; naturā collocat in christo. Et q: diuina simplex est: ⁊ distinctione carēs: in hoīe triplicem illam quā ponit aplis distinctionē fatetur: idest integruz corpus ⁊ animā ⁊ spiritū. Alioquin nō hominē: quē reformaturus in se fuerat: suscepit. Denicp ⁊ rationalis anime pars humane/indiguit mediatoris remedio: q: ignorantie fuscata nubilo: ⁊ cōcupiscentie succēsa igniculo: vtrāq; naturā. i. humanā ⁊ diuinā integrā fatetur in christo ecclia eius. ⁊ sicut euangelica mulier in satis tribꝰ humane farine/diuine sapiētie fermentum recōdit.

Luc. xiij A

Joh. j.

Sed quid. Indigebat rationali spiritu christ⁹: verbū ipse patris ⁊ sapiētia ⁊ veritas. Nec qd̄ lateret ipsum: aliqd esse poterat: sed ipse illuminat oēm hominē veniētē in hunc mūdū. Qua ergo cōsequētia creato ⁊ illuminato indigeret lumen creās ⁊ illuminās. Nulla plane. Ille nō indiget: sed mea est hec indigentia. Ratio hec est mee cecitatis: nō claritatis illi⁹: nō assūmētis vbi: sz assumpti spūs. Ego indigebā vt ⁊ hec nature mee pars vbo vniretur: ⁊ sic clarificate in deo portionis meritz/in vniuersos p fidē refluerēt. Oēs nos mediāte cōsubstantiali nostro reformamur in christo accedētes p fidē ad ipm̄. Et ideo tū oportebat assumi: vt gra refunderet in totū: q: corruptio fermētauerat totū. Manēt ergo in vna pſona nature gemine: sicut integre: sic ⁊ impermixte. Diuina em̄ incōuertibilis ⁊ incōmutabilis est: nec pōt cōuerti in aliā: nec in se finit aliā cōuerti. Nō valet in aliā ex se deficere. Defectus si quidē illi foret oīs mutatio: nec magis in illā alia proficere pōt. Nō cōmutare: sed cōicare illam possumus: vrēdo certe nō existēdo. Manet itaq; naturis istis sua cuiq; tā integritas/q̄ ꝓprietas. Cōsequēter etiam cōpetētes his cōprehēsiones ⁊ affect⁹: ⁊ cōtemplatiōes: ⁊ beatitudines impermixte sunt/⁊ distincte ⁊ differētes: ⁊ numerabiles sine numero pſone. Nā quis assereret beatissimā christi aīmā aut nihil sentire penit⁹ dulcedinis ⁊ gaudij: aut iterū gustū intimū illi ꝓmittere suauitatis et saporis: ⁊ beatitudinis illi⁹ qua beatissima ꝓfruitur trinitas. Maioris siquidē est excellētie esse illud vitale bonū q̄ participare: longeq; exꝑssio: est experiētia ⁊ domestica magis in essentia: q̄ in vsu ipsi⁹. Esse vtiq; idipsum vti est: nō tñ vsus essentiā cōfert. Quomodo ergo essentia/perfruitione sola nō potior: q: ꝓmior. Deinde licz anima hec in vbo oīa videt: ⁊ ipsuz verbū in verbo videt: tñ quia admissa nō est in societatē essentie: nec admitti pōt in equalitatē noticie. Nam hocipsum essentialiter deum esse: ⁊ sapientia esse: ⁊ summā bonitatez esse: ⁊ virtutem summā ⁊ solam ⁊ sempiternā/quid habeat delectatiōis ⁊ gaudij cui dabimus nosse: nisi cui datū est ⁊ esse. Verbū ergo patris tanto magis intime ⁊ sincere ⁊ simpliciter seipm nouit: ⁊ vniuersa p seipsum: quāto melio: et ꝑfectior.

B

Habet ꝓuilegio essentialis vnitas: q̄ vnio personalis. Hec ad hoc replicamus ad discernēdas scz vnius iesu christi virtutes p gemina in christo natura: idest vbi essentialiter ex parte nati/⁊ spūs ex parte creati: maxime ꝓpter illos qui de vnitate persone equalitatē vel magis vnitatē inducūt: ⁊ virtutis ⁊ sciētie. Qui tñ: cū omnia dicant aiam habere per gratiā: que habet verbū per naturā: ipsi vident quasdā distantias ⁊ gradus (vt sic dicā) inducere per distinctionē nominū: istos ꝓ: idest naturā ⁊ gratiam. Quantum illi denegant cui hocipsum nō dant per naturam habere vel nosse. Nam erit anima Jesu verbo vnita excellēter ⁊ per gratiā illuminata sit: nūquid ⁊ illud habere dicet ex gratia: vt naturaliter ⁊ essentialiter/⁊ simpliciter lumē sit ⁊ illummās sit. Aut quonā modo erit nature/q̄ gratie noticia ꝓfectior: si nō exꝑssior. Ut illud adducūt qd̄ legitur ⁊ verissime legit: quia oīs sapiētia a dño deo est: ⁊ cuz illo fuit semper: ⁊ est ante euū. Si oīs sapiētia a deo: ⁊ cū illo est: ⁊ ante euū: ergo quō multre sapientie sunt cū illa que a deo est: ⁊ illi coeterna est: quia cū illo ante euum est. Non multe: nec varie ⁊ diuerse sapientie: sed vna sola ⁊ inuariabilis est. Questio hec non iam circa vnā domini Jesu solaz restringit aīmā: sed se dilatat ad oēs que alicuius sunt participes sapiētie: vt similiter queri possit an omnes vnā habeant cū verbo dei sapientiā: immo an omnes aliā nō habeant: q̄ ipsum dei verbū sapientiā. Nō si ita est: vna iam ⁊ indiuisa erit omnium sapiētia. Et qua ratione dicit omnis: si nō nisi vna est. Quid si ideo numerose dicit: nō quia in se numerabilis sit: sed ꝓpter numerositatē habentiū eaz. Nā ⁊ vna dicitur fides ꝓpter vnā rem creditā: cū tamen cuiq; sit sua. Quare ergo vna res nō dicatur numerose: cū multe singulariter dicātur.

E

Denicp et multe sciētie/⁊ multe voluntates eiusdē persone dicūtur ⁊ eodem tēpore/ꝓpter multitudinē rerum quas vel scit vel vult etiā simul. Adres ergo scitas respicieres: nō ad ipsius mentis vim: qua quisq; scit omne quod scit: ⁊ vnius multas: ⁊ multorum dicimus vnā scientiā. Cum itaq; dicit: omnis sapientia a dño deo est: nihil officit ad astruēdam vnitatē sapiētie: quia hoc nō ad ipsam: sed ad illa que sciūtur q̄ ipsam refertur quod dicit oīs. Neq; em̄ quia multa sunt: que illuminantur vt videri possint: aut multi videri possint: ideo multiplex lumē est qd̄ et visa illuminat: et videntib⁹ lucet. Quid ergo. Dicemus vnā ⁊ eandē esse scientiā anime Jesu cum verbo: immo omniū rationaliū spirituū: et inter se ⁊ cum dei verbo vnā esse sapientiā: quia dei verbum. Jam ergo de sola anima Jesu nō erit hec discepratio. Et nullus iam erit nobis exitus ad tuendā superius positā diuersitatē sciētie inter verbum ⁊ animā Jesu. Et quomodo patebit exitus: cū hocmodo oīm vna cōuincatur sapiētia: quia vnū lumē qd̄ illuminat oēs. An forte quia diuerso modo illuminatio fit: etiā diuerse inter se illuminationes sunt: ⁊ ab eo per qd̄ fiūt lumine differunt. Ita etiā in animis rationalib⁹ ⁊ diuinit⁹ illuminatis/⁊ lumē quo illuminant: ⁊ ipsa illuminatio que per lumē fit: abinuicē discernētur. Nā illuminatio quidē fit in illuminato: ⁊ ex tēpore fit: lumē autē ipsum nō fit/sed est: et ex eterno est. Hoc modo in vna mēte q̄s neget multas sciētias esse in qua itelligit multas cōprehēsiones esse: cū quis vna sit mētis vis/que cōprehēdit ⁊ videt: ⁊ vnū lumē illuminās: vt cōprehēdere ⁊ videre queat. Nec ergo distinguēda sunt diligēter/lumē ⁊ illuminatio q̄ per lumen fit in animo intelligētis.

D

Nā hocipsum intelligere ⁊ illuminari ⁊ scire est. Quis itaq; non videat: q̄ quis nisi subtilissime nō discernat ꝓpter nonnullā similitudinē. Quis (inquā) nō videat differre inter se lumē per qd̄ illuminatio fit: ⁊ illuminationē que per lumen fit in quouis illuminato. Alterū em̄ creatū est: alterū creans: alterū illuminatū: alterū illuminās. Nec potest essentialiter esse eadem sapiētia que fit per gratiā: cū illa que per naturā existit: illa que fit in tēpore: cū illa que nata est ab eternitate. Si hoc distinxisti in dilecto o sponsa: ⁊ ab his q̄ iuxta statū humane substātie in illo sunt virtutes: ad vbi pertransisti diuinitas: tūc iure ⁊ excellēter dicere potes. Paululum cū pertransissem illos: inueni quē diligit aīa mea.

Can. iij

Sed quomodo aptabimus illud qd̄ ponitur scz paulum. Inestimabiliter prerogat omni creature diuina maiestas/⁊ quasi vicina: ⁊ familiaris sit: dicis cū ꝑtrāsissem illos paululū: inueni quē diligit aīa mea. Denicp chaos magnum firmatum est inter nostram ⁊ ipsius naturam.

Universidad de Deusto
Biblio

Esa.xl. Quale queris chaos: vtiq; inanitatis nostre. Oēs gētes (ait ꝓpheta) quasi nō sint: sic sunt coꝝ eo: ⁊ quasi nihilum/⁊ inane reputate sunt ei. Jure inanis reputatur nostra substātia: in cuiꝰ assumptione exinanisse se dicit illa plenitudo. Que ergo poterit assignari cōueniētia/⁊ vicinitas inanis cū solido. nihili cū immēso. Qua ergo ratione dicit paulꝰ cū perträsissem illos: inueni quē diligit aīa mea. An forte pennigera est charitas: ⁊ ꝓsepeti vola tu ardentis desiderū interiacēs/ hoc de quo loquimur: ꝓteruolat vacuū. Utiq; sic assentior. Nā amare iam tenere est: ⁊ iam assimilari ⁊ vniri est. Quidni cū deꝰ charitas sit. ¶ Sed aliam hic ego paro rationē. Post rationalis cōtemplationē nature sursum ascēdenti/primo se statim gradu diuina offert ⁊ occurrit natura: nulliusq; alterius ꝓstātia: nisi nature interponit distinctio. Non enim inter imaginē ⁊ veritatē mediū assignari quid pōt: superius vno/inferius altero. Dō em veritas nō est: quō ꝓximius accedit ad eā: q̄ vt ipsius simulacrū et character sit. In quo ergo attendit in rationali spiritu ea q̄ ad diuinam est naturam imago. Primo quidē loco: q: est veritatis ⁊ iusticie capax. Scōo si capiat illas: ⁊ fiat verus ⁊ iustus per gratiā: qō deus est per naturā. Tria hic mihi distincta sunt: idest capacē esse boni summi: ipsum habere: ⁊ esse ipsum. Imago attēditur in primo: similitudo in secundo: veritas in tertio. Primū cōmune est omniū intellectualiū spirituū. Scōm electoꝝ tantum. Tertiū solius increati spūs. In primo ꝓpe accedimus. In scōo ꝓsime. Tertiū ipse est. Prope accedimus per aptitudinē: proximē per coaptationez. Prope p nature primeua: prime p virtutis priuilegia. Prope q: capaces: prime q: capientes. Quonā em modo nō devicino accedit immortalitas ad immutabilitatē: inco: poralitas ad simplicitatē: illocalitas ad immensitatē: ratio ad veritatē: virtus ad bonitatē. Et vt expressius loquar: qd esse vicinius ⁊ similius possit q̄ sapiēria sapiētie: iusticia iusticie: q̄ illuminata illuminātri: iustificāti iustificata. Quid similius alij q̄ causatiuū cause: formarū forme. Nā in formato fere nihil aliud attēditur q̄ forma. ¶ Denicq; ⁊ qō dulce est: super oīa simile videt dulcedini: ⁊ quod lucidū est: luci. Itaq; primū nō iniuste videtur qō illi tanta emulatione cōponit: proximū q: nihil interponit. Nā etsi finitū nostrū incomparabiliter excedit dies immēsitatis: infinitas imaginis tū ad veritatē nonulla dinoscit esse affinitas. Jure ergo dicit: Paululū cū perträsissem illos: inueni quem diligit aīa mea. O q̄ felix. q̄ letus. q̄ tutus tam longi circuitus. Beati gradus illi p quos in talē euadit terminū. Quesiuit in lectulo: circūiuit ciuitatem: interrogauit custodes. Primo loco querit per se ⁊ penes se. Scōo extra se: sed p se. Tertio vo nec per se nec penes se. Et hoc loco quanto humilius querit: tanto quidē efficacius: quātoq; a sui cōfidentia longi? recessit: tanto repperit citius. Inueni (inquit) inueni illū: qui me primo: quasi ouē errantē: et quasi drachmā perditā quesiuit ⁊ inuenit: ⁊ misericordia eius preuenit me. De mquā primo: inuenit perditā. puenit nihil meritā. Inuenit errantē: preuenit desperātē. inuenit differentē: preuenit diffidentē. inuenit qualis essem mihi indicās: preuenit ad sua me reuocās: vagā inuenit in errorib⁹/vacuā gratie: preuenit muneribꝰ. Inuenit vt non ego ipsum: sed ipse me eligeret: puenit vt primo diligeret. Sic ergo electa ⁊ dilecta quesita ⁊ acquisita: inuenta et preuenta: quō nō sm vires conatus: ⁊ supra vires affectu illū ⁊ diligā ⁊ querā. Querā/querā donec voti compos vocē leticie proferā. Inueni quē diligit aīa mea. Ego inuentionē hic ad veritatis ⁊ gratie nō refero initiū: sed augmentū. Pergens em ⁊ ꝓficiens aīa de virtute in virtutem: de veritate in veritatē: dū vbiq; nouis informat mysterijs: ⁊ infundit gaudijs: per singulos ꝓfectuum gradus dicere potest: Inueni quē diligit anima mea: verbū patris christum iesuz: qui est super omnia benedictus in secula seculoꝝ. Amen. ¶ Sermo. ix.

IX

Tenui illū nec dimittā. Ego huius capti sensum ad futurā volui tantū felicitatez referre: qñ sponsus dilecte manifestā ꝓsentie sue exhibebit plenitudinē: vt nihil sit qō interrūpat perpetuitatē. Nā ⁊ qō ꝑmittitur. Cū pertrāsissem illos: nō incōgrue ad id refertur: Cū euacuauerit oēm principatū ⁊ potestatē ⁊ virtutē: vt sit deus oīa in oib⁹. Ante illud em tēpus quis ex sententia dicere potest: non dimittā illum. Sed hunc arcetat ⁊ euertit intellectū: ⁊ ad ꝓsens facit referri illud qō sequitur: Donec introducā illū in domū matris mee. Sed iam vigiläter singula cōsideremus. Primo cōsidera q̄ sint leticie plena hec verba. Inueni (inquit) tenui: nec dimittaz. Magn⁹ ille patriarcha abraam legitur vidisse dñm: nō inuenisse. Apparuit em ei vltro stanti in ostio tabernaculi ad meridiez. Denicq; egressus de tabernaculo/obuius sedulus sub ilice exhibuit officiū: in tabernaculū vo intro ducere nō meruit: nedū in cubiculū. Vidit ⁊ moyses apparentē sibi in oreb dñm: sed tenere nō meruit: q̄ nec permissus est propius accedere. Vidit iacob dñm: sed vidit in somnis: ⁊ delonge scale immitum. Nam etsi apprehendit angelū: nō tamen retinuit: sed quadā lucte violentia benedictionis extorsit gratiā: amisit ꝓsentiā: ⁊ idcirco dicere nō potuit: Non dimittā illum. Inuenit illū maria magdalene: sed ꝓhibita est: nō dico tenere: sed etiā tāgere: quia penes monumentuz vitā quesiuit. Suscepit diu expectatū: ⁊ insperato inuentū senex ille Symeon in vlnas suas: ⁊ gratulationis letus erupit in canticū: sed vocis huius vsum sibi nō presumpsit: Nō dimittā illū. Denicq; sic ait. ¶ Nunc dimittis seruuz tuū dñe: sm verbum tuū in pace. Utiq; in pace dimittit solutus ⁊ sequestratꝰ a carne: vt nō amplius cōcupiscat aduersus spiritū: ⁊ illi repugnet. Ille ad nouī amplexū pueri senescentis deposuit hominis vetustatē: ⁊ in tranquillio: e statū/a co: poris corruptibilis pena/⁊ carnis pugna dimisit se vel postulat/vel exultat. Sponsa vo dilectum a senō dimittendum presumit. Et quanto prestantius est gratie nō dimittere qō ames: q̄ euadere qō horreas. Omnes hi etsi in carne vel carnis specie viderint: quosdā vel visionis vel apprehensionis gradus distinguūt humanis in mentib⁹. Quod nulli eoꝝ indultum legimus: ista vsurpat: cuius tentauimus euentilare sermones. Inueni: tenui: nec dimittam. Inueni/per aspirationē. Tenui/memorie retractatione: Nō dimittā/cōtinuatione iugi. Tenui illū: et tu cū inueneris christum: cū inueneris sapientiā: cū inueneris iusticiā: sanctitatē/redemptionē: hec omnia enim nobis factus est christus. Cū ista inueneris: tene affectu: tene studio. Quod intelligētia inueneris: diligētia tene: et retine (vt sic dicam) renitētes virtutes: et lubricas species arctioꝝ tibi astringe amplexu: donec vice versa vltro tibi inhereant: ⁊ amplexent te gratis: ⁊ sine studij tui labore te teneāt: nec sināt vel longius abscedere: vel diutius abesse. Et si qñ declines ad officia humane necessitatis: ibi te insectent ⁊ reuocent/⁊ arripiāt ad se: vt si non possint assidue studiū: semp habeāt obligatū affectum. ¶ Nam nōnulla mihi videt distinctio/an tu teneas christum dei virtutē ⁊ sapientiam: an tenearis ab ipso. Anna (inquit) sapientiā ⁊ amplexabitur te. Denicq; et de quibusdam dicitur/q̄ tenuit eos superbia. Quid est tenuit: nisi irretiuit et implicauit: ⁊ inolite cōsuetudinis delicato obligauit vinculo. Hoc enim est qō sequitur: Operti sunt iniquitate ⁊ impietate sua: vt non facile euoluere et explicare ab illa se possint. Et vt amplius dicā: quasi cute quadā: sic aliquī prauā operti ⁊ inuoluti sunt cōsuetudine vitioꝝ/vt illam dediscere ⁊ desuescere: non tam exoptiari sit/q̄ exoriari. In cuius rei indiciū/forte institutio legis cōtinet hostie pellem abstrahi. Nam ex regione/q̄ stricta sacerdos indui iubetur linea: veritatis te vult illius/que de terra orta est: habitu arcti⁹ astringi: vt per

Cañ.iij.
Cañ.iij.
ꝑs.xxxij.
Gen.xxviij.
Exo. iij.
Deuter. xxxiij. et xxxiij.
Jos.xx.
Luce. ij.
D
Prouerbio.iiij.
ꝑs.lxxiij.
Deui.j.
Exodi xxviij.

se castimonie ⁊ puritatis ⁊ innocētie tibi virtus inhereat ⁊ agglutinet tibi: sed oīa sacerdotis indumenta vel ca
Ro.xiij. Col.iij. tenulis/vel baltheis/vel virtis astricta/⁊ colligata tibi vult esse lex: ⁊ cū indueris dñm nostrū ihesum christū. Cū te indueris viscera misericordie/benignitatē/charitatē: ⁊ reliquas quas apud aplm legis virtutes. Cū christi te fide memoriter vestieris: ⁊ cōtemplāde veritatis inuiscerueris affectū: oīa tibi coaptent ⁊ cohereāt: ⁊ cōstricta sint: nihilq; circa te vagari ⁊ fluctuare possit: ⁊ tētatiōis vel dissolutionis vēto follicare: qui se tali virtutis vestierit habitu vt ei in naturā versa videant: nō ego hūc tam tenere q̄ teneri dixerim. Tenuisti (inquit) manū dextrā meā: ⁊ in volūtate tua deduxisti me. Tenuisti ne pergerē in defectū: deduxisti in multiplicē ꝓfectū. In voluntate tua deduxisti me. i. in volūtate q̄ a te est: ⁊ q̄ sm te est. In volūtate que magis trahēs q̄ tracta est. Nā ⁊ bona voluntatē cū multo labore nonnunq̄ attrahere nitimur: ⁊ magis ꝓsequimur quasi fugientē q̄ sequimur ducentē. Sic em legit. Cōcupiui desiderare. Bona talis volūtas sed nondū placēs. Justa: sed nondū iocūda. In volūtate tua deduxisti me. In illa que blādo constat boni ipsi⁹ gustu. Nec tā (vt sic dicā) pigra nititur rōne: q̄ pia boni ipsi⁹ oblectatione. ¶ Tenui nec dimittā illū: donec introducā illuz in domū matris mee: ⁊ in cubiculū genitricis mee. Multo planio: viderek sensus/si ita dixisset. Nō dimittā illum cū introduxero in domū matris mee: illi⁹ scz que sursum est hierusalē celestis: q̄ est mater oīm nostrū. Nā ante illud tēpus oīa hic incerta sunt: ⁊ inter spē ⁊ metū fluctuāt: ⁊ pedulo nituntur gradu. Et q̄ erit certitudo de gratia dū mutabilis est natura. Denicq; ⁊ ille ait: Ego dixi in abūdantia mea non mouebo: in eternū. Auertisti faciē tuā a me: ⁊ factus sum cōturbat⁹. An non tibi similia dixisse videnk psalmista ⁊ spōsa. Quid em aliud est/ nō mouebo: in eternū: q̄ nō hic ponik. Nō dimittā illuz. Sed ibi quidē manifesta ꝓsumptio: quia vicina vltio. Auertisti inquit faciē tuā a me: ⁊ factus suz cōturbatus. Cū sit in hac carne facilis casus ⁊ frequēs impulsus: cit⁹ lapsus ⁊ certus labor: quō nō videbūtur ꝓsumptionis/ ⁊ nimis p: ōptule deuotionis esse hec sponse vba: nō dimittā illum. Quis em hic in eodē statu permanere poterit: p: esertim illo subtilissime cōtemplationis: qui vix attingi potest tenuissimo mētis ictu. Forte ergo verba hec nō securitatē: sed solicitudinem sonāt. Nec em securitas esse pōt donec introduxerit dilectū in domū matris sue: ⁊ in cubiculū genitricis sue. Nō erit tūc retinēdi solicitudo: q: erit certitudo manēdi in illo felicitatis statu absq; studij nostri vsu/⁊ discipline custodia. vltro nobis affluent: immo intrinsecus de quodā inexhausto anime ventre flumina fluēraque vine ⁊ indefesse delectatiōis. Nulla tūc erit necessitas in altū fodere. nullus labor: vel purgare puteos quos phylistei repleuerunt: vel ꝓpugnare ne repleāt. Hic ille labor: exigitur: nō inde excludit. Nō ergo dicit: nō dimittā illum: studiū polliceri videtur ⁊ diligentiā: vt semp solicita sit/quoadusq; plene possit esse secura: ne sibi elabatur de reliquo dilectus suus dominꝰ Jesus: qui viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.
ꝑs.xxxij. Ge.xxvj.

¶ Sermo. x.

De infirmitatis exē

pla sunt: aptauimus sponse ꝓterito sermōe: hodierno q̄ sunt vtutis: apremus de scripturis sacris. De anna legit: cū intente p: ofuso
j. Reg. j. exoraret affectu: q̄ nō sunt vultus ei⁹ amplius in diuersa mutati. Vultus/animi interpres est: ⁊ ab intimo affectu habitū trahit. Ideo ab eius cōstantia interioris q̄ in aīa est: perseuerātie ꝺ: argumentū. Nō sunt vultus ei⁹ in diuersa mutati: q: nihil imminutū est desiderij semel concepti. Et qd aliud sonat qō dicit: Nō dimittā illum: nisi nō mutabo in diuersa vultū: ⁊ intuitū mentis alio nō diuertam ab ipso. Sed ⁊ apls simile quid hortat. Sine intermissione orate. Et item. Gratias agentes semper. illud quoq;. Gaudete in dño semp. Cōtinua/⁊ nō interrupta
j. Thes. v. Ephe. v. Phil. iij. hec vult esse apls oratiōnē: gratiarū actionē/⁊ gaudiuz in dño. Sed quis ista ipso mētis habitu ⁊ affectu animi indefesso explere sufficiat: nisi cui dicere permissum est. Quis nos separabit a cōtemplatione christi. Apls dicit: Quis nos separabit a charitate christi. A cōtemplatiōe
Ro. viij em dicere nō poterat. Nam aliqñ a cōtemplatione segregari christi illum cōpellebat charitas. Siue (inquit) mē
ij. cor. v. te excedimus deo: siue sobrij sumus vobis: charitas em christi vrget nos. Charitas ergo quadā dispēsatione cōtemplationi se subducit: cuius tñ ꝓprius est ⁊ familiaris in ipsa vsus. Oīa q̄ agit charitas quādā habēt indefesse ociosis ⁊ gratulationis vicē ⁊ efficaciā. Sed tūc ista ꝓprius ⁊ excellētius exequit: cū singulariter in istis exercetur. Absconde eleinosynā in sinu pauperis: ⁊ ipsa orabit
Eccli. xxix. pro te ad dñm. Eleimosyne vocabulo nō incōgrue cēsentur vniuersa que indigētibus misericorditer impēdunt: nō modo iste corporeus cibus ⁊ indumēti: sed etiam doctrina: exhortatio: correctio: cōsolatio: ⁊ vniuersa que ad anime cōmoda spectare videnk. Opera sunt hec charitatis: ⁊ orationis vim obtinēt: cum solius dei sūt intuitu: sed nō sunt hec specialia ⁊ ꝓpria ipsius. ¶ Quid em tā
E ꝓpriū q̄ dilecto soli intēdere: ⁊ libere in amoris se exercere negocio. Ab hoc spūalis iocūditatis excessu ⁊ ebrietate sobrij fieri: ⁊ ꝓpter fraternas necessitates ab alienatione mentis rēperare: quid nisi vultū in diuersa mutare est. Denicq; martha solicita erat ⁊ turbata circa plu
Luce. x. rima. Illa circa multa turbatio/videk quedā vult⁹ in diuersa mutatio. Maria optimā partē elegit: que nō auferet ab ea. Optima pars cōtemplationis ⁊ dilectionis est
Ibidem vsus. Nā etsi illa sunt opera charitatis q̄ exhibebat martha: ibi tñ seruit charitas necessitati: nō charitas sibi. Insubleuādis alienis necessitatib⁹ bonū opus: sed molesta causa. Bona enim misericordia: sed molesta miseria. Bona curatio: sed circa quē versat nō bonus languor. Bonus etiā hmōi cōpassionis affect⁹: sed nō bona cōpassionis occasionē ministrās alterius passio. Fraternis in necessitatib⁹ charitas intuet cui cōdoleat: quo moueat ad miserationē: quid amouere nitat. At cū dilecti cōtemplās virtutes: totū placet: totū delectat: totū allicit: nihil ibi videt qō horreat: sed cui dulciter adhereat. Hic ꝓpri⁹ amoris vsus est: hoc eius officiū: vt totus sit in amando. Sic est plane cum vna ⁊ individua locūditas omnia cōuoluit: ⁊ cōplectitur officiū: finē ⁊ causam. Officiū amor est: causa visio: finis vtriq;. Nec vllus esse potest beatio: finis/q̄ ipsa visio ⁊ dilectio dei. Omnia ad hūc finē sanctoꝝ vota suspirant. Si finis iste ipse sibi finis est: si seipo cōtentus in melius aliquid expectatione porrigere non valens. Hoc est illud vnū quod necessariū dicitur: qō a maria non tollitur. In quo psalmista gratulatur. Mihi
ꝑs.lxxij. (inquit) adherere deo bonū est. Hic est ille mentis excessus: qui vsq; ad tertiū celū Paulum rapuerat. Nec ebrie
ij. cor. xij tas temulento similē Anne vultū exp: esserat: hoc musto
j. Reg. j. Act. ij. madebāt apostoli cū illos vehemens replerat spūs: ⁊ illius qō nouum pollicitus est iesus: vini virtutem primo
D sensere. ¶ Hoc vino infusus noe spūalis passus est sopo
Gen. ix. ris excessum: ⁊ carnis curaz posthabuit: totus factus in spiritu: posteriora cōtemnēs: quē anteriora tenebant ex integro. Jfelix si instar anne/ huiꝰ vini nunq̄ digessisset virtutē. Illa em foris castigato corpore mentis est passa temulentiā: ⁊ sanctā guā postea nō euacuaret: eb: ietatē. Nā hoc sibi vult q̄ nō vlterius vultus eius finr in diuersa mutati. Talē sibi apprehēse iugitatē presentie sponsa
Cañ.iij. polliceri videtur cū dicit: Nō dimittā illū. Quid em preclarū: quid spiritale: quid sponsa dignuz diceretur: si ad fidem: si ad iusticiā: si ad humilitatē: ad cōtinentiā: ad beneficentiam: et ad reliquas que christus esse dicitur: virtutes: id referret quod ait: non dimittaz illum. Nam nec his vacua credenda est etiaz cum dilectum quesiuit. De

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisq; ꝛ cōmunes hmōi virtutes ꝛ ita habentib⁹ cōmode: vt caruisse vcfas credatur. Eximiū ergo ꝛ singulare ap̄ piā hec indicat inuētio: per quā dilectus ꝛ cōp̄hensum applaudit: ꝛ nō dimittendū p̄sumit. ſForte primitie alis que sunt future cōtemplationis ꝛ glorie: ꝓpter qđ adiū git. Donec introducā illum in domū matris mee: ꝛ in cubiculū genitricis mee: in illam celestē hierusalē que mater est omniū nostrū: cuius muros salus occupat: ꝛ portas laudatio: cuius in pacē positi sunt fines. In illum locū lucis ꝛ leticie/laboriose vite huius introduci nō possunt virtutes: q̄ si ingrediunt per meritū: ñ excludūtur per vsum. Celestē ergo aliquā affectionē ꝛ supermundanū saporē in dilecto experta: nō iactādo: sed gratulando dicit. Non dimittā illū donec introducā in domus matris mee. ¶ Sed nūquid nō iam ascēdit ad patrē. Nunq̄d iā p̄cursor introiuit ꝓ nobis. Et quō tu introduces quo ipse ꝓior ascēdit. Tu magis indiges vt ipse te ducat cui dicit: Deduc me in via mandatorū tuorū. Vtado inq̄t para re vobis locū: ꝛ cū p̄parauero vobis locū: iterū veniꝛ assumā vos ad meipsum. Quō ergo introduces illum quo iam ipse ascēdit. Ascēdit quidē per se: sed adhuc in te fotis exīstit. In te introducitur: quo per se ꝓior ascēdit. Quidni. In te nascit: in te format: ꝛ in te nō introducit. ſFilioli quos iterū parturio donec formet christus in vobis. In nobis ergo christus et parturit ꝛ perficitur: nec semel: sed sepius: ꝛ iterata crebro parturitione. Neq; possumus oēs christi simul virtutes adaptare nobis: equidez ne vnā quāliber ad plenū. Idcirco semp in sustendus est: q; non nisi sensim fit in nobis spūalis parturitio christi. Qui ergo in mēbris suis/in sponsa sua nascit: cur nō introducit. Non em̄ vel parturitio hec: vel introductio ad christi pōr referri psonā: sed ad virtutes ꝛ gratias. Ideo frequēs est. sicut parturitio sic introductio. Nā ꝛ ꝓsedere dicimur in celestibus cū christo. Sed sicut vna est vera ꝛ eterna sessio in celis: sic et introductio. Perambulauit abraā terrā ꝓmissionis anteq̄ possideret. ſFelix oīno cui dat beatas illas perambulare regiones: ꝛ visentis istar volucri calcare vestigio locū oēm quē accepturus est in possessionē. Cui licet stare nō permittit: ascēdere ñ dat in montē dñi. ꝛ quis per ymbrā adhuc cursum: ñ perlustrare cūcta ꝛ se tali visu refouere. Que autem vera est ꝛ plena introductio: hic innui videt cū dicit: donec introducā illū in domū matris mee. ſFelix oīno q̄ adeo alligare potuit verbū dei ꝛ amplius agglutinare sibi: ꝛ in exilio collaterare: quousq; copulari in cubiculo dei. ¶ Nō dimittā illū/donec introducā in domū matris mee: et in cubiculū genitricis mee. Nō tunc fiet/qñ coꝛporē ꝛ mēte plene portabit imaginē celestis: vt domus intelligentiā/ad corpus: cubiculi vō ad mentē reducas. Aut si magis placet: in domo possessionem accipe securam: in cubiculo secretam. in domo sempiternam: in cubiculo internam. In domo (vt dicit ecclesiastes) eternitatis: et in cubiculo charitatis. In cubiculo vbi clauso ostio/non iaz orēs patrē: sed de cetero adorēs in spū ꝛ veritate. In domū nō dicit patris/sed matris: ꝛ in cubiculū genitricis. Nouit illa mēsurā suā: ꝛ ideo spem suā extēdit ad illā eternitatē/veritatē/charitatē: quā assecuta est eccl'a primitiuoꝛ in celis. Nā quātū ad ea q̄ dei sunt spectat: solus habet immoꝛtalitatē: ꝛ ipse lucē habitat inaccessibilē: et supereminet sciētie plenitudo charitatis christi: qui nos impleat in omnē plenitudinem in seipso: qui est benedictus deus et regnat in omnia secula seculoꝛum. Amen.

¶ Sermo. xj.

B Elicata est species amoris affectio: ꝛ tenui occasione ledit leticia spūalis. Amoꝛ occupationum externarū impatiēs est: suis satis habens inseruire negociis: ocio gaudet: quiete fouet: ad internā delectationē libera habere tēpoꝛa volens. An nō hoc ipsum tibi videtur sponsa innuere/dilectū suum ad cubiculi secretum trahens. Nouit illa dilectū suū nō posse foris secure possideri: nec integre quidē. Et q̄ durū est amāti animū dimidiare cū christo ꝛ mūdo. Quā durū est (inquā) in dilectiōis iura peregrinas admittere curas: ꝛ celeste secretū secularibus infestare turbellis. Memoꝛ fui (inquit) dei: ꝛ delectatꝰ sum: ꝛ exercitatꝰ sum: ꝛ defecit spūs meꝰ. Si delectario memoꝛie dei negocio se exercet: ꝛ exhaurit spiritū ꝓphetie: quomodo plura poterit ꝛ peregrina cū isto cōplecti negocia. Jure ergo sponsa cū dilecto cubiculum petit: vt libero illi intendat studio: ꝛ ex animi sui arbitrio perfruatur: et quieto pectoꝛe penitus amplexet. Apparet illam spiritu charitatis duci: ꝛ ex spōse affectu locutā: opportunitatē exercēdi que sic querit amoꝛis. Et quomodo nos si quid vel tenuiter attingim⁹ de christo/de sapiētia/de suauitate/de cōtemplationis gustu: nō cōtenti gratia/nec mensurā cōtemplantes nostram: statim erūpere conamur: ꝛ cubiculo fastidito/festinamus egredi a requie ꝛ ab illa requie. In pace (inquit) in idipsum: dormiā et requiescā. Maria ad domini pedes sedēs idipsum tenebat: turbatur martha circa plurima. In multis turbatio: poꝛro vnū est necessariū: immo et iocundū. Deniq; ꝑ bonū/ꝛ ꝑ iocundū habitare amātes in vnū. Alioquin nō est habitatio in vnū: nisi in amoꝛe: q̄ inhabitare facit vnius moꝛis in domo. Quid est vnius moꝛis: nisi fedare cōformes amoꝛis. Amoꝛ humanū animū deo cōciliat et vnit. Similes (inquit) ei erimus cū apparuerit. Quidni similes. Commendat seipsam mūdis reuelatam mentibus maiestatis diuine inestimabilis pulchꝛitudo: ꝛ intuentis in se affectū rapit: ꝛ quadam ratione sibi facit similē: dū aliud cogitare nō finit. Odoꝛe trahimur: transformamur autē visione. Bonus ergo cōtemplationis vsus: qui vnius moꝛis efficit: et cōformat humanam mentē ꝛ summā maiestatē. Bona hec mansio/ vltra quā nec vota nos trahunt: nec citra tenere nos debēt. Quis det mihi vt hec sit requies mea in seculū seculi. ¶ ſFelix qui ex cōde potest dicere: hic habitabo quoniā elegi eā. Maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea. Scientie destructur: cuacuabūtur ꝓphetie: lingue cessabunt: sola cōtemplatio nō excidet in futuro. Ideo hāc tibi partem elige in presenti: que nō auferetur vnq̄: vt dicat anima tua. Pars mea dñs: propterea contemplabor eum. Prophęta dicit/ propterea expectabo eum. Recte quidē. Expectat em̄ boni plenitudinē: cuius portionez iam tenet. Qui cōtemplationis bono hic fruitur: amplꝰ quidē expectare potest in hoc genere: sed aliud quid nō debet. Bona hec: bona sunt reposita in annos multos: immo in annos cūctos. Ideo felix anima que bono hoc fruēria/epulare/comede: quia pars hec nō repetet a te: sed refundetur ꝛ refoꝛmabit̄ vberius. Hec requies tua in seculū seculi: hic habitabo quoniā elegi eā: hic inhabita vt cum illo inhabites/qui sedet super cherubin/super scientie plenitudinē: qui lucem habitat inaccessibilē. Et ideo in speculationis luce sit locus tuus. Ibi christi matris tue ecclesie ꝓprius et domesticus locus: hec eius domus: cetera que exercet tēpoꝛalis necessitatis officia: istū ad finē respiciunt. Actionis officia transeunt: permanēt cōtemplatiōis. Bonū est hic tibi esse: hic tibi tabernaculū fac. Non tibi vnū: ꝛ dilecto tuo vnum: sed tibi et ipsi vnum. In hoc cubiculum dilectū tuum introduc: ingredere in requiē tuam: vt requiescas a laboꝛib⁹ tuis: sicut ꝛ a suis deus. Septima requieuit ab opere institutionis. Septima requieuit a laboꝛe restitutionis. In illa posq̄ mundus cōdidit: in ista quādo se in mōumēto recōdidit. In illa posq̄ fundauit mundana: in ista posq̄ refoꝛmauit humana. Si quesisti: si inueneris: si tenueris dilectū tuum tene quē tenes: tene: inhere: imꝑmanere illi: vt eius in te velut expressa refoꝛmetur imago: huic fias cōformis sigillo. Eris autē si adheseris. Qui em̄ adheret deo: vnus est spiritus. ſForte sicut dure materie difficulter in te ꝓmo fit eius

A mo fit eius impressio: etsi laboriosa impressio: sed dulcis adhesio. ¶ Laboriosa est reformatiōis tue sexta: sed dulcia sabbata ꝙeris sequunt. Cōsepelire ergo cū xpō q̄ huc Apocal. xiiij. sabbatismū in moꝛtem. Bti em̄ moꝛtui q̄ in dño moꝛiunt: amodo iā dicit spūs vt requiescant a laboꝛib⁹ suis. Spūs hoc dicit. Collate vtiq; ꝙeris exhibitione/ꝛ effectu gratie: quō ꝛ ipse testimoniū reddit spūi nro. Spūs hoc dicit: q: spūs hoc efficit. Ipse se dicit: q: ipse se donat. Amodo iam dicit spūs vt requiescant a laboꝛib⁹ suis. A laboꝛib⁹ inq̄t: nō ab operib⁹. Opera em̄ illoꝛ sequunt illos. Opera sequunt spiritū sicut caloꝛ ignem: umbꝛa coꝛpꝰ: lux solem: effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu: non habet opꝰ sectari opera: opa em̄ sequunt illū. Opa illoꝛ. Que sunt opera illoꝛ: Que sunt opera quiescentiū: opera moꝛtuoꝛ in christo cōsepultoꝛ cū christo: opera subbatizātiū. ſFesti sunt: feriata sunt: ociū. valent opera ista festiua ingredi in hanc requiē in hunc sabbatismū. Sed vide q̄ nō relinquit sabbatismꝰ: nisi cōsepultis cū christo. nō relinquit nisi post sextā diem. Post sextā diem in qua aut verus homo crucifigit: aut nouus ꝓficit. Nam ꝓpter illū dicit: vt qui moꝛtui sunt in christo: requiescant a laboꝛib⁹ suis: et Gen. ij. ꝓpter istum ꝙ nouo cōdito homine die sexta: septima requieuit ab operib⁹ suis deus. Et tu quoq; sabbatū tibi cōpara: redime tempus: ꝛ liberas ab exterioꝛi occupatione hoꝛas vendica tibi. Sed vide ne hostes derideant sabbata tua: ne illis seruiant ocia tua: ne illis vaces qui vacare deo debueras. Vacate inquit ꝛ videte quoniam ego sum deus. Bonū est ociū: sed sapientiā scribe in tpe ocij tui. Scribe illā sup latitudinem coꝛdis tui. Latum em̄ coꝛ qđ cure nō arctant. Imp̄time in intimo coꝛdis tui litteras q̄ nō deleantur: ꝛ exara in tabulis spiritualibus signa sapiePs. liij. B entie vt dicere possis. Signatū est super nos lumen vultus tui dñe: dedisti lericiam in coꝛde meo. ¶ Lexare ꝛ diem festum age cū dilecto: ꝛ epulare sicut scriptū est in introitu Esa. lviij gloꝛie huiusmodi. Sabbatū iuxta qđ dicit Esaias: deliciarum est: ꝛ sancti dñi glorioſum. Delicatus inquit ꝛ sanctum. In desideriis est omnis ociosus. sed nō sunt omnia sancta desideria: qualia eoꝝ qui volunt diuites fieri: et ꝙ hoc incidunt in desideria multa inutilia ꝛ nociua. Gides quomō aplus multitudinem desideriorū in vitio ponit. Quid si et immūda fuerint. Nam et multi que agere non possunt: in occulto cogitant que turpe est ꝛ dicere: tenui se in hoc solantes remedio. Ad horum distinctionem non cōtentus dicere sabbatū delicatū: adiecit ꝛ sanctū: ꝛ domini glorioſum: vt nō sint in cōfusione gloꝛie tue. Si vacas sabbatū habes: si vacas et vides/ꝛ contemplaris delectationes dominiz iam sabbatū tuum delicatū est ꝛ sanctum: et sabbatū dñi glorioſum sabbatū ex sabbato/id est vacatio vacationē. Prima vacatio est ꝛ bona si mūdo non vacas. Secūda quidem est melioꝛ: si tibi ipsi ꝛ vaces ꝛ cogites quomō placeas deo. Tertia est ꝛ optima: si etiā tui oblitus/soli deo vaces: ꝛ cogites que domini sunt: quō tibi placeat ipse. Non sit desidiosum sabbatū tuum: operare in sabbato tuo opera dei. Opus em̄ dei est vt credas in eum. ſFide videns: videmus em̄ nunc ꝙ speculū: ideo vaca vt videas. Delicatū plane opus est visio/ervisio dei. Non est tibi necessiras de reliquo dimicare ꝓ fide: sed tm̄ deliari in ea. Erepta est iam de cōtradictionib⁹ ꝙ sequēris populi/ꝛ puerentis hereticī. Cōstitue eā in caput cogitationū tuarū: vt cogites cogitatiōes fideles antiquas. Amen

¶ Sermo. xij.

